BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
40 / A
44

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

V. 4. 9.
C. I.

Digitized by Google

FASCICULUS NONUS

OPUSCULORUM

Quæ ad

HISTORIAM

ac

PHILOLOGIAM SACRAM

Spectant.

IN QUO CONTINENTUR

XXXIX. *Majemonides de Regibus eorumque bellis.*
XXXX. *Moncæi Hiſtoria apparitionum.*
XXXXI. *Dialogus de Coma.*
XXXXII. *Quiſtorpius de Terra Sancta.*

Omnia doctorum virorum judiciis recenſita, & concinnis indicibus aucta.

ROTTERODAMI,
Apud PETRUM VANDER SLAART.
MDCXCIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

plurimum reverendo

D°. JACOBO STRESO,

Apud Amſtelodamenſes

Verbi divini Præconi facundiſſimo, Cognato ſuo,

S. P. D.

PETRUS vander SLAART,

NOnum Faſciculum opuſculorum, quorum exempla in bibliopolarum tabernis jamdudum deſiderari cœperunt, quæque à viris doctis & Sacrorum tum Chriſtianorum tum Judæorum ſtudioſis ſelecta, & prodeſſe poſſunt & delectare, tanto facilius animum meum induxi, ut Tibi, cognate, offerrem, quod nemo Te melius

Digitized by Google

aut præclarius, uti ego exiſtimo, judicet de pretio librorum, quibus divinarum rerum & politiorum literarum cognitio promovetur. Novi, profecto, novi mentem tuam erectam, novi nobiliſſimam tuam indolem, qua pulcerrima quæque & ſcitu digniſſima ſoles excutere: verum ut dicam quod res eſt, volui ut hoc qualecumque grati animi mei exſtaret in Te monumentum. Ego, ſi volumen hoc, quod à me Tibi merito dedicatur, à Te acceptum cognovero ea benevolentia, & voluntate, qua ſemper in me uſus es, gratulabor certe mihi & auctoribus, quibus hæc παλιγγενεσία, *ut ita dicam, contigit ſub judicio tuo acerrimo & magna eruditione exculto. Interim veneror Deum opt. max. ut diu vivas Eccleſiæ tuæ ſoſpes, meque porro favore tuo, ſæpius experto, proſequi digneris. Vale. Rotterodami prid. Id. Dec.* cIↃ IↃc xcviii.

XXXIX

R. MOSIS MAJEMONIDIS

Tractatus

DE

REGIBUS HEBRÆORUM

Eorumque BELLIS.

Præſertim

DE

REGE MESSIA.

MELCHIOR LEYDECKER,

S. S. TH. D. & P.

Latine vertit & notis philologicis illuſtravit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ampliſſimo, Nobiliſſimoque

VIRO,

D. FRANCISCO LEYDECKER,

J. U. D. Regio apud Aggerem S. Martini in Zelandia Quæſtori, Prætori, Arciſque Cuſtodi,

NEC NON

Fideliſſimo, nomine illuſtriſſimorum Ordinum Zelandiæ

AD

Rationes Ordinum Generalium Delegato.

Vir Ampliſſime,

TRiplici nos cognatione natura devinxit, ſeu paternum, ſeu maternum genus ſpectetur. Etenim ut PARENS Tuus Civitatis Tholanæ Conſul, & nomine Ordi-

Digitized by Google

num Zelandiæ in ſuburbicaria regione Quæſtor, *Leydeckerus* fuit, ſic Avia Tua, CORNELIA, *Viri Celeb.* CAROLI DEMATII, in hac Academiâ olim S. S. Theologiæ profeſſoris, prima conjux, *Leydeckeria* erat, ſimulque meæ Matris uterina ſoror. Qua quidem conſanguinitate gloriari licet, maxime cum tantum decus noſtro generi tuis dotibus, virtutibus ac muneribus addideris. Utique, COGNATE amantiſſime, eruditionem philoſophicam, medicam, chymicam Doctore CAROLO DEMATIO Profeſſore *Leydenſi*, Avunculo nec non Juridicam, Juſtitiæ, comitati, gravitati, pietati, rarô exemplô, conjunxiſti, meritus honores, quos & SERENISSIMUS Britanniæ REX, & Illuſtriſſimi ZELANDIÆ ORDINES in Te contulerunt. Nec plura ducere Tua Modeſtia patitur. Sufficiat

me

Digitized by Google

me publico teſtimonio agnoviſſe, quantopere amicitiam, nomen favoreſque tuos debeam venerari. Ac cum probe edoctus ſis fidei Chriſtianæ myſteria, atque inter Academica ſtudia quoque Theologica tractaveris quaſi avitæ pietatis hæres, deinceps delectatus ſacrâ eruditione inter tot politica, quæ ſuſtines, negotia, quod jucunda me ſæpius experientia docuit; poteris ſane hujus mei ſcripti æquus eſſe arbiter & candidus Judex. Neque dubitem, VIR ERUDITISSIME, quin hoc libello horis ſubciſivis utaris cum animi voluptate; plurimum, quando fidem de Chriſto ſacratiſſimam, de qua nuper locuti ſumus, defenſam firmatamque videbis. Interea vivamus Cognati, jubente naturâ, vigeat vivatque in nobis pia patrum virtus, atque inter nos grata neceſſitudinis quam excoluêre ſemper mutuis officiis, memoria. Vale, VIR EXIMIE,

Digitized by Google

ac vive diu ad Reipublicæ familiæ Tuæ generis noſtri, ſalutem, gaudium, honorem, uſque dum ſerus redeas in cælum beatus!

T. ὅλος καὶ πᾶς

Melchior Leydecker.

Dalam Ultrajecti, VI. kal. Novemb. A. C. M DC XCVIII.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Candide Lector,

N*Uper cum ad cl:* Cunæi *Librum de* Hebræorum *Republica collegium ex ſtudioſæ juventutis voto inſtituerem, debui* Rabbinorum *ſcripta pervolvere, & quam maximè* R. Moſis Majemonidis *de* Regibus eorumque Bellis, *quæ fine totiûs Operis,* Jad chaſaka, *habentur. Delectabat autem lectio plurimum in doctrinam Rabbini de* Rege Meſſia *excurreret. Quæ etiam ratio fuit, cur Tractatum vertere libuerit, ut cum Auditoribus meis communicarem. Atqui ſimul animus jubebat, ut Notas adjicerem, cum ſe nonnullæ offerrent in Collegio, & quam plurimæ in lectione Philologorum, quos conſulere erat neceſſum. Quid vero inde enatum ſit vides hic, amice lector!*

Atqui cum de editione publica cogitarem conſultum putarunt Viri

eru-

eruditi, *ut Opuſculum in* Faſciculis *quibus eruditiſſimorum Virorum Tractatus Philologici colliguntur*, *excudi curarem*, *tum quod exiguus foret libellus*, *tum quod* Tomus VI. & VII. *aliis Majemonidis Tractatibus*, *quos* Lud. de Veil *tranſtulit*, *conſtarent*.

Neque verò ſuſcepi opus prorſus à meô ingenio ſtudio aut facultate alienum. Etenim à prima juventute, edoctus fui à Judæo Magiſtro Rabbinos præcipue Abarbenelem interpretari, ut quidem inde carmina Hebraica componere & literas ſcribere, vix natus XVII. annos, potuerim. Nec deſerui inde hoc ſtudium, Biblia Hebraica pluries legens, quam Belgica, & conferens Commentaria Rabbinorum, ubi quis Textus exponendus erat. Quamquam, ut verum fatear, me delectare admodum non potuit ſtudium Thalmudicum, quicquid eò animum appellerem. Retrahebar enim continuò, quod verterer ad utiliora,

quæ

Digitized by Google

quæ haurirem ex lectione Hiſtoriarum, ſeu profanarum, ſeu Eccleſiaſticarum, & antiquorum Patrum. Ac cum ad Academiam vocatus eſſem, neceſſe erat plane operam impendere ſacræ juventuti, imo amplius animum exercere iſtis docendis, quæ ad expoſitionem Chriſtianæ Religionis illiuſque tutelam facere putarem. Et quid in hoc ſtudio effecerim, ſcripta teſtantur. Neque adeò illis adſunt multa Rabbiniſmorum Ampluſtria, quæ ſane (æque ac alii quodam typho) apponere potuiſſem, ſi admodum fuiſſet conſultum, & argumentum poſtulaſſet.

Atqui cum hæc jam ſint ingenia & tempora, ut diva Critice collocetur in Solio, atque in peritiâ Judaicarum opinionum, ſæpe nugarum, ſumma ponatur ſapientia, quæ ex fonte ſcilicet antiquitatis Hebrææ, Scripturæ myſteria exponat; neceſſum fuit renovare antiqua ſtudia, & oſtendere quid poſſimus, ut muneri & honori noſtræ

Digitized by Google

Academiæ conſulamus. Id autem factum eſt hoc libello, qui ſi Aquilis in hoc ſtudio non ſit utilis, proficuus tamen erit Auditoribus, iiſque, qui ad tantum Philologiæ culmennon adſcenderunt: atque adeo illi plurimos hic habebunt Authores, ex mea Bibliotheca (quæ forte ſatis inſtructa eſt, & editionum Hebraicarum cimeliis ornata) depromptos, ut ſciant, unde penitiorem Rei Hebraicæ cognitionem repetere poſſent. Ipſa porrò Rabbinorum verba citaviſſem, niſi chartæ, & labori typographico parcendum fuiſſet. Quæ cauſa etiam eſt cur primis capitibus Latinâ verſione Majemonidis contentus eſſe debeas, uti ante Tom. VI. & VII. faſciculorum. *Tu interim, Lector, eſto candidus judex, ut tuum arbitrium mihi abunde pro mercede ſufficiat, cæterum ſecuro, ſi male judicent, qui invidi, aut forte in Rabbinis ſunt* ἀναλφάβητοι. *Saltem de bono publico bene mereri voluimus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

R. MOSIS MAJEMONIDIS

TRACTATUS

DE

Regibus Eorumque Bellis,

præſertim de

REGE MESSIA.

Caput I.

De Rege conſtituendo & illius Unctione.

I TRia [a] præcepta accepit Iſraël, cum [b] ingreſſus eſt [c] terram, ut ſibi Regem conſtitueret, quia dicitur * *conſtitues ſuper te Regem*; ut exſcinderet ſemen Amalek, uti dicitur † *delebis memoriam Amalek*; & ut *ædificaret domum* [d] *electam*, ceu ‡ dicitur *habitaculum ejus quæretis, eo venietis.* [e]

* *Deut.* XVII. 15. † *Deut.* XXV. 19. ‡ *Deut.* XII. 5.

Notæ.

[a] Ex *Sanhedr. cap.* 23. in *Excerptis* apud *Coccej. cap.* 11. § 6.

[b] Tres ingreſſus in terram Cananæam habent Judæi, *unum* tempore Joſuæ, *alterum* reducum ex captivitate Babylonica, *tertium* in adventu Meſſiæ, qui omnia Moſaica eſt reſtauraturus,

vide infra *cap.* xi. xii. Nos huic ingreſſui ſubſtituimus εἴσοδον in requiem cœleſtem, in quam noſter Meſſias jam ingreſſus eſt ut πρόδρομος. *Heb.* iv. 4. 9. 11.

[*c*] i. e. Cananæam per eminentiam. Unde apud Thalmudicos *extra Terram*, eſt extra Cananæam. Pariter locuti ſunt Prophetæ (qui appellarunt eam ארץ חמדה *terram deſiderii Jer.* iii. 19. ארץ הצבי *terram ornatus* vel *decoris*, *Dan.* xi. 16. & abſolute הצבי *decus*, *cap.* viii. 9.) & Euangeliſtæ *Marc.* xv. 33. *Luc.* iv. 25.

[*d*] בית הבחירה, appellatio deſumpta ex *Deut.* xii. 11. Deus eum locum ipſe elegit, ubi coli vellet. confer *Pſal.* cxxxii. 13. 14.

[*e*] Lege Tractat. Majemonidis de *Domo electâ*, in Faſcic. T. vi. adde *l'Empereur ad Middoth*, & varios Scriptores Bibliis Criticis ſuffixos.

II. Conſtitutio Regis præcedit [*a*] Bellum Amalek, quia dicitur, * *me miſit Deus, ut ungam te in regem, & nunc exito, & cadito Amalek*; & exſciſſio ſeminis Amalek præcedit extructionem Domus, ceu † dicitur, *& factum eſt, quum Rex habitaret in ſua domo, & ipſi Deus quietem dediſſet ab omnibus hoſtibus ejus, quod dixerit ad Nathanem Prophetam, ego habito in domo cedrina &c.* At cum conſtitutio Regis præcepta ſit [*b*], cur Deo benedicto non placuit, quod Regem petierint a Samuele? Quia petiverunt murmurando, non vero ut præceptum obſervarent. Potius

quod

quod faſtidio Samuelem haberent, uti ‡dicitur, *non te ſpreverunt, ſed me &c.*

* 1 *Sam.* xv. 1. † 2 *Sam.* vii. 1. ‡ 1 *Sam.* viii. 7.

Notæ.

[*a*] Diſputant tamen Gemariſtæ *Sanhed. cap.* vii. quid prius ſit præceptum. Allegant verò pro Rege primum conſtituendo locum *Exod.* xvii. 16. *Dum manus ſuper thronum Jehovæ eſt* (ad quæ verba vide *Majem: More Neb. part.* 1. *c.* 9.) at prò exſcindendo primum Amaleko, *Deut.* xii. 10. 11.

[*b*] Multa eſt Magiſtrorum de hoc dubio diſputatio, ut varia ad *Deut.* xvii. 15. 1 *Sam.* viii. 6. diſſertatio. Omnes opiniones collegit *Abarbinel* in *Commentariis*, quæ vertit *Buxtorfius*, & ſuis *Diſſertationibus* ſubjecit. Utique cum laudent admodum & extollant θεοκρατίαν (ſic appellavit *Joſephus* c. *Appionem lib* 1. *p.* 1070. confer quoque *Antiq. lib.* iv. c. 8.) & amici non ſint Regiæ poteſtatis, fere negant Iſraëli præceptum eſſe, ut Regem conſtituerent Iſraelitæ. Quin Abarbinel exiſtimat *Deut.* xvii. eſſe prædictionem maligni & imprudentis conſilii, hoc ſenſu, *futurum eſt, ut poſteri veſtri regem conſtituant, id cum fiet, hæc lex eſto &c.* Plane ſicut in *Gemara Sanhedr.* l. c. quidam ajunt textus *Deut.* xvii. *Oppoſitus eſt futuræ murmurationi*, quia dicitur *dices faciam mihi Regem.* Aſt alii ex traditione R. Eliezeris ſic ad locum 1 *Sam.* viii. *Seniores recte & ordine poſtularunt Regem, ſed vulgus perverſe, ut eſſent ſicuti aliæ gentes.* Addunt aliqui, *Patres eo tempore uvam immaturam comediſſe,*

id eſt, tempore non opportuno Regem petiviſſe. Lege plura apud *Menaſſe Concil. in Deuter. cap.* vi. *Conring. diſſ. de Repub. Heb. Voet. diſp. T.* iv. *p.* 211.

III. Non conſtituunt Regem primum niſi ad ſententiam [*a*] Synedrii M. & ad ſententiam Prophetæ, ſicut [*b*] Joſuam poſuit Moſes Doctor N. & Domus judicii, & uti Saulem & Davidem conſtituit Samuel Ramathæus & Domus judicij.

Notæ.

[*a*] Atqui de antiquitate & tanta authoritate Synedrii M. nihil in Scripturis. Illam vero crepant ſemper Judæi odio regiminis Regii & ſuperba libertatis jactantia. Mirum vero eſt Viros eruditos, *Grotium, Seldenum, Alios*, Magiſtris credidiſſe. Vide omnino *Vorſt. diſſert. de Syned.* §. xxi. *Faſc.* iv. & *Conring. diſſ. de Repub. Heb.* §. 22.

[*b*] Nihil in hiſtoria ſacra extat, quod ſpeciem hujus negotii referat, *Num.* xxvii. 18. Imo Moſes hic egit immediate ex Dei mandato. Nec aliquid de Synedrio M. in hiſtoria Saulis & Davidis. Alii ſunt Seniores populi Iſraelitici, alii Senatores Synedrii M. quod non incepit, niſi poſt captivitatem Babylonicam, exeunte authoritate Synagogæ magnæ in poteſtatem Synedrii M. confer 2 *Chron.* xvii. 5. 8.

IV. Non conſtituunt Regem ex cœtu Proſelytorum, ne quidem poſt multas generatio-

nes

nes, usque dum mater [*a*] ſit ex Iſraele, quia dicitur, **non poteris tibi præficere virum alienigenam, qui non ſit frater tuus.* Neque in regno tantum, ſed etiam in [*b*] omnibus præfecturis, quæ ſunt in Iſraele; non Ducem exercitus, non Præfectum quinquagenis, non Decurionem, non Præfectum [*c*] foſſæ, ex qua in agros aquæ diſtribuuntur. Nec opus eſt dicere Judicem, aut Principem, quod non debeat eſſe niſi ex Iſraele, quia dicitur † *ex medio fratrum tuorum conſtitues Regem.* Omnes ordines, quos diſpones, non debent eſſe niſi ex fratribus tuis. [*d*]

* *Deut.* xvii. † *ibidem.*

NOTÆ.

[*a*] Cum mater Herodis nequidem Judæa fuerit, ſequitur inde, Eum legitimum Regem non fuiſſe. Vide egregia apud *R. Martin. Pug. fid. part.* 2. *c.* 7. & *J. de Voiſin in notis.* Ergo colligere hic placet Viris doctis ſceptrum in Rege alienigena a Juda receſſiſſe; maxime quod fuerit impoſitus Judæis a Romanis, ipſe tyrannus, qui Antigonum ultimum ex Haſmonæis Regem interemit, uti Senatores Synedrii M. Conferri hic debet, quod legitur in *Miſn. Sota cap.* vii. *Agrippa ſtans librum accepit, & ſtans ex eo prælegit, idque ſapientes laudarunt; ac cum veniſſet ad hæc verba* (Deut. xvii. 15.) *non poteris tibi præficere virum alienigenam, ſtillabant oculi ejus lacrymis. Quare eum alloquebantur, ne timeto Agrippa, frater noſter es,*

frater noſter es. Atqui aſſentatoriam fuiſſe hanc acclamationem docet *Majemonides* in *Commentario*, ubi inquit, *ſuos dicere*, *Iſraelitas fuiſſe factos excidii*, כלייה, *reos*, *quia adulati ſunt Agrippæ.* Sane ipſius tempore templum eſt deſtructum. Diſputat tamen *Weemſe Exerc. Judic. c.* xi. Herodem Regem eſſe potuiſſe Judæorum, quod Idumæus fuerit, & hinc quaſi frater ex lege *Deut.* xxiii. 7. & proſelytus ex proſelytis, Antipatro & Antipa parentibus, tertia generatione, qualis venire potuit in congregationem Jehovæ.

[*b*] De variis in Iſraele muneribus *Abarbinel in Regem fol.* 166. col. 3. *Sigon. de Rep. Hebræor. lib.* vii. 7.

[*c*] De receptaculis aquarum, מקואות in Miſna extat Tractatus integer, ſed ille ad purificationes ſacras maxime ſpectat, quarum myſticam ſignificationem quoque vidit noſter *Majemonides* in *Jad. Chaſaka* Tom. III. Tit. *de Purificationibus* ubi ait, Deum voluiſſe adhiberi talia lavacra, ut intelligerent homines, *uti aqua abluuntur ſordes corporis*, *ſic divina gratia ablui ſordes peccatorum.* Ezech. xxxvi. 25. Confer quæ idem de aquis ſacris habet *Tractat. de Rat. adeundi Templi*, extat *Faſc.* vi. *p.* 195. & quæ legis in codice *Joma, c.* 3. §. 10. Erat autem confine conclavi gazith *conclave putei*, ex quo in uſum templi petebatur aqua, vide *Midd. c.* 5. *Ligtfoet*, *T.* 1. *p.* 613. Nec abſimile vero eſt fuiſſe fontem ex quo aquæ iſtæ profluerent, ſi vera ſint, quæ ex antiquitate Hebraica citavit *Euſeb. Præp. Evangel. lib.* ix. *c.* 38. Atqui foſſæ, de quibus hic Majemonides, erant in politicos & publicos uſus populi, quum terra Cananæa non admodum

dum rivis & fluminibus abundaret, ſed cœlo biberet aquas, unde Divino judicio ſæpe magna penuries. Quare neceſſum erat curare ut per foſſas aquæ ad agros deducerentur, cui negotio præfecti erant dati.

[*d*] Hic eſt Majemonidis Commentarius, & jure ſibi caverunt Iſraelitæ a proſelytis, qui abuti poſſunt facilius poteſtate, & mutare animum. Hinc in *Jebamoth cap.* 4. ajunt, *proſelytos duros fuiſſe Iſraelitis ſæpius, ut plagam lepræ, vel abſceſſum:* quin eos fuiſſe Auctores aurei vituli alias ſcribunt.

V. Regem non conſtituunt [*a*] mulierem in Regno, quia dicitur † *pones tu ſuper te Regem*, non reginam, & ſic omnia munera in Iſraele non demandantur niſi viris.

† *Deut.* xvii. 15.

Notæ.

[*a*] Etiam γυναικοκρατίαν diſſuadent plurimum politici, nec plane immerito, vide *Ariſt. Polit. lib.* ii. *c.* 7. *Arniſ. Polit. cap.* ix. Quidni Judæi mulierum contemptores? Hinc tyrannis fuit, quum invaſit Athalia Regnum 2 *Chron.* xxii. 10. jure necata, *cap.* xxii. 13. 15. Unde etiam interregnum fuit VII. annorum. Nec immerito Rex Aſa ſuam matrem, abutentem nomine Reginæ & poteſtate, depoſuit. Fuit tamen cum mulier regnaret, nempe Alexandra, uxor Alexandri Jannæi, at omnia faciens ex conſilio Phariſæorum, qui ipſius facilitate uti potuerunt ad placitum, maxime in perſequendis Sadducæis.

Joſeph. lib. xiii. *Antiq. cap.* 24. & *Tzemach David, pag.* 79.

VI. Non conſtituunt [*a*] Regem aut Sacerdotem M. qui fuerit Lanio, aut Tonſor, aut Balneator, aut [*b*] Coriarius. Non quia illi profani, ſed ne forte, cum ipſorum negotia ſint contemptui, populus eos ſemper aſpernetur. Quin ex quo quis operatus eſt in iſtis negotiis unum diem, profanus vel eò ineptus eſt.

NOTÆ.

[*a*] Ut Regis, ſic Sacerdotis M. ſummum erat decus ad viles homines non transferendum. Vide *Majem. de Appar. Templi*, *Faſc.* vi. *p.* 118. & *Selden. de Succeſſ. in Pontif. lib.* ii. *c.* 5, 6. Quin adeo in Synedrio M. non niſi illuſtres viros conſtituebant, *Majem. Sanhed. c.* 2. Tales autem erant, qui affinitatem cum Sacerdotibus contrahere poſſent, *ibidem*. Atqui hinc iterum Herodes ineptus erat ad regnum, & non niſi tyrannus, contra jura Hebræorum, cum ſervus eſſet, ſi verum ajunt Judæi *Tract. Baba Bathra c.* 1. apud *Raymund. Martini Pug. fidei part.* ii. *c.* iv. §. 14. Quid mirum, ſi dicamus ſceptrum a Juda tunc defeciſſe?

[*b*] בורסי ex Græco *βυρσεὺς*, vide *Act.* ix. 43. Judæi ut Syriacis & Arabicis, ſic Græcis vocibus utuntur ex diſperſione.

VII. Quando Regem conſtituunt, eum ungunt [*a*] oleo unctionis, uti dicitur, * *&*

accepit

accepit Samuel Lenticulam olei & effudit in caput ejus & oſculatus eſt eum. Ac poſtquam unctus eſt, ecce jus habet ad regnum, & filii ejus in perpetuum, quia regnum eſt hæreditarium, ceu dicitur, † *ut prolonget dies in ſuo regno, ipſe & filii ejus in medio Iſraelis.* Si relinquat filium ſuperſtitem, ipſi ſervant regnum, usque-dum adoleſcat, uti Jojada fecit Joaſo. Et omnis qui primus eſt in hæreditate, primus eſt in poſſeſſione regni, atque præcedit natu major minorem. Neque tantum ſic ſe res habet in regno, ſed etiam [*b*] in omnibus præfecturis ac muneribus, quæ ſunt in Iſraele; ea ſunt hæreditaria filio & nepoti, ſemper. Et hoc contingit, cum filius patris locum implet ſapientia & timore Dei. Si impleat timore Dei, licet non impleat ſapientia, tamen conſtituunt eum loco patris eumque docent. Quicunque vero non timet Deum [*c*] licet in ipſo ſit multa ſapientia, ipſum non conſtituunt in aliquo munere, quod eſt in Iſraele. Quando David unctus erat, jus habebat ad coronam regni, & ecce ipſi competebat regnum & filiis ejus maſculis in perpetuum, ſicut dicitur ‡ *thronus tuus erit ſtabilis* in perpetuum: at non competit, niſi juſtis, quia dicitur, *ſi filii tui ſervent fœdus ejus.* Ac quamvis jus regni non competat niſi juſtis, non tamen reſcindetur [*d*] regnum a ſemine Davidis, in

per-

perpetuum. Deus benedictus id ipſi promiſit, quando dicitur, ‡ *ſi deſerent filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulabunt, viſitabo virga prævaricationes eorum, & plagis iniquitates ipſorum, ſed gratiam meam non auferam ab ipſo.*

* 1 *Sam.* x. 1. † *Deut.* xvii. 20. ‡ 1 *Sam.* vii. 16. ‡ 1 *Reg.* ii. 4.

NOTÆ.

[*a*] De unctione Regum multa *Abarbenel Præfat. in Judices*, & 1 *Reg.* 1. ut diſcrimen Regum & Judices non unctos oſtendat. Diſputat autem I Quis unxerit. II Quis fuerit unctus. III Qua re fieret unctio. IV Quo modo. V. Et quo loco. Vide quæ verſa ſubjecit *diſſert. Philologicis Buxtorfius.* Interim de unctionis forma docet *Majemonides* eam factam eſſe in capite ad figuram Diadematis, *de Appar. Templi c.* 1. §. 9.

[*b*] Vide paria apud *Majem. de Appar. Templi c.* iv. §. 20. *Faſcic.* vi. *p.* 117.

[*c*] שמים pro Deo ponitur, quia thronus Dei. Hinc apud Thalmudicos הכל לשם שמים, *omnia ad gloriam Dei.* Similis eſt locutio in N. T. *Baptiſmus Johannis unde, ex cœlo vel hominibus.* Matth. xxi. 25. *peccavi, pater, in cœlum &c. Luc.* xv. 18. Atque incepit inde profanatio juramenti *per cœlum*, degenerante ſuperſtitione (qua cœlum appellatum eſt pro Deo) in impietatem, quam damnavit Chriſtus, *Matth.* v. 34. confer *Jacobi* v. 12.

[*d*] At jam deſiit regnum Davidis, uti ſceptrum Judæ, teſtimonio veniſſe Meſſiam, qui thro-

thronum patris Davidis occuparet. Vide *Luc.* 1. 32. *Pſal.* LXXXIX. 37.

VIII. Si Propheta Regem conſtituat ex reliquis tribubus Iſraelis, & ille eat in via præcepti & legis ac gerat bella Dei, ecce ille Rex eſt & omne jus Regium ad eum pertinet, licet radix Regni ſit Davidis; etiamque erit ex filiis ejus Rex. Nam ecce Ahia Silonites conſtituit Regem [*a*] Jeroboamum, & dixit illi* *ſi audies omnia, quæ præcipiam tibi, extruam tibi domum firmam, ſicut extruxi Davidi &c.* præterea dixit illi Ahia, *& filio ejus dabo unam tribum, ut ſit* [*b*] *lucerna Davidi ſervo meo, omnibus diebus coram me, in Jeruſalem.* [*c*].

* 1 *Reg.* ix. 31.

NOTÆ.

[*a*] At ſumma impietate abuſus eſt data poteſtate, cum, ut firmaret regnum, idololatriam vitulorum inſtituit. Vide *Cunæum de Republ. Hebr. l.* 1. *c.* 15. *Schot. ad Sulpit. Severum.* Scilicet a ſacris templi Jeroſolymitani avertere ſubditos ſuos voluit, metu, ne ad Reges Judæ deficerent, communione ſacrorum; & ſecuti aſtum politicum Succeſſores, ut ut ex alia familia & tribu nati eſſent. Hinc idola, in quibus tamen Jehova coli videbatur, nova templa, ſacerdotes novi ex qualibet tribu, feſta alia diesque ſolemnes. Et probare videbantur decem tribus peſſimum conſilium, jam ante Jeroboamum prompti ad ſchiſma. 2 *Sam.* XX. Quamquam

quam reſidui fuerint ſemper inter Iſraelitas pii, qui Hieroſolymam adſcendere conabantur, hinc paſſi perſecutiones per ſacerdotes ipſos, *Hoſ.* v. 1. quique extruxerunt privata ſibi altaria, ut videtur colligi poſſe ex queſtibus Eliæ. 1 *Reg.* xix. 10. *Rom.* xi. 3. 4.

[*b*] Per Lucernam intelligitur Rex, lumen totius regni. confer 2 *Sam.* xxi. 17.

[*c*] Magna ſane eſt præſtantia Davidis in Scripturis, tum reſpectu Saulis, tum aliorum Regum. Saul magis fuit permiſſus, quam miſſus a Deo. David vero quaſi quæſitus & inventus a Deo fuit. 2 *Sam.* xxii. 33. Imo, inquit Deus, *quæſivi mihi*, quaſi ſuo commodo, & invenit *virum ſecundum cor Dei*, quod maximum amorem denotat, quin & virtutes Davidis, quibus Deum referebat. Hinc & ſervus Dei appellatus eſt κατ' ἐξοχὴν, typus quoque Meſſiæ, qui inde David appellandus. *Hoſ.* iii. *ult.*

IX. Reges domus Davidis [*a*] manent in perpetuum, hinc dicitur, * *Thronus tuus erit ſtabilis in* [*b*] *perpetuum.* Sed ſi ſurgat Rex ex reliquo [*c*] Iſraele, deficit regnum ex domo ejus. Nam ecce dictum eſt Jeroboamo, † *ſed non omnibus diebus &c.* [*d*]

* 2 *Sam.* vii. 16. 1 *Reg.* ii. 45. † 1 *Reg.* xi. 39.

NOTÆ.

[*a*] Nempe ſoli tribui Juda jam olim eſt promiſſum imperium, *Gen.* XLIX. 10. Ergo puniti, inquiunt Judæi, qui fuere Reges ex alia tribu, nec

Digitized by Google

nec fœlix ipſorum fuit Regnum; probantque exemplo Saulis, Regum Iſraeliticorum (quos omnes excludunt vita æterna *Gemar. Sanhed.* cap. xi. §. 51. 52.) & Haſmonæorum, qui Sacerdotes fuere, Levitæ, neque, adeo regnum ambire vel adire debuiſſent. Vide hic omnino R. *Becui Comment.* ad *Geneſ.* XLIX. 10. alioſque apud *Alting. in Silo, p.* 14. 34. neque adeo hi uncti fuere. Vide *Joſeph. de Voiſin ad Pug. fidei p.* 263.

[*b*] Habent hæc implementum in Meſſia, & quidem noſtro, qui venit ſtante adhuc Judæorum cum quodam ſceptro Republica, & hinc David appellari debuit, *Luc.* i. 32. *Hoſ.* iii. *ult.* fruſtra expectantibus Judæis poſt tot ſupplicia reſtitutionem ſceptri Davidis.

[*c*] Hinc horribilis in Regno Iſraelitico ſæpius confuſio per flagitia, gentilem idololatriam, violata omnia jura, occiſis Regibus ex varia tribu, regnante uno, ſecundo, aut tertio nepote, per invaſores, mutatis Regiis, in terregnis aliquandiu labentibus, quæ poni neceſſum eſt, ut hiſtoria Regum Judæ & Iſraelis convenire queat (videre id licet apud *Scalig. ad Euſebium*, *Uſſerium in Annalibus*, *Calviſ. in Chronologia*) & tandem præcipiti & horribili poſt lanienas, vaſtationes, expilationes, futuro excidio, poſt annorum 250. decurſum, nulla facta reſtitutionis ſpe, niſi quod quidam Iſraelitæ redierint ex captivitate ſub aliis Judæ, hinc ſimul Judæi appellandi, forte ex prophetia, Juda, te laudabunt fratres tui, *Geneſ.* XLIX. 9.

(*d*) Ad hunc locum vide quæ obſervavit Hakſpan in notis ad 1 *Reg.* xi. *p.* 708.

X. Non

X. Non ungunt Regem Iſraelis oleo unctionis, niſi oleo [*b*] opobalſami, & nunquam ordinant in Jeruſalemo Regem, niſi Regem Jeruſalemi, ex ſemine Davidis; non ungunt niſi ſemen Davidis.

Notæ.

[*a*] De oleo unctionis *Majemonides Tract. de Inſtrumentis ſanctuarii*, *cap.* 1. §. 1. ubi habes confectionem iſtius Olei, ex loco *Exod.* xxx. 25. adde pro commentario *Hotting. de Legibus Hebræorum* §. cvii. cviii. Porro obſervandum eſt Sacerdotes ſummos & Reges eodem oleo unctos fuiſſe; rationem reddit *Abarbinel Comment. in locum citatum.* Nempe utroſque decet regere & regi ſecundum normam Legis. At repugnant Pontificii quidam ut Papam ſupra Reges extollant, vide *Becan. Anal. V. & N. T. cap.* xvii. *q.* 7. nec tamen aſſentiuntur *Toſtatus*, *Pineda*, *Salianus*, *Sanctius.* Sane dicitur David oleo Dei ſancto unctus, *Pſal.* LXXXIX. 21. Ad objectiones vide reſponſiones apud *Weemſe Exerc. Judic. c.*6. *Kipping. Antiq. Rom. lib.* 1. 13 Addit porro Abarbinel unctionem factam fuiſſe a Propheta, qui eſſet diſcipulus Moſis, quod unctio ſimul & ungens monerent Regem, ut memor eſſet legis Moſis, ipſiuſque ſequeretur veſtigia. Quamquam ſint Judæi, qui notant Prophetas oleo communiori unxiſſe, at Sacerdotes ſummos oleo ſacro, apud *Weemſe Exercit. Jud. c.*6. Falſum ſaltem eſt, quod credit Abarbinel *præf. in Judices*, ſolos Prophetas unxiſſe Reges. vide 2 *Reg.* xi. 12. Exiſtimat deni-

denique oleum, quod Moſes confecit, ſemper duraſſe, uſque dum cum arca fœderis brevi ante excidium fuit reconditum, quia dicitur *Exod.* xxx. 31, *oleum unctionis ſanctum erit mihi in omnes generationes.* Quod argumentum leve eſt, contrarium hinc ſtatuentibus *Aben Ezra* & aliis.

[*b*] אפרסמון opobalſamum, quod optimum invenitur in regione Jerichuntina, unde quoque urbi Jericho ab odore nomen. Tale oleum ajunt quidam fuiſſe quod appellatur שמן הטוב *oleum optimum*, ſervatum ab Hiskia in Theſauris & oſtenſum Babyloniis, 2 *Reg.* xx. 13. Simili oleo unctus fuit Saul a Samuele, privatim in Rama, & David in Bethlehem, deinde ſacro oleo ungendi publica inauguratione, ille in Miſpa, hic in Hebron. Pari oleo uncti Jehu, & forte Hazael, 2 *Reg.* ix. 1. Obſervant porro Hebræi, nominatim *Abarbinel præf. in Judices*, Reges ex domo Davidis unctos eſſe præterea ex vaſe, quod *cornu* appelletur, vide 1 *Sam.* xvi. 13. 1 *Reg.* 1. 39. ut Regum potentia, & donorum Sp. S. abundantia notetur; alios vero Reges ex vaſe, quod פך *lenticula* nominatur, 1 *Sam.* x. 1. Quod autem hic Majemonides obſervat, arbitratur *Hakſpannius notis* ad 1 *Reg.* xi. *p.* 710. meram eſſe traditionem, forte invidiæ cauſa fictam, cui ne color quidem ex Scripturis poſſit induci. Quamquam non videtur oleo ſacro ex templo repetito unctos fuiſſe Reges, qui ſchiſmatici erant, & nihil cum templo commune habebant.

XI. Cum ungunt (*a*) Reges domus Davidis, non ungunt niſi ad fontem.

NOTÆ.

NOTÆ.

[*a*] Habet iſtud Maimonius ex *Miſn. cod.* כריתות & הוריות cap. v. vide *Ceſeph Miſnæ*, qui eſt comment. in Majemonidem, ubi etiam Tract. שקלים ex Thalmude Hieroſ. adducitur. Lege quoque *Abarbinelem ad* 1 *Reg.* 1. 33. & *præf. in Judices*, ubi obſervat iſtud in uſu fuiſſe, in ſignum perpetui Regni, quod optabatur.

XII. Non ungunt (*a*) Regem filium Regis, niſi ſit aliquod (*b*) diſſidium, aut bellum. Ungunt enim ut ceſſet diſſidium. Ideo unxerunt (*c*) Salomonem propter Adoniam, & Joaſum propter Athaliam, & Jeochaſum propter (*d*) Jehojakim fratrem.

NOTÆ.

[*a*] Contrarium obtinebat in Sacerdotum M. filiis, ubi ſuccedebant in locum parentum, ex lege, licet ratione dignitatis præſtarent Reges Sacerdotibus, *Majemonides de Appar. Templi cap.* iv. 12. vide *Exod.* xxix. 29. xxx. 30. *Levit.* iv. 3. Interea diverſitatem unctionis Regum & Sacerdotum M. vide apud eundem *Maimonium* l. c. cap. i. §. 9.

[*b*] At Reges omnes fuiſſe unctos ajunt *Toſtatus Comm. ad* 1 *Sam.* x. *q.* 3. *Iſidorus lib.* ii. *de Eccleſ. offic. c.* 25. falſò.

[*c*] Salomon prælatus fuit ex Dei voluntate & decreto, alias jure non potuiſſet David Regnum in Salomonem transferre. Vide *Deut.* xxi. 16.

16. 1 Reg. i. 17. ii. 15.

d] Erat enim hic natu major, & natura ſucceſſor. 2 *Chron.* xxxvi. 2, 5.

Cap. II.

De Honore Regi debito ejusque Moribus ac Juribus.

I. MAgnum honorem ſoliti ſunt Regi exhibere, ipſique tribuunt metum & [*a*] timorem in cordibus hominum, uti dicitur * *pones ſuper te Regem, ut ejus timor ſit ſuper te.* Non equitant [*b*] in ejus equo; non ſedent in [*c*] ejus throno; non utuntur ſceptro ejus & corona [*d*] nec ullo ex ſervitii inſtrumentis. Quando moritur [*e*] omnia comburuntur coram ipſo. Pariter nec utuntur ejus ſervis, ancillis, & miniſtris ejus, niſi alius Rex. Quare [*f*] Abiſag erat licita Salomoni, ſed vetita Adoniæ.

* *Deut.* xvii. 15. *Prov.* xx. 2.

Notæ.

[*a*] Timor legitimus Regibus convenit. 1 *Pet.* ii. 17. Non tamen, ut dicant cum Nerone, *oderint, dum metuant.* Admixtus ergo ſit amor.

[*b*] Extant hæc eadem in *Miſn. Sanhed. cap.* 11. & *Cethub. c.* 2. Ergo cum David Salomonem Regem creari & agnoſci vellet, jubet, ut ſuo mulo equitaret, על פרדה אשר לי inquit 1 *Reg.* 1. 33. Hunc tamen petebat ſibi Haman, mox dandum Mordechæo apud Perſas, *Eſth.* vi. 8. 9. 10.

[*c*] Atqui Chriſtus nos ſedere faciet in ſuo

throno. *Apoc.* iii. 21. Interim dum hic ſciſcunt, non eſſe ſedendum in Regis throno, analogum volunt obſervari in ſede Patris, non occupanda a Filiis, *Maimon.* apud *Seld. de J. N. & Gent. lib.* vii. *c.* 2. & Alii apud *Hotting. in Jure Hebr.* §. cxii.

[*d*] Ajunt Judæi, Ægyptios Pharaoni ſuaſiſſe ut Moſen gladio tolleret, quod in pueritia Diadema capiti impoſitum in terram paſſus labi, pedibus conculcaſſet, vide hiſtoriam *Joſeph. Antiq. lib.* ii. *cap.* 5. & *Gaulmin. de vita Moſ. lib.* 1. *c.* 4. At ne uti quidem quavis ratione corona Regis licet Magiſtris, ſub pœna mortis. Stupor fuit inſanus Hamanis, ſibi imponi regium Diadema tacite petentis *Eſth.* vi. 8.

[*e*] i. e. Regia ſupellex & inſtrumentum quodlibet ſervitii (exceptis corona & ſceptro) ne quis utatur ſic author *Ceſeph Miſnæ.* Combuſtionibus hiſce funeralibus adjungi debent cremationes aromatum, id eſt, ſelectiſſimæ Myrrhæ & optimi Thuris, in Regia. 2 *Chron.* xvi. 14. Vide *Majemon. Tractat.* אבל, *de Luctu cap. ult.* Nec enim credendum eſt Hebræos Gentili more corpora ſuorum Regum combuſſiſſe. Itaque male Pagninus 2 *Chronic.* xvi. 14. verba וישרפו לו שרפה גדולה עד מאד interpretatur, *& combuſſerunt eum combuſtione magna admodum.* Nam non eſt וישרפו אתו ſed וישרפו לו in *dativo*, id eſt, *in honorem ejus.* adde 2 *Chron.* xxi. 19. *Jer.* xxxiv. 5. 1 *Sam.* xxxi. 13. Honorificæ iſti ſepulturæ e diametro opponitur *inſepulta ſepultura*, quæ appellatur *Aſini*, & ſummus erat ignominiæ gradus. *Jer.* xxii. 29.

[*f*] Cum ergo eam peteret Adonia, ajunt Magiſtri eum fuiſſe reum majeſtatis, idemque ſe-

feciſſe, ac ſi regnum invaſiſſet. Quod etiam viſum Salomoni, ubi ait ad Bathſebam, *cur non petis quoque ipſi Regnum?* In *Ceſeph Miſn.* refertur ex *cap.* 11. *Sanhedrin* Magiſtros Abiſag licitam pronunciaſſe Salomoni, ut Regi, quod intacta fuiſſet Davidi, at illicitam Adoniæ, utpote privato.

II. Sed uxor Regis non ducitur [*a*] conjux ab alio unquam. Etiam Rex non ducit viduam alterius Regis, aut ab alio Rege repudiatam.

NOTÆ.

[*a*] Nempe ob dignitatem Regis, ne minor ſaltem ſit hac in parte Sacerdote M. cui viduam ducere non licuit. *Levit.* xxi. 14. in typum Chriſti. 2 *Cor.* xi. 2. *Cant.* vi. 9. Vide *Miſn. Sanhedr. cap.* 11. 2. ubi Magiſtri, *nullus Rex defuncti viduam* ducit: at R. Jehuda ait, omnino Rex viduam ducit. Nam Davidem Saulis viduam duxiſſe colligitur ex 2 *Sam.* xii. 8. Vide plura apud *Seld. Uxor. Hebr. lib.* 1. *c.* 10. Saltem duxit Abigailem 1 *Sam.* xxv. 41. & Bathſebam, 2 *Sam.* xi. *ult.*

III. Vetitum eſt (*a*) Eum videre, ubi eſt nudus, aut tondetur, vel quando eſt in balneo aut abſtergitur. Ille (*b*) non exuit calceum, quia dicitur * *& ſpuat in ejus faciem*: id enim contemptus foret. Et ſi vel vellet, non auditur, quia ſi Rex honorem ſuum remittit, is (*c*) tamen remiſſus non eſt. Ac ſicut non exuit calceum, (*d*) ſic fratriam jure Leviratus non du-

 cit.

cit. Pariter, cum fieri non poſſit, ut ipſius uxor, ceu fratria ducatur, ſic nec propter illam exuitur calceus, ſed illa ſemper ſedebit in ſua ſolitudine.

* *Deut.* xxv. 9.

NOTÆ.

[*a*] Habes hæc in *Miſn. Sanhed. c.* ii. §. 5.

[*b*] *Ibidem.* ubi tamen R. Jehuda cenſet contrarium, ſed refutatur.

[*c*] Idem eſt in *Cethub. cap.* ii. Alias dicunt Magiſtri, האב שמחל על כבורו מחול *Patre honorem remittente, remiſſus eſt.* Idemque ajunt de נשיא viro principe, *Hotting. Jus Hebr.* §. ccxii. At jura Majeſtatis non ſunt privata, ſed publica. Hinc Reges ſuo ſemper jure cedere non poſſunt. Pariter nec Deus, Rector & Judex mundi, *Gen.* xviii. 25. Obſerva id c. Socinianos in negotio de *Satisfactione Chriſti.*

[*d*] *Miſn.* l. c. in *Ceſeph. Miſnæ* R. Salomon ait *ignominiæ fore, ſi ſtaret loco fratris.* Porro Regnum eſt proprii juris, etiam ſucceſſoris, neque adeo debet generare ex fratria filium, qui fictione juris, cenſeatur eſſe filius defuncti Regis. Vide *Selden. Uxor. Hebr. lib.* 1. *c.* 10.

Sane Lex de ducenda fratria lata fuit non in gratiam & ſolatium relictæ iſtius mulieris, ſed fratris primogeniti decedentis & mortui ſine liberis, qui jure primogenituræ erat גואל, & vindex ſanguinis fratrum, uti alienatæ poſſeſſionis, & libertatis amiſſæ. Et hinc ei debebantur hæc privilegia, quod ipſe hæres eſſet, duplicem ex bonis paternis portionem conſequeretur, atque, ſi ſine liberis moreretur, deberet

Digitized by Google

beret proximus frater ipſi ſuſcitare ſemen, ducta uxore, ut ſi naturalibus liberis careret, haberet legalem inde filium. Quæ clara ſunt. Neque ideo debebat Goël jure Goëlatus fratriam ducere, quaſi illius commodum ſpectaretur, quod fuiſſet maximæ ſervitutis in Goële fratre primogenito, quum ſic deberet fratris minoris viduam ducere & filium ſibi generare: quaſi multum intereſſet, ſi minor ille frater illiberis moreretur. Sed potius ipſius vidua duci debuit, ut ex ea natus filius fratris primogeniti & mortui absque liberis, perſonam repræſentaret.

Quare etiam Servator noſter antitypus Goëlis, non eſt cenſendus, quod quaſi ex illius jure Eccleſiam ut viduam duxerit, uti credunt perperam aliqui Theologi. Cujus enim viduam duxiſſet? Prioris mariti, qui lex Apoſtolo eſt, *Rom.* vii.? Et quidem ut filios legi generaret? Abſurdiſſime: potius implevit typum Goëlis fratris primogeniti, qui absque liberis cenſebatur nunquam mori ſeu naturalibus, ſeu legalibus, ut Chriſtum figuraret, qui ſemper haberet filios & hæredes. Unde eleganter dicitur, *Pſal.* LXXII. 17. ינון שמו *filiabitur nomen ejus*, id eſt, ſemper habebit liberos, qui ipſius nomine ſint appellandi. Quid? Sacerdos M. quatenus viduam ducere non potuit, ſed virginem, potius typus Chriſti fuit. 2 *Cor.* xi. 2.

IV. Si quis ipſi moriatur, non exit ex porta [*a*] palatii ſui. Ac cum epulo funerali eum [*b*] reficiunt; populus ſedet [*c*] in terra, ille vero in [*d*] ſtrato. Si porro intret atrium ſanctua-

Digitized by Google

rii, & ſit ex ſemine Davidis, ſedebit. Nam non eſt ſedes[*e*]in atrio, niſi ſolis[*f*]Regibus Domus Davidis, ſicut dicitur, * *tunc intrabat David & ſedebat coram facie Jehovæ.*

2 *Sam.* vii. 18.

Notæ.

[*a*] Vide *Miſ. Sanhed. cap.* ii. § 3. ubi *Bartenora* in *Commentario*, *ne populus ejus videat dolores.* Objicit quidem R. Jehuda ibidem exemplum Davidis, qui funus Abneris proſecutus ſit: at ipſi reſpondetur, id factum pro pace regni, ad populi ſuſpicionem amoliendam, ne ſcil: cogitaret Joabum conſilio Davidis Abnerum occidiſſe.

[*b*] Vide *Majem. Tract.* אבל, de *Luctu cap.* xiii. ubi agit de conſolatione lugentium poſt ſepulturam. Jubet autem ſedere lugentes in terra, primumque queri & deinde conſolationes audire; atque afferri cibos non in vaſis pretioſis, ſed vilioribus; & convivatores bibere non plus quam decies, ter ante cibum, ter inter eſum, & quater poſt cibos. Vide de Luctu Hebræorum ibi plura, & apud *Gaulmin. de vita & morte Moſis*, *lib.* iii. *c.* 5. Solebant ſane Veteres epulo reficere lugentes, *Prov.* xxxi. 6. 2 *Sam.* iii. 35. *Jer.* xvi. 5. Atque adeo *Ezechiel* cum lugere uxorem prohiberetur, non debuit uti funerali convivio, *Ezech.* xxiv. 17. ubi לחם אנשים eſt *panis* hominum *miſerorum* & *lugentium*. Quin etiam ſoliti nonnulli deinde ferales cibos apponere ſepulcris, *Eccl.* xxx. 18. *Tob.* iv. 17. Cœterum in veteri quoque Eccleſia Chriſtianorum uſitata erant funeralia convivia, & dein ſuperſtitione aucta epulæ

læ ad defunctorum memorias, maxime Martyrum, quas Tertullianus *collationes* libro de *Monogamia*, & *de Coron. militis oblationes* appellat, quæ uſitatæ maxime ad ſepulcra, ſed improbantibus Patribus & Conciliis. Vide *Auguſt. de Civit. Dei*, *lib.* viii. 27. eſſe autem adhuc apud Chriſtianos quoſdam Orientales morem, ut *accumbentes ſæpius pacem & requiem pro defuncto precentur, & conſanguinei, Deus miſereatur ejus, cujus cauſa hos edimus cibos, reſpondeant*, refert *Gabriel Sionita* in *Rep. Arabiæ*, *cap.* 16. Porro de Epulis feralibus apud Græcos & Romanos plurima videbis apud *Stuckium Antiq. Conviv. lib.* 1. *c.* 26. deſcribere non libet, nec licet.

[*c*] Inſtar Jobi lugentis, *Majem. Tract.* אבל, *cap.* xiii. §. 3. confer *Thren.* iii. 29. hinc phraſis, *edere panem, uti cinerem*, *Pſal.* cii. 10. adde *Pſal.* xliv. 26. cxix. 25.

[*d*] Honoris ergo id Regi datum præ aliis.

[*e*] Erat Regum Jehudæ ſedes, uti ajunt, prope portam altiſſimam in columna marmorea, & quidem in atrio Virorum, uti Pontificis in atrio Mulierum, vide *Majem. de Domo electa*, *cap.* vii. *Seld. de Syned. lib.* ii. 13. *Ariæ Montani delin. Templi.* De quo tamen diſputat. *Clariſſ. Vitringa de Synag. Vet. pag.* 31. quem vide. Saltem veriſimile eſt כיור נחשת, ſedem æneam, quam ſibi Salomon fecerat, ibidem loci fuiſſe, id eſt, in atrio Virorum. 2 *Chron.* vi. 13. Ajunt porro Magiſtri moris fuiſſe, ut Rex in illa ſede ſedens, transacto feſti Tabernaculorum primo die, prælegeret publice ſectionem in *Deuteronomio de Rege*, hoc ritu præcedaneo, ut æditus traderet liberum Legis Antiſtiti, Antiſtes ſummo Sacerdo-

ti, & ſummus Sacerdos Regi; quæ traditio per variorum manus eo faciebat, ut majori reverentia ſummus Sacerdos & Rex afficerentur. Leges hunc ritum *in Sota*, *cap.* viii.

[*f*] Vide *Miſn. Sanhed. cap.* ii.§.3. Itaque Magiſtri Regibus decem Tribuum, ſi acceſſerint ad Templum (quod tamen factum eſſe unquam, hiſtoria non refert) ſedem in atrio Mulierum ponunt. Saltem neceſſum eſt, ut ibidem fuerit Regum Haſmonæorum ſedes, ſi obtineat obſervatio Rabbinorum.

V. Rex [*a*] raditur quotidie & ſe componit ac ornat veſtibus decoris & pulcris, quia dicitur, * *Regem in decore ſuo videbunt oculi tui.* Si quando inſidet ſolio regni, in ſuo palatio, imponit coronam ſuo capiti, & omnis populus ad eum venit (ſed quando ipſi placet) ac ſtat coram ipſo ſe proſternens in terram. Sed Propheta ſtat coram facie Regis, ſe inclinans verſus terram, quia dicitur † *& veniebat (Nathan) coram Rege & ſe inclinabat ad terram Regi.* Sacerdos autem M. non venit quidem in conſpectum Regis niſi hic velit; at non ſtat coram eo, ſed Rex ſtat coram Sacerdote M. ſicut dicitur ‡ *coram Eleazaro Sacerdote ſtabit, Joſua* [*b*]. Licet præceptum ſit Sacerdoti M. ut Regem honoret ſedentem, & ſtet coram eo, quando accedit; nihilominus [*c*] Rex ſtabit coram ipſo, ubi is pro ipſo rogat Judicium Urim. Pariter præceptum eſt Regi, ut honoret

Diſci-

Diſcipulos[*d*] Legis; & cum Sanhedrin & ſapientes ad eum accedunt, ut ſtet coram ipſis, eosque ad ſuum latus collocet. Sic enim fecit Aſa, Rex Jehudæ. Quin etiam Diſcipulo ſapientis aſſurget ex ſuo throno, eumque oſculabitur, & appellabit [*e*] *Doctor mi*, *Domine mi*. Quomodo autem hæc intelligenda? Quo tempore Rex ſolus eſt cum ſervis ſuis in domo, fiet id cum comitate; ſed in [*f*] propatulo coram populo id non faciet; nec ſtabit coram aliquo homine; nec mollia loquetur; nec appellabit aliquem niſi nomine proprio, ut [*g*] timor Regis ſit in omnium animis.

* *Jeſ.* xxxiii. 17. † 1 *Reg.* 1. 23. ‡ *Num.* xxvii. 21.

Notæ.

[*a*] Quam bellulum & pulchellum ſibi regem pingunt Judæi ex ſuo ingenio? Quin ex hoc loco *Jeſ.* xxxiii. 17. vult noſter Majemonides Reges ipſos die expiationis potuiſſe lavare corpus, cum tamen aliis prohibitum eſſet vel digitum aquis immergere, *Tract. Joma*, *cap.* iii. §. 1. Cum vero Rex radatur quotidie, Sacerdos M. modo raditur ſeptimo die, ut gregarius viceſimo. *Majem. de Rat. adeundi Templi*, *cap.* 1. §. 1. 12. 14. Scilicet ut ſacra ex decore peragerentur, Sacerdos tum debebat veſtes ac corpus lavare, & tondere capillos. Comam alere inſtar gentium nulli licebat, ne quidem Regi. *Majem. Tract. de Idolol. cap.* xi. §. 2. *Nemo inſtar Gentium erit prolixis capillis*; addit, *nec utrimque tondebitur relictis in me-*

dio capillis, *ſicut Gentes faciunt*. Ad hæc pertinet obſervatio Magiſtrorum, *Maccoth. cap.* iii. §. 5. Qui *calvitiem capiti facit*, *qui Angulos capitis ſui circumtondet*, *barbæque angulum corrumpit* חייב reus eſt. Certe tales intelliguntur. *Jer.* ix. *ult.* qui קצוצי פאה decurtati angulis appellantur. confer *Levit.* xxix. 27. *Jer.* xxv. 23. xLix. 32.

[*c*] Nimirum ex veneratione divini oraculi. Sacerdos Dei loquentis miniſter erat. Confer *Jud.* iii. 20. Pariter volunt Reges ſtare debuiſſe, ſi in jus vocarentur, ſedentibus Senatoribus (inter quos erat שכינה habitatio Dei vel Majeſtas, apud *Majem. Sanhed. c.* iii.) quod probant exemplo Alexandri Jannæi, in Thalmude *Sanhed. c.* ii. vide etiam *Gaulmin. de vita Moſis lib.* ii. *c.* 4. *p.* 319.

[*d*] Cautiſſime curant Magiſtri ſuam Majeſtatem, Regibus honorandam. Vide *Hotting. de Hebr. Jur.* §. cxxxii. *Buxtorf. ad Coſri*, *p.* 192. Scilicet ſapientes ſunt cuſtodes divinæ Legis & interpretes, maxime oralis. Hinc ut obtineant admodum ſe efferunt ſupra plebem, uti שרים ἄρχοντες, principes, (*Joh.* vii. 26. 48. 1 *Cor.* ii. 5.) quorum eſt dominari populo, quem appellant pollutum & עם הארץ *populum terræ*. Ajunt quoque propter ſapientiam mundum eſſe conditum, atque reverentiam Doctoris eſſe reverentiam Dei creatoris *Pirke Aboth cap.* iv. §. 12. & *Bartbenora* id probat ex *Num.* xi. 28. ubi eſt *Domine, Moſes*, כלאם *cohibe eos*, id eſt, *conſume eos*, quia, qui tibi rebellant, contra Deum rebellarunt.

Libet hæc exponere pluribus ex *Majemonide*, qui Tractatu תלמוד תורה *de doctrina Legis* collegit, quicquid Magiſtrorum ſuperbia potuit ef-

Digitized by Google

futire. Ibi enim *cap.* v. ait, præceptum eſſe ut quilibet vereatur Magiſtrum ſuum, uti patrem, imo magis, quod Pater hominem produxerit in vitam hujus ſæculi, ſed Magiſter perducat ad vitam futuri ſæculi. Hinc pergit, teneri quemcunque ſi videat Patrem & Magiſtrum perire, opitulari prius Magiſtro, quam Patri, atque illum redimere præ iſto, excepto, ſi Pater ſit diſcipulus ſapientis. Porro, inquit, recte a ſapientibus dictum eſſe, eum qui litigat cum Magiſtris, litigare cum Deo, & qui iraſcitur Magiſtris, iraſci Deo, ac qui docet coram facie Magiſtrorum, eſſe reum mortis; prohibitum eſſe appellare Magiſtrum ſuo nomine, non licere ſalutare Magiſtrum, uti quemvis alium, ſed id faciendum incurvato corpore, cum honore & reverentia; ſedendum eſſe coram Magiſtris, uti coram Regibus; non precandum eſſe coram Magiſtro, nec incedendum ad ejus latus, ſed longe a tergo; non lavandum eſſe in eodem balneo, nec ſedendum ejus loco; non abeundum ab eo, oblato dorſo; omne opus, quod ſervus facit Domino, faciendum eſſe Magiſtro; ſi vel de ſuo honore remittat Magiſter, non tamen remiſſum eſſe Diſcipulo. Porro *cap.* vi. plura addit de honore Diſcipulis ſapientum debito, ut concludat vaſtationem Jeroſolymæ contigiſſe, ob contemptum illorum, eoſque non ingreſſuros vitam æternam, qui eos aſpernantur.

Neque mirum eſt Judæos adeo extollere Magiſtros, cum non niſi hoc dominatu & ſervitio queant obtinere regnum in hominum conſcientias, & cavere, ne uſi libertate a Judaiſmo deficiant.

ficiant. Quod exemplum ſecuti ſunt Pontificii, quorum magiſterium eſt dominium in animas, quo ſolo conſtringuntur, ne tranſeant ad noſtros, hinc commendata & præcepta via authoritatis, prohibita autem, quæ eſt examinis in fidei negotio.

[e] רבי ומרי. Vide *Joſuam Levitam* in הליכות עולם *cap.* 1. *p.* 25. *edit. l'Empereurianæ*, ubi ajunt ſapientes, Rabbi major eſt, quam Rab, & Rabban, quam Rabbi. *Elias* in Thisbi hæc ſcripſit, *Rabbi eſt ex terra Iſraelis, Mar vero & Rab, ex Babylonia.* In Targum autem מר pro בעל ponitur. Hinc apparet Majemonidem potius Regem magis poſt, quam ante Babylonicam captivitatem deſcribere. Neque adeo debuit, quæ forte vera ſunt de Regibus Haſmonæorum, diminuto admodum Imperio, attribuere Regibus Judæ, florente ipſorum regno a tempore Davidis. Agunt Judæi ubique pro ſuo faſtu, & imaginaria libertate.

[f] בפרהסיא ἐν παῤῥησίᾳ, Græcæ originis vox eſt. Solent Rabbini uti Chaldæiſmis, & Arabiſmis, ſic Græciſmis uti.

[g] Reges Iſraelis eſſe non debebant ἀπρόσιτοι. Eos decebat comitas decora, ſed etiam majeſtas, ne vileſceret. *Apud Perſas, Regis perſona ſub ſpecie majeſtatis occulitur*, inquit *Juſtinus lib.* 1. Majeſtas & amor populi hic debent convenire & in una ſede morari. Recte *Auguſt. de Civ. D. lib.* v. 24. *Fœlices*, ait, *fore Reges, ſi honoribus & obſequiis non extollantur, ſi ſe homines meminerint, ſi ad Dei majeſtatem & laudem agant omnia.*

VI. Sicut Scriptura ipſi magnum tribuit

hono-

Digitized by Google

honorem, & unusquisque Eum honorare debet, ſic illa quoque ipſi præcipit, ut cor ejus ſit humile, & contritum, quia dicitur, *& cor meum in medio mei ſaucium erat.* Nec ille aſſueſcet extollere animum ſuum in Iſraele, plus quam ſufficit, uti dicitur * *ut non efferatur cor ejus ſuper fratres ſuos.* Pariter benignus erit erga parvos & magnos, exibitque & intrabit ad eorum vota, & propter ipſorum emolumenta, nec negliget minimum honorem qui in parvis eſt: ac cum loquetur ad cœtum populi, plurali numero loquetur mollia, ſicut dicitur † *audite fratres mei, & populus meus*, & dictum eſt ‡ *ſi hodie eris populo iſti ſervus &c.* [a] Adeo ſemper ſtudebit abundantiori manſuetudini. Non [b] eſt nobis major doctore noſtro Moſe, & ille dixit ⸸ tamen, *quid nos ſumus? non contra nos murmuraſtis.* Et *tulit labores, onus murmura & iras eorum, ſicut nutrix geſtat lactaneum.* Scriptura appellat [c] Regem *paſtorem* ⁎ *ad paſcendum Jacob populum Dei. Et conſuetudo paſtoris eſt expreſſa in* [d] *Prophetia* + *nempe paſcere gregem, agniculos brachio colligere, & in ſinu portare.* [e]

* *Pſal.* cix. 22. † *Deut.* xvii. ult. ‡ 1 *Chron.* xxviii. 2. ⸸ 1 *Reg.* xii. 5. ⁎ *Exod.* xvi. 8. & *Num.* xxi. 12. + *Pſal.* LXXVIII. 71. *Jeſ.* XL. 11.

No-

Notæ.

[*a*] Ex conſilio Senum prudentium, quod optimum teneris in initiis, & tumultuante populo. Rex ob populum eſt, non contra. Hinc miniſter eſt publicus nomine Dei, ad ſalutem populi procurandam. Ceſſere Rehabeamo peſſime Juvenum lubrica, calida, ſuperba conſilia, maxime ubi videbatur non modo duram, ſed etiam αὐτοκρατῆ καὶ ἀνυπεύθυνον βασιλείαν meditari, qualis eſt Regum Perſarum (apud *Herodotum*, *Plutarchum*, alios) qui magis ſunt Domini, quam Reges. Interim de Senibus non male veteres Hebræi *in Tract. Thalm.* נדר *Si dixerint tibi juvenes ædifica. & ſenes deſtrue. auſculta ſenibus, non juvenibus,* שבנין ילדים סתירה וסתירת זקנים בנין *Quia ædificatio juvenum eſt deſtructio, & ſenum deſtructio eſt ædificatio.* Quin in *Thalm. Hieroſ. Tract. Berachoth, cap.* I. ajunt, חביבים דברי זקנים מדברי נביאים *præſtantiora ſunt verba Senum, quam Prophetarum.*

[*b*] De Moſis officio & præſtantia, *Philo de vita Moſis*, *Joſeph. c. Apion. lib.* i. & ii. *Majem. de fundam. Legis, cap.* vii. *Menaſſ. Concil. q.* xi. *in Deuter. Selden. de Syned. lib.* ii. *c.* 2. Extat Tractatus Judæorum, *de vita & morte Moſis*, ad quem *Gaulminius* notas dedit. Prophetam certum eſt eum fuiſſe, & quaſi Regem in Iſraele, imo fundatorem Reipublicæ, *Num.* xii. *Deut.* xviii. xxxiii. Sacerdos non fuit, at inſtitutor Levitici ſacerdotii. Peſſimum vero Judæos ipſius mortem habere veluti מזבח כפרה *altare expiationis*, in fine libri citati, *de morte Moſis.*

[*c*] Imo Deum ipſum & Meſſiam, Pſ. xxiii. I. LXXX. I. *Ezech.* xxxiv. 23. Etiam gentes eo no-

Digitized by Google

mine Reges appellarunt, ſic Agamemnona dixit Homerus *ποιμένα λαῶν.*

[*d*] In textu eſt קבלה. Nempe Prophetia a Deo eſt accepta & tradita. Eadem voce uſus eſt deinde Noſter, *cap.* vii. §. 15. Obſerva id contra Pontificios, ubi abutuntur voce *παραδόσεως* in N. Teſt. Paulus ſtylo Hebræo eſt uſus 2 *Theſſal.* ii. 15. 1 *Cor.* xi. 23. Alias Judæorum de ſua Cabbala opiniones vide apud *Menaſſe Concil. quæſt. in Exod.* I.

[*e*] Locum hunc ad Meſſiam ſpectare recte credunt Chriſtiani.

Cap. III.

De Regum pietate, temperantia, ſobrietate, Jure judicandi & puniendi.

I. QUando (*a*) Rex ſedet (*b*) in Throno regni, ſibi ſcribit librum Legis, præter librum, quem ipſi Patres ejus reliquerunt, eumque recenſet ex libro (*c*) atrii, juxta ſententiam Synedrii Magni. Si ipſi Patres non reliquerunt, aut ſi perierit, ſcribet duos (*d*) libros legis: unum reponet in ſuis Theſauris; nam hoc ipſi præceptum eſt, ſicuti cuicunque (*e*) ex Iſraele; alter vero non recedet a facie ipſius, niſi ad domum Throni eat, ſeu ad balneum, ſive ad locum, in quo lectio non eſt conveniens. Si exeat in bellum, liber eum comitabitur; ſi ſedeat in (*f*) judicio erit pe-

nes

nes ipſum; imo ſi diſcumbat (*g*), erit quaſi coram ipſo, quia dicitur * *& erit cum ipſo & in eo leget omnibus diebus vitæ ſuæ.*

* *Deut.* xvii. 19.

NOTÆ.

[*a*] Habet hæc eadem fere *Maimonius Tract. Thepillim*, *cap.* vii. ex *Miſn. Sanhedr. cap.* ii. §. 4. & *Gemar. in Excerptis cap.* ii. §. 12. Ait autem *Maimonides l. c.* I. Regem debere ſcribere exemplar ſibi לשם המלך *quatenus Rex eſt*, præter volumen quod ipſi erit שהוא הדיוט uti eſt idiota, privatus. II. Librum, quem uti idiota ſcripſit, repoſitum eſſe in ejus theſauris, priorem vero ſemper penes ipſum fuiſſe. III. Regem debere legem deſcribere, non alterius, ſed בידו ſua manu; quod ſi faciat, perinde eſſe ac ſi ipſe Legem a Sinai audiviſſet.

[*b*] id eſt, cum occupat thronum. A pietate principium regni eſſe debet. Sic Rex oſtendat ſe divinæ θεοκρατίας miniſtrum, non populi dominum αὐτοκράτορα.

[*c*] *Qui ſervatur in atrio ſanctuarii.* Sane credendum eſt jam antiquitus fuiſſe publicum Legis exemplar, quod veluti lapis lydius fuit cujuscunque deſcripti voluminis, ut conſtans foret Scripturæ fides. 2 *Reg.* xxii. 8. Ac cum Judæis verba Dei concredita ſint, *Rom.* iii. 4. non dubium, quin ea fuerint publica in cuſtodia. Nec immerito putant Eruditi quidam, ibi ex libb. Regum citato narrari inventum eſſe Moſis αὐτόγραφον; alii addunt cum *Buxtorfio* punctis non deſtitutum. Quamquam hinc patet, quam

miſerrima fuerint populi Judaici tum tempora, & quam parùm ante curarint Reges Moſis præceptum de deſcribendo legis exemplari; apparet rara apud populum fuiſſe legis exemplaria, latente Moſis autographô, 2 *Chron*. xxxiv. 14. Nollem tamen inde cum eruditis Philologis colligere in populo Dei antiquitus non fuiſſe Synagogas, in quibus per Judæam, nec tantum in templo, fuerit inſtituta Legis Divinæ lectio & interpretatio, ut magis moralitati præcepti IV. obviam eatur. Nam ſatis notum eſt, quam impia fuerint tempora proxime ſub Manaſſe, qui plus quam ſemi-ſeculum regnavit, & ante ſub *Ammone* & *Achazo*; nec reſtituere potuerit omnia Hiskias, utut tentaverit. De antiquitate alias Synagogarum teſtatur locus, *Pſal*. LXXIV. 8. cui addi debent, quæ leguntur, *Levit*. xxiii. 23. 2 *Chron*. xvii. 7. confer *Ligtf. Op. T.* I. *p.* 473. & ii. *p.* 23. *Stillingfl. Orig. ſacr. lib.* ii. *c.* 4. §. 3. *Mede Serm. p.* 275. *Ouweni Theol. p.* 413. *Hulſ. Nucl. Proph. p.* 1138. *Full. Miſc. lib.* ii. 9. Interea libeat conferre teſtimonium *Philonis* apud *Euſeb. Præp. lib.* viii. 7. & *Joſeph. contra Apionem lib.* ii. Ubi addit Moſen optimam tradidiſſe viam inſtruendi populum, ut non ſemel aut bis, ſed ſingulis Sabbathis legem explicari audirent. Nempe hoc legis Sabbathicæ arcanum erat. Quod, ut Deo dignum eſt, non debebat a Chriſtianis negari, repudiata præcepti IV. moralitate.

[*d*] Locus *Deut*. xvii. 18. unde hæc Maimonius, ſic habet, *& fiet cum ſederit ſuper thronum regni ſui, ut ſibi ſcribat* משנה *Legis hujus &c.* משנה per *duos libros* exponit noſter, & plurimi Rabbini apud *Carpzov. ad Schikhard. p.* 82. Sunt ta-

men qui משנה de *Deuteronomio* interpretantur, quaſi illud ſolum deſcribere debuerit, non totum Pentateuchum, ſecuti *Abarbinelem* in *Commentario*, qui iſtud de duobus exemplaribus a Rege deſcribendis non probat. Imo non deſunt, qui de Paraſcha exponunt, qua de Regis officio agitur. Saltem hic conferri poteſt locus *Joſ.* viii. 32. ubi Joſua fertur lapidibus inſcripſiſſe משנה תורת מושה, non ſane bina, id eſt, duo, quod fieri non potuit, ſed *exemplum* duntaxat & ἀντίγραφον unum, quod recte משנה appellari meretur, quia a primo exemplari veluti ſecundum eſt.

[*e*] De officio hoc cujusque Iſraelitæ *Barten. ad Miſn. Sanhedr. c* ii. §. 4. et fuſe *Maimonius in Tract.* תפילין *cap.* vii. 1. ubi hæc habet, *præceptum affirmativum eſt ut ſinguli Iſraelitæ ſibi ſcribant librum legis, juxta* Deut. xxxi. 19. *Quin licet a parentibus ſuis quis librum legis accepiſſet, nihilominus ſibi tenetur proprium exemplar ſcribere. Illud enim ſi ſcripſerit ſua manu, perinde eſt ac ſi ipſum a Sinai accepiſſet. Si peritus non ſit ſcribendi, alii ſcribant ipſi.* Audite hæc Pontificii! Non adeo crudeles fuere Judæorum Magiſtri in plebem, ac vos, cum æque dominarentur animabus, ut quidem manibus Scripturas extorquerent. Quid! jubebant, ut quilibet ſcriberet. Quare etiam Servator Auditores ſuos (licet Principes dicerent, *plebem non noſſe legem*) ad Scripturas remittere potuit, & Beroënſes laudantur, quod illas pervolverent, examinata ad eas Pauli doctrina. *Joh.* v. 39. *Act.* xvii. 11.

[*f*] In Judicio Regio, non Synedrio M. in quo Rex non ſedebat: ad legem judicandum erat.

[*g*] Ad Miſn.

[g] Ad menſam vel epulas, ut exponit *Bartenora*. Oportet Religionem conjunctam eſſe epulis. Sacri ſermones hic utiliſſimi.

II. Non multiplicabit (*a*) ſibi uxores. Ex traditione autem (*b*) didicerunt, quod aſſumere modo poſſit xviii. uxores, ſeu conjuges, ſeu concubinas, ut omnes ſimul ſint non niſi xviii. & ſi vel unam addat & ducat, verberandus (*c*) fuerit. Jus tamen habet expellendi unam & aliam ducendi, loco expulſæ.

NOTÆ.

(*a*) Locus eſt in Lege, *Deut.* xvii. 17. Ratio præcepti eſt varia. I. Permiſſio polygamiæ eſt præter Legem primævam de conjugio; non autem decet Regem polygamiæ libertate pro ſua facultate & divitiis abuti, ad libidines monſtroſas, malo exemplo Subditorum. Imo hinc ſunt qui Regi ipſam polygamiam putant interdictam. Vide *Calov. Bibl. Illuſtr. in locum.* II. Impium foret Regiam mutare quaſi in lupanar, per meretricios amores, ut luxuria & carnalibus voluptatibus difflueret. III. Caveri debuit ne a Regibus gynæceum aleretur immenſis ſumptibus, aut numerus liberorum Regis nimium accreſceret, in grave onus populi & perniciem Reipublicæ. IV. Ex polygamia nimia grave periculum erat, *ne cor Regis deficeret*, *Deut.* xvii. 17. Amoribus enim carnalibus impediretur Regni negotia curare, in vagas cogitationes diſtractus (Sardanapali hiſtoria nota eſt) imo flecteretur eo, ut deſerto Dei amore quæreret uxores ex aliis gen-

Digitized by Google

tibus, quibus ad idololatriam ſeduceretur. Exem-
plum dedit deinde ſapientiſſimus Salomon.

(*b*) Vide *Miſn. Sanhedr. cap.* xii.§. 5. & *Gemaram*
in excerptis cap. ii. § 8. ubi tamen probant nume-
rum ſubtiles Magiſtri ex 2 *Sam.* xii. 8. Scilicet
David habuit Achinoam, Abigalem, Maha-
cham, Chaggitham, Abitalem & Eglam uxores.
2 *Sam.* iii. 2.—— At loco citato dictum a Deo
eſt, ſi parum id eſſet, addidiſſem כהנה וכהנה id
eſt *totidem* & *totidem*. Bis autem totidem faciunt
xii. quæ additæ ad ſex Davidis uxores, quas jam ha-
bebat, faciunt xviii. At fallit calculus. Nam re-
petitio iſtiusmodi non definite certum nume-
rum, ſed indefinite rem ſimilem notat, *Joſ.* vii.
20. *Jud.* xviii. 4. 2 *Sam.* xi. 25. xvii. 15. Quin
addunt ſuo commento fabulam Gemariſtæ *l.c.* §.
14. ut ingenioſi ſunt fabularum artifices, quo Scri-
pturam ad ſuas opiniones exponant. Dixit Abi-
ſag ad Regem Davidem, ducas me in uxorem.
Ait Rex, id nefas eſt, quia jam habeo xviii. uxores.
Atqui de iſtô numerô nihil S. hiſtoria, quæ eum
affirmat in ſolo Rehabeamo non probat. 2 *Chron.*
xi. 21. Cœterum adverſus Legem Moſis graviſ-
ſime peccavit Salomon, dum aleret DCC. uxo-
res & CCC. concubinas. 2 *Reg.* xi. 3. Licet alia ra-
tione aut tempore numerentur *Cant.* vi. 8——.
ubi dicitur in Epithalamio fuiſſe LX. *Uxores prin-
cipes*, LXXX. *concubinas*, & *virgines ſine numero* in
Regia, quibus præferenda erat uxor, filia Phara-
onis, cui cum introduceretur ab iſtis acclaman-
dum eſſet inſigni encomio & admiratione, *quæ
eſt iſta, quæ proſpicit ſicut aurora, pulcra ut Luna,
pura, uti Sol?* Stupent autem ad tantam uxorum
multitudinem Magiſtri. Igitur fabulam rurſus

fin-

fingunt. Cum enim lex dixiſſet, *non multiplicabit ſibi Rex uxores, ne avertant cor ejus*, ajunt Salomonem reſpondiſſe diſſuadentibus, non avertent cor meum, ſi vel plures, quam xviii. uxores duxerim; hinc mihi licitum eſt habere; at deceptum eſſe Regem a ſeipſo, & graviter lapſum tum polygamia, tum idololatria. Hæc illi in *Gemara Sanhedr. excerpt. c.*ii. §. ii. Hinc R. Juda hoc modo Legem explicuit, l. c. *multiplicabit uxores, ſed ea conditione, ne cor ejus avertant.* Sane expertus eſt Salomon quam male Legem violaſſet, dum ſcripſit pœnitentia ductus, quæ leguntur, *Prov.* xxxi.3. *Eccleſ.* viii. 28. adde *Prov.* ii.16. ix. 13

(*c*) An Rex ſubjectus fuerit verberibus vide *Differt. Carpzov. ad Schikhard. de Jure Reg. Hebr.* Mirum vero eſt *Seldenum de Syned. lib.* ii. *c.* 9. etiamque *Grotium* de *Jure belli & pacis*, *lib.* i. *c.*3. ſecure adeo crediddiſſe Magiſtris, probata quoque, quæ fingitur quibusdam fabula, *Regem in ſignum pœnitentiæ verbera ſponte ſuſcepiſſe, ideoque non a Lictore, ſed ab eo, quem legiſſet ipſe, cæſum fuiſſe, & ſuo arbitrio ſtatuiſſe verberibus modum.* At facilius aſſerent Doctores Judæorum verberatum fuiſſe Regem, aut verberari de jure potuiſſe, quam probabunt. Utique, credo, Salomon ſatis cavit ne ob monſtroſam ſuam polygamiam cæderetur. Profecto, ſic nobis videtur, Judæi inflicta Regi verbera comminiſcuntur ex vaniſſimo poſteriorum temporum faſtu, ne ſuis quidem Regibus ſubjecti fuiſſe, ſed liberiore republica uſi crederentur. Utique crepabant in noſtro Euangelio, ſe *Abrahami ſemen eſſe, & nemini unquam ſerviiſſe*, *Joh.*viii. 33. quum tamen mi-

ſerrimo eſſent ſubditi ſervitio Romanorum. Ac forte, quæ in Haſmonæos, ortos ex Sacerdotio, licuerunt, putarunt ante Patribus in Reges antiquiores licuiſſe. Sane de Sacerdotibus etiam ſummis verberandis, non ſemel agit *Majemonides* in Tractatibus, qui *Faſcic.* vi. & vii. exhibentur. Fere uti Gentiles, qui *Virgines Veſtales æterni ignis cuſtodes*, ob negligentiam *flagris admovebant* apud *Valer. M. lib.* i. *cap.* i. §. 6.

Quàm verò eſſe debent Judæorum fabulæ Pontificiis gratæ, qui Reges pœnis Papalibus & pœnitentialibus uſque ad flagellationes ſubjiciunt! Notæ ſunt Henrici II. & Johannis I. Regum Angliæ, apud *Matthæum Peris*, nec non Philippi II. Hiſpaniarum Regis, exempla. Interim obſervandum eſt, quam parum fidei ſit habendum Magiſtris, ubi ritus ſacros exponunt. Scilicet quæ ſunt inductæ ſuperſtitiones ſequioribus ſeculis (damnante merito Servatore traditionaria præcepta) vellent fuiſſe antiquas & Moſaicas. Cave credas, Lector, te, dum Judaicas ſcrutaris antiquitates, divinas invenire. Hæc tamen opinio eſt quorundam Philologorum, ne oleum & operam in ſcrutandis Judæorum ſcriptis, utique nugacibus, perdidiſſe videantur.

III. Nec multiplicabit [*a*] ſibi Equos, præter eos, qui ſufficiunt niſi [*b*] currui ſuo. Etiam unus equus adornatus aut phaleratus ad currendum coram ipſo, ex more reliquorum Regum, prohibitus eſt. Si addat [*b*] Rex, verberatur.

NOTÆ.

(*a*) Vide *Miſn. Sanh. cap.* ii. §. 4. cum *Gemara*

&

Commentatores, qui hic putant id curæ datum, ne Rex ſuperbiret admodum. At Scriptura *Deut.* xvii. 16. præterea cavet, ne populus ex Equorum mercatura, illorumque amore, & uſu *tenderet in Ægyptum*, ubi optimi, adeoque ex commercio mores diſceret & amicitiam vetitam contraheret. Vide *Jeſ.* xxxi. 1. & *Calov.* ad locum. Deinde a non neceſſariis bellis avertendus erat ejus animus, nec non a vana fiducia in armis. *Pſal.* xx. 8. xxxiii. 17. *Prov.* xxi. 31. *Hoſ.* xiv. 4. Quod vidit *Abarbinel Comm. in locum.* Atque hinc legitur *Joſ.* xi. 6. את סוסיהם תעקר וגו *&c.* *equos eorum enervabis, & currus igne combures.* Confer exemplum Davidis, 2 *Sam.* viii. 4. At transgreſſus eſt legem primus Salomon, & dein alii Reges, *Jeſ.* ii. 7. *Terra impleta eſt Equis, nec eſt finis curruum.*

(*b*) Pompæ ergo talem Equum habere qui ſit בטלן *otioſus*, nefas eſt Magiſtris. At durities hæc non probatur *Bocharto de Animalib. lib.* ii. *cap.* 9. Quamquam indignum eſſet mores profanarum Gentium, dedicantium Equos otioſos ſuis Diis, ſuperſtitioſos imitari. Quin quod imprimis notandum, Perſis in bello ſingularis & otioſus, ut videtur, erat Equus Soli dicatus, apud *Curt. lib.* iii. *c.* 3. ubi inquit, *Currum deinde Jovi ſacratum albentes vehebant equi, hos eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellabant, ſequebatur.* Sane Reges Jehudæ in hoc crimen ſunt prolapſi, ut etiam Equos Soli, ceu Numini dedicarent, uti Nationes, vide *Bochart. ibid. cap.* 10. Interim Regis Equus, quo utebatur maxime in bello, uti eximius erat, ſic ornatus pro decore Majeſtatis, quo tend[illegible] alluſio, *Zach.* x. 3. *Ponet eos uti equum* [illegible]ult.

Majeſtatis ſuæ in prœlio, & comparatio Chriſti ſuam ſponſam cum *Equis Salomonis* benigne conferentis, *Cant.* i. 9.

(*c*) At habebant Reges præter primarium currum quoque רכב המשנה, ſecundarium in bello, uti equos iſti currui, 2 *Chron.* xxxv. 24. Verbera porro in Reges prompta & parata habent Judæi, vani jactatores ſuæ libertatis.

IV. Non multiplicabit (*a*) ſibi argentum & aurum, ut reponat in ſuis theſauris, & ut iis ſuperbiat, vel delectetur, ſed ut det exercitibus, ſervis & miniſtris ſuis. Omne aurum & argentum, quod multiplicabit, reponetur in Theſauro Domus Dei, (*b*) ut ibi ſit paratum ad neceſſitates reipublicæ & bella. Ecce hoc præceptum eſt de eo multiplicando. Non autem eſt vetitum multiplicare, niſi ſibi (*c*) in domo theſauri proprii, ſicut dicitur * *non multiplicabit ſibi*; ſi multiplicet, verberatur.

* *Deut.* xvii. 16.

NOTÆ.

(*a*) *Miſn. l. c.* ubi Magiſtri, argentum & aurum non multiplicabit *ſibi*, poterit autem multiplicare ad danda אספניא ὀψώνια, ſtipendia. Recte Abarbinel exiſtimat primariam Legis *Deut.* xvii. 16. rationem eſſe, ne Rex ſua abutatur poteſtate in conquirendis opibus ex plebe, vi, extorſionibus & oppreſſionibus. *Comment. in locum.* Adde interdictum Regibus faſtum, vanam in opibus fiduciam, belli non neceſſarii ſtudium.

(*b*) De

(*b*) De Theſauris domus Dei & Regis, vide 2 *Chron.* xii. 9. 2 *Reg.* xviii. 15.

(*c*) Poterant ſane Reges fieri divites ex vario acquirendi modo, uti ex tributis aliarum Nationum, 2 *Chron.* xvii. 5. ex juſto bello & ſpoliis, 2 *Chron.* xv. 7. ex tributis jure populo Iſraelitico impoſitis, at non nimiis. Sic David congeſſit divitias, at præcipue in uſum Reipublicæ, maxime ſacræ, ad Templi magnifici ædificium 1 *Chron.* xxii. 14. 2 *Chron.* xxix. 11, 12. Vana autem fides eſt & fabula de tantis in Davidis ſepulcro reconditis vel inventis Theſauris ſeu ab Hyrcano, ſeu Herode, apud *Joſeph. Antiq. lib.* xiii. 16. xvi. 11. Nec enim credi par eſt tantam pecuniæ vim per tot annos ibi ſervari potuiſſe, tantis ſæpe obortis afflictionibus, regnantibus quoque impiis Regibus, qui pecuniis opus haberent, interveniente captivitate Babylonica, & perſecutione tum Ægyptiaca, tum Syriaca. 1 *Chron.* xxii. 14. 2 *Chr.* xxix. 11, 12. Salomon deinde etiam Ophire congeſſit theſauros immenſos, at gravi nimis onere preſſit Subditos, unde murmura, quæ viam pararunt ad infelix ſchiſma. 2 *Chron.* x. 4. Porro divitias paravit ingentes Rex Joſaphat, cui fuere עושר וכבור לרוב *divitiæ & honos ad multitudinem* 2 Chron. xviii. 1. & Hiskias 2 *Chron.* xxxii. 27. ubi legitur, *fuere Hiskiæ divitiæ & gloria* הרבה ומאר *multæ admodum*, quæ eadem fere in lege verba, לא ירבה לו מאר, ut viſus ſit peccaſſe. Et peccavit ſane cum theſauros nimium laudaret & oſtentaret Babyloniis, minante Deo omnia a Chaldæis diripienda. Summa eſt peccaſſe Reges in divitiis colligendis non adeo in uſus publicos, quam ſuos; tantummodo acquirendi per onera ſubditis

præter jus impoſita; tum abuſu, ſuperbia, luxuria, fiducia, aliisque vitiis.

V. Rex prohibetur [*a*] bibere ad ebrietatem, ſicut dicitur, * *non convenit Regibus vinum bibere:* ſed erit occupatus in Lege & in neceſſariis [*b*] populi negotiis, noctes atque dies, uti dicitur, † *& leget in eo* (*libro*) *omnibus diebus vitæ ſuæ.* [*c*].

* *Prov.* xxxi. 4. † *Deut.* xvii. 19.

NOTÆ.

[*a*] Sobrietas prudentiæ, diligentiæ, pietatis nutrix eſt. Iſtarum virtutum debent Reges eſſe exemplaria. Ob iſtud crimen ergo vehementer reprehenduntur a Prophetis, maxime Reges Iſraelitarum & Aulici, *Jeſ.* xxviii. 1. *Hoſ.* vii. 5. Inde enim omnia ſcelera, *Hoſ.* iv. 18.

[*b*] Rex eſt propter populum, cujus quodammodo Miniſter eſt, inſtar Solis, qui ab uſu in hæc inferiora שמש Hebræis appellatur. 1 *Chron.* xvii. 7.

[*c*] Pietas eſt fundamentum ſtatus & regni, *Jeſ.* xxxiii. 6. Vide porro *Joſ.* i. 8. *Pſal.* ci. 2——. *Prov.* xx. 8. xxv. 5.

VI. Pariter non erit immixtus [*a*] mulieribus, & ſi vel unam modo habeat, non debet illa penes Regem ſemper inveniri, uti mos eſt ſtultorum, ut dicitur * *ne dato mulieribus vires tuas.* Sollicita enim Lex eſt de averſione animi ejus, ſicut dicitur, † *ne advertatur cor ejus.* Quia cor ejus eſt cor [*b*] omnis Iſraelitici

coe-

cœtus. Itaque Scriptura eum alligat legi, plus quam reliquum populum, ubi dicitur ‡ *omnibus diebus vitæ ejus.*

* *Prov.* xxxi. 4. *Deut.* xvii. 19. † *Prov.* xxxi. 3. ‡ *Deut.* xvii. 19.

Notæ.

[*a*] A mulieribus ſæpius maxima in Rempublicam vitia promanarunt. Salomonem decepere uxores, & Jeſabel irritavit Achabum, ut tyrannice regnaret. Mulierum conſilia, ut calida, ſic peſſima. Porro id quod Regibus vetitum a Magiſtris, quoque prohibitum eſt ſapientibus. *Ne multiplices ſermonem cum mulieribus; cum ſua uxore dixerunt, quanto minus cum uxore proximi; nam omni tempore quo multiplicat, accerſit ſibi malum, impeditur a ſtudio legis, & tandem deſcendit in gehennam*, eſt in *Pirke Aboth*, cap. 1. & in *Tract. Erubim* ajunt, *non ibit vir ſapiens poſt mulierem, ne quidem poſt uxorem propriam.* Minime vero volunt, *mulieres* audiri *ſuccinentes*; *cum perinde id ſit, ac ſi ignem ſtupæ admoveas. Excerpt. Gem. Sota, c.* 9. apud *Wagenz. p.* 1066.

[*b*] Caput eſt populi, publica perſona eſt, ſupponit pro toto populo. Et *quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Abarbinel comment. in Deuteron.* habet rationes. I. Quia Rex eſt inſtar ſpeculi toti populo, vel exemplum. II. Quia ejus majeſtas & corona ſuperat dignitatem omnium hominum. III. Quia præter bona imaginaria, qualia honores, debet quærere bona animi, quibus æternum vivat. Itaque Regibus peſſime munere ſuo functis graviſſimam in Gehenna pœ-

nam

nam tribuunt Judæi, apud *Windetum de vita Funct. ſtatu*, *Sect.* 7. Vide *Miſn. Sanhed. c.* xi. §. 2.

VII. Ante [*a*] expoſuimus, quod Reges domus David judicent & judicentur, ac contra eos valeant teſtes. Sed de Regibus Iſraelis ajunt [*b*] ſapientes, quod nec judicent, nec judicentur, quia cor [*c*] in illis ſuperbum, & inde orirctur res indigna ac contemptus Legis.

NOTÆ.

[*a*] Vide Majem. *Tractat. Sanhed. de Syned. & pœnis*, *c.* ii. §. 5. *Reges Davidis*, inquit, *quamvis non ponerentur in Synedrio, tamen ſedebant & judicabant populum*, *& a populo judicabantur*, *ſi in eos jus eſſet: verum Reges Iſraelis non judicabant neque judicabantur, quia ſubjecti non erant verbis legis.* Atqui videntur Reges Iſraelis voluiſſe ſuam cauſam judicari, quando *Naboth* ſpecie juris occidendus erat. Qua vero judiciaria poteſtate David & Salomon egerint ex S.S. eſt notum. Quanta autem ſit *Majemonidæ* & ſociis Synedrii M. poteſtas, *ibidem & in ſeqq.* videre eſt. Nempe admodum curant, ne Princeps ſit legibus Synedrii ſolutus, quin ſubſit poteſtati Synedrorum. Lege diſſerentes *Selden. de Synedr. lib.* iii. *c.* 9. *Wagenzelium Diſſert. ad Geneſ.* XLIX.

[*b*] Vide *Miſn. Sanhed. cap.* ii. §. 2. & *excerpta Gemar. Sanhed. c.* ii. § 1. ubi dicunt *traditio hæc, Rex nec judicat, nec judicatur, non ſpectat niſi ad Reges Iſraelis. Nam ex familia Davidis judicant & judicantur*, juxta *Jer.* xxi. 11. *Niſi enim in jus vocari poſſent, ſi quomodo judicarent?* Bella ratio!

Digitized by Google

tio! Deinde quærunt, quare non judicant & non judicantur Reges Iſraelis? Reſpondent ex hiſtoria de ſervo A. Jannæi Regis(fratris Ariſtobuli) *is homicidium commiſerat; petitur pœna; aſſidet Rex*, ait *ex Synedrio Simeon filius Schatach, ſurge, non coram nobis, ſed coram illo, quo jubente mundus extitit; at Rex, non ſurgam tuo ex juſſu, ſed collegarum; hi tacent, at mox a Gabriele Angelo humi affliguntur, ut efflarent animam. Tum conditum eſt decretum, Rex nec judicet, nec judicetur, nec teſtimonium dicat, nec in ipſum dicatur.* Fuſius enarratur hæc hiſtoria in *Thoſeph. Jom. Tob* ad *Miſ. Sanhed.c.*ii.§.2. De A. Jannæi moribus lege *Seld. l.*iii. *c.* 13. Plura autem de dicto Judæorum, rex nec judicat nec judicatur, habes apud *Ligtfoetium*, *Oper. T.* 1. *p.* 6. 8.

[*c*] *Bartenora ad Miſn. Sanhed. c.* ii. §. 2. *Quia non audiunt verba ſapientum.* Itaque admodum infenſi ſunt Magiſtri Regibus Iſraelis, uti videre eſt, *excerpt. Sanhed. c.* xi. §. 52. *Achaſus, Achaſias & omnes omnino reges Iſraelis, de quibus ſcriptum eſt, fecit quod malum eſt in oculis domini, non vivent, nec in judicium vocabuntur.*

VIII. Omnem, qui rebellis eſt Regi, poteſt Rex occidere. Etiam, ſi jubeat aliquem ex populo ire in quendam locum, & non eat, aut non egredi ſua domo, & egrediatur, is mortis reus eſt; & ſi voluerit eum occidere, occidat, ſicut dicitur,* *omnis homo, qui rebellabit ori tuo &c.* Pariter, omnem, qui ſpernit Regem, aut convitiatur ei, poteſt Rex occidere,

dere, exemplo Simei filii Gera (*a*). At non licet Regi occidere (*b*) niſi gladio. Similiter poteſt in vincula conjicere, & percutere flagris, ut honoretur. Sed non exiget pecuniam; ſi (*c*) exigat, rapina eſt.

* *Joſ.* 1.8.

NOTÆ.

(*a*) Ergo Rex judicat, in cauſa Majeſtatis, & ubi ſtatus regni poſtulat. Hinc *cap.* iv. §. 9. & ſequenti videbis הרוגי מלך vel מלכות i. e. *propter regnum.*

(*b*) Vide paria apud *Majemon. Sanhedr. cap.* xv. *in fine.*

(*c*) Poſſet abuti poteſtate ad multiplicandas opes. Hinc exigere mulctas pecuniarias ad judices pertinebat. *Majem. de Syned. cap.* v.

IX. Qui tranſgreditur juſſa Regis, ut occupetur in præceptis Dei, etiam levibus, ecce hic immunis eſt. Sunt negotia ſervi & domini. Negotia domini potiora ſunt, quam ſervi. Nec opus eſt dicere, ſi Rex quicquam decernat, ut aboleat Dei præceptum, quod non ſit audiendus.

NOTÆ.

(*a*) Lege *Majem. de Fund. Legis*, *cap.* 5. & plura habebis, etiam de Martyriis obeundis potius, quam ut præcepta Dei violentur. Confer *Act.* v. 29. Politicorum utique axioma eſt huc applicandum, extra territorium imperanti, impune non paretur. Secuti ſunt iſtud Martyres Chri-

Digitized by Google

Chriſtiani. Vide *Origenem c. Celſum, lib.* viii. *pag.* 423. *Spencerianæ editionis.* Iſte enim Epicureus peſſime voluerat, eam eſſe ſequendam religionem, quam Rex juberet: at negat Origenes.

X. Homicidam, licet ſine clara ratione, (*a*) vel ſine prævia monitione, reum, etiam ad unum teſtem, quin & inimicum vel oſorem qui occidit (*b*) errore aliquem, poteſtas eſt Regi occidere, ut mundum redigat in ordinem, prout præſens hora (*c*) poſtulabit. Etiam occidet (*d*) multos uno die & ſuſpendet, ſuſpenſoſque (*e*) relinquet multis diebus, ut terrorem incutiat & frangat manum impiorum terræ.

Notæ.

(*a*) Hæc alias requirunt Judæi, ut Iſraelita puniatur a Synedrio, & ſimul duos teſtes, uti eſt apud Maimonidem *Tract. Sanhed. c.* xii. Vide notas ad *cap.* ix. §. 14.

(*b*) בשגגה error eſſe poterat plane involuntarius ex caſu inopinato, *Exod.* xxi. 13. vel mixtus negligentia & culpa latiſſima, vel etiam ex odio, quod faciebat homicidium ſpantaneo proximum. Vide *Deut.* xix. 11. *Seld. de J. N. & Gent. lib.* iv. 2.

(*c*) Hic quodammodo Legibus ordinariis eſt ſolutus, prout exigit temporis neceſſitas aliquando, id eſt ratio ſtatus & reipublicæ.

(*d*) Alias mos fuit, ne una die duo facinoroſi punirentur, niſi forte in eodem delicto deprehenſi. Vide *Gemar. Sanhed. excerpt. c.* iv. §. 3.

Atqui

Atqui Regiæ poteſtatis erat duos pluresque uno die pœna capitali plectere.

(*e*) At dixit noſter *Reges ſolo gladio punire.* Reſponderi poteſt, ſuſpendium hoc conſequens fuiſſe gladii ſupplicium. Solebant enim Hebræi non vivos, ſed mortuos ſuſpendere. Porro ſuſpenſus tollendus erat e ligno ante noctem *Deut.* xxi. 23. At Regi licitum erat relinquere in ligno ſuſpenſos, ad terrorem. Vide 2.*Sam.* xxi. 9. 13. Quo ſpectat *ſepultura aſini. Jer.* xxii. 19.

Cap. IV.

De Jure Regum circa vectigalia, eligendos ſibi miniſtros, heroas, conjuges, accipiendas decimas, terras ſubjugatas &c.

I. JUris eſt Regii imponere tributa populo, ſecundum ſuas neceſſitates, aut neceſſitates Belli. Pariter ordinat telonia, quæ effugere eſt nefas. Ipſius quoque eſt decernere, ut quicunque ſuffuretur quicquam ex vectigalibus, ejus auferantur opes, aut occidatur, ſicut dicitur * *& eritis ipſi ſervi*, ac porro dixit † *& erunt tibi tributarii & ſervient.* Adeoque qui tributum imponit, & ordinat telonia, & jura eorum, in omnibus negotiis & ſimilibus, judicium exercet. Atque porro, quæ dicta ſunt in Sectione de Rege, competunt Regi. (*a*)

* 1 *Sam.* viii. 17. † *Deut.* xx. 11.

Notæ.

NOTÆ.

[a] Extant hæc verba *Gemar. Sanhedr. in excerptis, cap.* ii. §. 6. Notetur autem Paraſcha Moſaica in qua continentur jura Regum, *Deut.* xvii. 15 ——. de ſenſu tamen diſputant Judæi, ut Chriſtiani, uti ante obſervavimus *cap.* 1.

II. Et mittit in omnes [a] terminos Iſraelis, aſſumitque ex populo fortes & heröas, ut ex iis faciat exercitum, etiam currui ſuo & Equitatui. Porro ex illis conſtituit ſatellites & viros, qui currant ante faciem ejus, uti dicitur * *& eos ponet in curribus ſuis, & inter Equites, & current ante currum ejus.* Pariter aſſumit ex formoſis, qui inter eos ſunt, ut ſint miniſtri & coram ipſo conſiſtant, ceu dicitur † *& capiet veſtros juvenes optimos, & aſinos tuos, iisque opus ſuum faciet.*

* 1 *Sam.* viii. 12. ‡ *ibid* ✝. 16.

NOTÆ.

[a] גבול ישראל ſic appellatur omnis terra Cananæa extra Jeroſolymam; quin etiam deinde quidquid extra atrium erat, appellarunt Magiſtri גבולין. Hinc in *Joma* dicunt *non pronuntiatur nomen Jehova in* גבולין, confer *Matth.* x. 1.

III. Similiter aſſumit ex omnibus artificibus, quibus opus habet, ut faciant ejus opera ipſisque dat mercedem iis debitam. Porro capit omnes beſtias, & ſervos, & ancillas ad

ſua negotia, & dat mercedem eorum, aut pretia; ſicut dicitur, **ut aret arva ſua, metat meſſem ſuam, faciat inſtrumenta belli & Equitatus; & ſervos tuos & ancillas tuas & juvenes optimos capiet &c.* [a]

* 1 *Sam.* viii. 12.

Notæ.

[*a*] An hæc omnia facturus eſſet data a Deo & legitima poteſtate, an uſurpata, diſputant Interpretes, maxime cum in Textu 1 *Sam.* viii. 10. dicat Samuel זה יהיה משפט המלך אשר ימלוך עליכם dubium enim eſt, quid per משפט *Miſpat*, intelligi velit. Vide *Celeb. Voet. Diſput. Tom.* iv. *p.* 214. Sunt ſane qui vocem de jure legitimo, ſunt qui de uſurpato & more ac conſuetudine futuri Regis, aliorumque Succeſſorum, qui poteſtate abuterentur ſua, interpretantur. Poſteriori ſaltem ſenſu occurrit vox 1 *Sam.* ii. 13. & משפט *mos vel conſuetudo ſacerdotum erat &c.* Videtur autem Maimonius priorem ſenſum probaſſe, cum tamen cum ſociennibus admodum laudet populi Iſraelitici libertatem, & Regem Synedrio M. ſubjiciat, etiam ad verbera eum damnans, ſi peccet. Itaque alio modo inſtituit *Abarbinel Comment. in* 1 *Sam.* viii. citato R. Levi in ſuam ſententiam. Et recte, cum iratus Samuel nomine Dei, Spiritu Prophetico mala prævideat, & magis minetur populo Rege duro & injuſto, quam æquum Regni adminiſtratorem ad Leges inſtituat. Imo, quæ facturus eſſet quid niſi iniquum Regem dicit? peccaret 1. coactione violenta & compulſione. 2 malo fine, ſibi regnaret & pro

pro libidine. III. ratione objecti, quibus cunque uteretur ad placitum. IV. effectu malo imponendo jugum ſervitutis. Hinc dicitur *capiet veſtros filios & filias, ad ſua ſervitia & vilia quidem miniſteria; capiet agros, vineas, oleas, quæ optimæ, & dabit ſuis ſervis, aulicis; decimabit gregem veſtrum eritiſque ipſi ſervi*, cum alias gaudeatis libertate, &c. Utique talia non debebant facere boni Reges, uti Salomon, 2 *Chron.* 11. 17. decuit potius eſſe נדיבים beneficos, εὐεργέτας. (Confer *Luc.* xxii. 25.) quam duros ſervitiorum & poſſeſſionum exactores. Vide tamen quæ diſputat *Kippinguis* in contrarium, *Antiq. Rom. lib.* 1. *c.* 13. Fateor 1 *Sam.* x. 25. Samuelem dici משפט *Regis ſcripſiſſe in libro eumque poſuiſſe coram facie Jehovæ.* At aliud eſt jus arrogatum, de quo 1 *Sam.* viii. & datum, de quo iſthoc loco.

IV. Etiam capit ex omni termino Iſraelis uxores & concubinas; uxores ſcripto & dote, concubinas vero ſine illis. Nam haſce ſola conjunctione per concubitum acquirit, & fiunt licitæ. Privato tamen nefas eſt habere concubinam, niſi ancillam Hebræam & quidem poſt (*b*) ſponſionem. Pariter poteſt concubinas, quas aſſumpſit, facere palatio mactatrices, piſtrices, & aromatarias, ſicut dicitur * *& filias veſtra capiet, ut faciat &c.*

* 1 *Sam.* viii. 13.

NOTÆ.

(*a*) De ſponſalibus Regis & ſubditi, ex Ma-

giſtris plurima *Buxtorf. Tractatu de ſponſal. & divortiis*, quem vide. Ex Tract. קידושין hæc deſumpta. Lege auctorem *Ceſeph Miſna*.

(*b*) Vide *Exod.* xxi. 8. ubi expreſſe monent Magiſtri præceptum deſponſationis præcedere præceptum redemptionis, quod Deus miſereatur afflictæ venditæ & patris, qui eam vendere cogebatur. *Vide Hotting. de Legib. Hebr.* §. xliii.

V. Præterea etiam cogit (*a*) eos, qui apti videntur, ut ſint præfecti, eosque præficit millibus & quinquagenis, ut dicitur * & *ut ponat præfectos millium & quinquagenorum*.

* 1 *Sam.* viii. 12.

NOTÆ.

(*a*) Servitutis eſt vel ad honorifica cogi munera, eaque obtrudi invitis, maxime militaria in uſum & placitum Regis.

VI. Porro capit agros, olearea & vineas ſuis ſervis, quando eum ad bellum ſequuntur, ut ibi ſe diffundant, ſi alibi non ſit quod edant; attamen numerat pretium (*a*) eorum, ſicut dicitur * *& capiet vineas veſtras &c.* (*b*)

* 1 *Sam.* viii. 14.

NOTÆ.

(*a*) Sic communiter Rabbini, ſed non probante *Abarbinele*. Vult enim de oppreſſione verba accipi, non de eo quod Regi permiſſum foret caſu neceſſitatis in bello. Et conferri hic debent

bent verba Saulis ad Miniſtros Benjamitas 1 *Sam.* xxii. 7. quando ſic jactitat ſuam poteſtatem & liberalitatem, *audite filii Jemini*, (Benjamitæ) *an etiam filius Iſai vobis omnibus dabit agros & vineas?*

[*b*] רמיהן. Hebræis דם ſanguis eſt; at Chaldæi plurali רמין utuntur pro pecunia & pretio. 2 *Sam.* xxiv. 24 *Jeſ.* LV. 1. Liceat obſervaſſe pecuniam veluti circularem ſanguinem eſſe reipublicæ, & iniquos exactores pecuniæ eſſe veluti ſanguiſugas. Quin etiam ſanguinem Chriſti optime conferri cum pretio, quo fit redemptio. 1 *Pet.* 1. 18. 19 Et quivis novit fuiſſe in V. T. hoſtias, quæ pretio erant emptæ, confer *Deut.* xiv. 25.

VII. Regi competunt decimæ ex ſemente, ex arboribus & beſtiis, quia dicitur * *& decimabit ſementem tuam, & greges tuos.* (*a*)

* 1 *Sam.* viii. 16. 17.

NOTÆ.

[*a*] At Abarbinel rurſus hoc ad afflictionem populi graviſſimam refert; *quaſi ſimilis eſſe vellet Rex Levitis ſuamque menſam vellet facere menſam altiſſimi.* Nempe vel caperet decimas a Sacerdotibus, quod foret ſacrilegium, vel decimas iterum a populo exigeret præter illas, quas ex lege ſolviſſet & debuiſſet.

VIII. Rex unctus accipit [*a*] ex omnibus terris ſubjugatis ab Iſraele unam partem ex [*b*]

tredecim, & hoc inſtitutum eſt ipſi & filiis ejus in perpetuum.

NOTÆ.

[*a*] Hæc Lex ad agros ſpectat, uti ſequens ad reliquam prædam. Inde ſane admodum divitiæ Regis accreſcere poterant, nec obſtante Lege *Deut.* xvii. de non multiplicandis a Rege opibus. Obſervandum vero eſt hanc conſtitutionem reſpicere bellum, quod etiam authoritate Synedrii M. ſuſceptum erat; alias ſi ſolo arbitrio bellum gereret, omnia ſubacta cedebant Regi. Vide mox §. ix. x. & confer *Selden. de J. N. & Gent lib.* vi. *c.* 16. *p.* 785.

[*b*] Tantum capit, quantum quælibet tribus. Atque adeo diſtributio inſtituebatur pro ratione xii. Tribuum: quæ ſatis magna erat portio, unde Regis opes accreſcerent.

IX. Omnium interfectorum [*a*] Regis facultates cedunt Regi; quoque Regna, quæ ſubegit; etiam Theſauri [*b*] Regum devictorum ſunt Regis. At reliquam prædam [*c*] quam ſpoliant prædatores, ponunt coram ipſo, & ille [*d*] primum capit dimidium, atque alterum prædæ dimidium dividunt omnes [*e*] præfecti exercitus cum populo. Qui [*f*] autem manſerunt apud inſtrumenta bellica ad ea ſervanda, dividunt ex æquo, ſicut dicitur, *ut erit pars eorum, qui exierunt ad bellum, ſic erit pars eorum, qui apud inſtrumenta permanſerunt; ſimul divident.* *

* 1 *Sam.* xxx. 24.

NOTÆ.

NOTÆ.

[*a*] Diſtinguuntur in *Ceſeph. Miſnæ* הרוגי בית דין, & הרוגי המלך vel מלכות, interfecti Regis vel Regni (id eſt ob rebellionem & alia crimina majeſtatis læſæ) & interfecti Synedrii M. diverſa hic erant jura. De prioribus hic agitur, ac definitur omnem ipſorum facultatem ממון (nota vox in N. T. eo ſenſu, *Matth.* vi. 24.) ad Regem pertinere. Confer quæ leguntur *Gemar. Sanhedr. c.* vi. *excerpt.* §. 7. ubi tradunt Magiſtri bona interfectorum a Rege (vel ob regnum מלכות) cedere Regi, ſeu fiſco regio, at eorum, qui interfecti a Synedrio M. (id eſt ejus judicio) hæredibus. Vide interim ante *cap.* iii. §. 8. & de vinea Nabothi, ab Achabo in pœnam rebellionis ſeu blaſphemiæ in Regem arrogato Rabbinos l. c. & *Weemſ. Exerc. Judic. c.* 14. *Selden. de ſucceſſ. in bona &c. c.* xxv.

[*b*] Iis comprehendi debent, quæcunque ad ipſorum opes, ornatum, faſtum, & majeſtatem pertinebant. Unde iterum divitiæ admodum poterant accreſcere, nec contra Legem.

[*c*] Sic *Miſn. Sanhedr. c.* ii §. 4.

[*d*] In *Miſna c.* ii. *Sanhed.* §. 4. eſt נטל חלק בראש ubi *Bartenora* in *Commentario*, *partem pulcherrimam primus ſibi eligit, atque accipit præterea dimidium ex omni præda.* Pariter Thalmudici ajunt, *Regem eligere* חלק בראש id eſt חלק היפה *partem pulcherrimam*, & dein *dimidium prædæ capere.* Vide Authorem *Ceſeph Miſnæ.* Aliter autem noſter Majemonides, qui בראש cum נוטל *capit* & מחצית conjungi voluit, ſic ſcribens נוטל מחצית בראש *capit dimidium* in capite, id eſt, primus & ante omnes. Cæterum de bello captis, ut fiant Regum, lege

Grot. de Jure Belli & Pacis, *lib.* 1. *c.* 3 §. 12.

[*e*] Vide *Selden. de J. N. & Gent, lib.* ii. *c.* 16. *p.* 783.

[*f*] Lege rurſus *Selden. l. c. p.* 784. *Zepp. de Leg. Moſ. lib.* iv. *c.* 16. *p.* 424. Referunt autem hoc inſtitutum ad ipſum Abrahamum, *Gen.* xiv. 24. Vide *Jarch.* ad hunc *Geneſeos* locum.

X. Omnis terra, quam Rex ſubjugat, ecce (*a*) ipſius eſt, & dat ex ea ſervis ſuis & militibus, quæ vult, uti retinet ea, quæ libet. In hiſce autem negotiis judicat (*b*) judicia ſua. Attamen in omnibus actiones ejus erunt ad gloriam Dei, prout erunt ejus vota & cogitationes ipſius, ut veram religionem (*c*) extollat, terram impleat juſtitia, brachium impiorum frangat, & bella gerat Jehovæ. Nam (*d*) non conſtituerunt Regem initio, niſi ut faciat jus & bella, ſicut dicitur, *& judicet nos Rex noſter & exeat coram facie noſtra, & gerat bella noſtra.* *

* 1 *Sam.* viii. 20.

NOTÆ.

[*a*] Hæc ſpectant bellum ultroneum, quod Rex ſuſcipit absque conſenſu Synedrii M. In eo cedebant omnia Regi, ut tamen liberalis eſſe erga milites & Miniſtros deberet. Vide *Seld.* U. S. *Grot. de Jure Belli & Pacis*, *lib.* iii. *c.* 6.

[*b*] Id eſt omnia agit ſuo arbitratu & libertate. Aliter res ſe habebat, ſi bellum gereretur Synedrii M. voluntate, quam requirunt admodum

dum Magiſtri. Quamvis in hiſtoria totius V.T. de tali bello nulla mentio fiat. Vellem a Magiſtris aliquam allegari.

[c] Cur vero noſter non meminit ac memorat, quæ ex præda Deo & Levitis cedere debebant? Vide *Num.* xxxi. 49. 50. & Scriptorem egregium, *Zepperum de Leg. Moſ. p.* 427.

[d] Nota eſt pietas Davidis ſpolia ex hoſtibus Deo offerentis ad templi ſtructuram. Rex eſt propter populum, non contra. Eo tamen non bene allegatur locus, quia malo animo & fine Iſraelitæ Regem elegerunt, malentes eſſe ipſius Regis mancipia, quam liber populus.

Cap. V.

De Jure Belli, tum præcepti, tum arbitrii; De terris ſubjugatis; de non deſerenda terra Chanaan.

I. REx non gerit primum bella, niſi מלחמות מצוה *Bella* [a] *præcepti.* Et quodnam eſt bellum præcepti? Contra VII. Nationes & Amalekitas, etiam illud quod auxilia confert Iſraeli, ut liberetur a manu hoſtis inſurgentis. Deinde gerit מלחמות רשות *Bella arbitrii*: Hæc ſunt quæ cum cœteris Gentibus ad terminos Iſraelis extendendos, & ad augendam majeſtatem & famam geruntur. [b]

NOTÆ.

[a] Vide de hiſce *Hotting. de Legib. Hebr.* §. xciii.

9. xciii.

Digitized by Google

xciii. Nempe ſeptem Nationes erant exſcindendæ, non tantum, ut promiſſa jam ante Patribus ſedes pararetur Iſraelitis, ſed etiam, ut punirentur ob Idololatriam, & peccata contra VII. præcepta Noachi (nos contra Leges naturales dicemus) erant enim illæ radix uti omnium criminum, ſic Idololatriæ. Radix autem eradicanda erat, & deinde rami. Sic ibi Doctores Judæorum. Adde *Majemonid. de Idolol. cap.* x. Bene autem habet, quod Judæi tanti hoſtes ſint Idololatriæ, ob quam ipſorum Patres ante graviſſime ſunt puniti. Cum vero nunc ſeverius puniantur, certum eſt eos gravius peccaſſe, quam Patres. Nec gravius eſt crimen, quod cogitare hic licet, quam abnegatio Meſſiæ J. Chriſti. *Deut.* ix. 24. *& ſeqq. Mal.* iv. 2. *& ſeqq.* Miratur autem author Ceſeph Miſnæ, authorem hæc bella appellaſſe præcepti, non חובה, debiti.

[*b*] Scilicet bella offenſiva geri poterant ad libitum, nulla data cauſa a vicinis, quia totus mundus erat Iſraelitarum, ſi modo occupare poſſent. Vide *Selden. de Jur. Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 12. *pag.* 765. Talia autem bella putantur fuiſſe Davidis & Salomonis, pro augenda fama & extendendis finibus. 2 *Sam* viii. 2 *Chron.* ix. 26. Atqui iſtorum alia fuerunt jura, ex promiſſione ab Abrahamo facta, de diffundenda poſſeſſione ab Euphrate adusque fluvium Ægypti, *Geneſ.* xv. 18.

II. Ad bella præcepti non opus eſt accipere poteſtatem vel conſenſum a Synedrio Magno

gno: ſed exit Rex ex ſua poteſtate omni tempore; quin compellit populum ad exeundum: ſed in bellis arbitrii [*a*] non educit populum, niſi ex ſententia Synedrii M.

NOTÆ.

[*a*] Vide *Miſn. Sanhed. c.* ii. §. 4. Adeo obnoxium tenent Judæi Regem Viris Synedrii magni! Nempe manuum impoſitione hanc dignitatem acquiſivere, ut ſint cenſendi אלהים habitante inter eos שכינה, divina Majeſtate. *Majem. de Syned. cap.* iii. iv. Deinde Rex conſtituitur a Synedrio, quidni bella gerat illius conſenſu? Et tamen *cap.* 4. Jura Regum, ſuo arbitratu bella gerentium explicuit. Adeo incertus eſt author. Atqui talis poteſtatis in Synedrio M. nulla S. S. teſtimonia. Et ante obſervavimus Synedrium M. tantam non habuiſſe antiquitatem, qualem jactitant Judæi. Abſque tamen Regis voluntate Synedris non licebat decernere de bello. Sic *Commentator* ad locum Miſnæ citatum. De Regum in Bellis poteſtate alias. Vide *Sigon. de Repub. Hebr. lib.* vii. *c.* 3.

III. Rex perrumpit [*a*] ut ſibi viam faciat; nec ſunt qui manu vel vi impediant. Neque [*b*] viæ Regis æſtimatio eſt, niſi in quantum eſt neceſſum. Porro obliquas non facit ſibi vias, propter vineam illius, aut agrum iſtius; ſed recta procedit, ac ſua bella proſequitur.

NOTÆ.

[*a*] Barthenora, *perrumpit aliorum ſepimenta*, quæ

quæ obſtare poſſent, ad *Miſn. Sanhed. c.* ii. §. 4. Unde hæc noſter habet.

[*b*] *Miſn. ibidem.* Id eſt, viæ Regiæ non eſt menſura conſtituta, ſed dilatatur prout neceſſitas poſtulat, & iter exercitus. Quaſi via Regia nihil haberet æquitatis! De tranſitu per alienas terras lege *Zepp. de Leg. Moſ. lib.* iv. *cap.* 16. *pag.* 45.

IV. Affirmativum præceptum eſt exſcindere nationes [*a*] ſeptem, ſicut dicitur * *Eas execrationi devovebis.* Imo, qui unumquemque, qui occurrit manui ejus, non occidit, peccat contra interdictum, quod eſt † *non relinques in vivis ullam animam.* Et jam olim periit memoria eorum. [*b*]

* *Deut.* vii. 2. † *Deut.* xx. 16.

NOTÆ.

[*a*] Nomina ſunt, Hethæi, Girgazæi, Amorei, Cananæi, Phereſæi, Hevæi, Jebuſæi. *Deut.* vii. 1. *Gen.* xv. 20, 21. De hiſce nationibus vide *Spanh. Geograph. ſacr. Bochartum in Phaleg. lib.* iv. *c.* 36. *Horn. in Arca Noæ.*

[*b*] De reliquiis eorum, vide *Schickh. de J. R. Hebr. p.* 111. 112. Sane jam adhuc tempore *Davidis & Salomonis* diſperſi erant per Iſraelem ſuperſtites ex Amoritis, Hethitis, Pherezitis, Hevitis, Jebuſitis, ſed redacti ad ſervilia opera, 1 *Reg.* ix. 20.

V. Pariter affirmativum præceptum eſt delere Amaleki [*a*] memoriam [*b*] ſicuti dicitur *

dele

Digitized by Google

dele memoriam Amalek. Ergo præceptum eſt ſemper in memoriam revocare opera eorum[c] maligna & inſidias ad concitandam in eos inimicitiam, quia dicitur, *recordare quid tibi fecerit Amalek, nec obliviſcere.* Ex traditione autem didicerunt, ſenſum eſſe, *recordare ore* & *non obliviſcere opere.* Nam prohibitum eſt obliviſci inimicitiæ & odiorum ejus.

* *Deut.* xxv. 19.

NOTÆ.

[a] Amalekitæ ex Eſavo oriundi erant, *Geneſ.* xxxvi. 12, 16. vicini Moabitis.

[b] Dura lex! cum ex Eſavo eſſent nati, & parcendum quodammodo eſſet Moabitis ex Lotho ortis, imo Edomitis, ipſorum fratribus, ratione ſingulari. *Deut.* xxiii. 7. At ratio erat, quod primum Iſraelitis egreſſis ex Ægypto ſe oppoſuiſſent. *Exod.* xvii. 8. Hinc enim ſequitur verſ. 16. *Dum manus Jehovæ ſuper thronum eſt, erit Bellum Jehovæ contra Amalek.* Non male autem noſter Majemonides ad hunc locum eſt commentatus, *More Neb. part.* 1. c. 9. *Intelligitur ipſa*, inquit, *Dei potentia, a Deo inſeparabilis, ut nunquam Deus ſit ſine ſolio.* Hæc ſimpliciſſima interpretatio. Sc. iſta potentia Dei perpetuum regnans debellaret Amalek; & quî coram Deo conſiſteret? Quamquam non ſimul & ſemel ſit deletus, ut hiſtoriæ V. T. oſtendunt. Vide 1 *Sam.* xv. 2. 3.

[c] *Peccatores* nominantur ratione ſingulari, 1 *Sam.* xv. 18. ſpeciatim eorum crudelitas deſignatur ibid. *vſ.* 33. Nec dubium, quin ſemper

in

Digitized by Google

in Iſraelem ipſorum odia effuſa ſint, quod noviſſent quid præceptum foret. Vide *Deut.* xxv. 18. Fuſe autem Judæi exaggerant Amalekitarum ſævitiem, dolos, aliaque, ut juſtas ſui odii & belli nunquam terminandi cauſas, uti legere eſt apud *Schickbard. de Jure Reg. Heb. p.* 295. & *Carpzovium in locum.* Nobis non licet camelum per foramen acus deducere, id eſt compendio prolixa referre. Addimus modo Saulem in Dei iras incurriſſe, quod victo a ſe Amaleko peperciſſet, 2 *Sam.* xv. 18. & ex conſcientia Legis Amalekitis Judæos ſummo in odio fuiſſe, hinc natâ Hamanis in eos irâ, dum delere tentaret inter Perſas (erat enim ille Amalekita ex Regia, ut videtur proſopia) ſed infœlici eventu. Igitur Judæi ſolebant antiquitus feſto purim, habito 14. & 15. Menſis xii. Hamanem execrari. *Buxtorf. Synag. Jud. c.* 24. Atque nomen Amalek duabus vocibus exponunt, quaſi etymon notarent, עם לק id eſt, *populus lambens ſanguinem ſc. Iſraelis*, ut nos docuit in *Lexico Buxtorfius.*

VI. Omnes Regiones, quas ſubjugat Iſrael per Regem ex ſententia Synedrii M. eſt ſubjugatio (*a*) plurium: ſuntque illæ uti (*b*) terra Iſraelis, quam ſubjugavit Joſua, quoad omnia. De eo autem quod ſubjugatum eſt poſt ſubjugatam terram Iſraelis, dictum eſt in lege (B).

Notæ.

(*a*) כבוש רבים, i. e. ארץ ישראל: vertit *Seldenus* hanc phraſin, *victoria & acquiſitio publica*, *de Jur. Nat.*

Nat. & *Gent. lib.* vi. c. 16. *pag.* 786. Ni fallor, ſubjugatio plurium appellatur, quia ad unum Regem illius commodum & gloriam non erat referenda, ſed ad Synedrium magnum & utilitatem populi totius; ſimilisque adeo erat victoriæ, quam totus Iſrael tempore Joſuæ reportabat. Itaque alius erant juris terræ iſtæ, quam ſi Bello ultroneo a Rege ſolo tantum fuiſſent ſubjugatæ. Tanta eſt vis Synedrii M.

(*b*) Pertinebant enim ad promiſſionem Abrahamo factam *Gen.* xv. 28. & primam conſecrationem, quæ facta בביאה ראשונה in ingreſſu primo. Quare etiam iisdem Legibus, quoad primitias, decimas, oblationes, annos Sabbathicos erant ſubjectæ. Vide tamen quæ obſervavit *Majemonid. de Domo Electa cap.* vi. *ult.* & *de Oblationibus*, *cap.* 1. ac confer *Seld. loco citato*, & *Cun. de Rep. Hebr. lib.* 1. *c.* 7. Cum autem terræ ab Haſinonæis ſubjugatæ ad כיבוש רבים ſubjugationem hanc plurium non pertinerent, nec erant ſubjectæ Judaicis Legibus, de decimis, primitiis, annis Sabbathicis. Itaque in *Codice Sanhedr.* ajunt manipulus hordei primitialis non niſi ex Judæa afferri debet.

VII. Ubique [*a*] in mundo habitare licet, præterquam [*b*] in Ægypto, [*c*] quia patet a Mari [*d*] magno ad Occidentem [*e*] leucas cccc. [*f*] præter leucas cccc. ab Æthiopia ad deſertum. Plane [*g*] enim ibi habitare prohibitum eſt. Tribus locis monuit Scriptura non reverti in Ægyptum, cum dicitur, * *eo amplius non reverteris*; † *illa via non redibus, ut eam videas*;

deas; ‡ *non* [*h*] *videbitis eos in æternum.* Et [*i*] Alexandria continetur [*k*] ſub [*l*] interdicto.

* *Deut.* xvii. 16. † *Deut.* xxviii. 68. ‡ *Exod.* xiv. 15.

NOTÆ.

[*a*] Atqui id antiquitus non licebat ante vaſtationem prioris templi. Etenim terram Canaan tunc deſerere fuit pignus cœleſtis Patriæ contemnere, & veluti alios colere Deos. 1 *Sam.* xxvi. 19. At deinde poſt captivitatem Babylonicam, liberum putarunt multi Judæi, ubique habitare, propter afflictiones, quæ Cananæam premebant; Deo parante viam ad vocationem Gentium, quibus per Judæos jam innoteſcebat fama venturi Regis univerſi, de qua eſt apud *Tacitum hiſtor. lib.* v. & *Suetonium in Veſpaſiano.* Igitur non tantum in adamata jam Babylone plurimi remanſere Judæi, ſed etiam ſe diffuderunt inter Syros, habitantes in Seleucia, Damaſco & Antiochia multis mactati honoribus, *Joſ. Antiq. lib.* xii. *c.* 3. & paſſim inter Græcos & Latinos, quod ex *Actis Apoſtolicis* notum. Quin Romæ octo millia Judæorum numerat *Joſ. de Bell. Jud. L.* ii. *c.* 8. Porro Philo Judæus affirmat ſuos per totum fere orbem invehiri diſperſos, maxime in novis civitatibus in conditoris gratiam, certe ob privilegia primis incolis conceſſa, *C. Flaccum*, *pag.* 971. & *de Legat. ad Cajum*, *pag.* 1023. 1027. 1031.

[*b*] Mox de eo plura. Quamquam Maimonius, natione Hiſpanus, Cordubæ natus, in Ægypto vixit (hinc Ægyptius appellatus) Medicus, ſcripto etiam ad Saladinum *libro de conſervanda*

ſervanda ſanitate, quem a ſeculo latine verſum habemus, & Doctor celebris, concurrentibus ad eum multis ex Alexandria & Damaſco diſcipulis. Vide *Buxt. praf. ad More Nebuchim.*

[*c*] Deſcriptio eſt Ægypti, quoad Longitudinem & Latitudinem. *P. Mela lib.* 1. *c.* 9. Longitudinem deſcribit a *Catabathmo ad Arabas*, & Latitudinem *ab Æthiopia, quam dorſo ad Meridiem contingit*, usque ad mare Mediterraneum. Dividitur autem in *Inferiorem*, quam Geographi appellant *Delta* a figura, qua hanc literam Δ refert, & *Superiorem*, qua tendit per loca arenoſa ad Meridiem, vel Æthiopiam. Vide porro *Strabon. de Situ Orbis lib.* xvii. *Herodot. lib.* ii. *Diod. Sicul. lib.* 1.

[*d*] ים הגדול, ſic mare Mediterraneum appellatur, reſpectu maris כנרת, id eſt *Genezareth*, ſic dicti in Euangelio, vel etiam maris ſalſi, ſeu Sodomitici, imo ipſius maris Rubri, quod Iſrael tranſiverat. *Joſ.* 1. 4. ix. 1. xv. 12. *Ezech.* xlvii. 20. Nominatur alias *mare Philiſtæorum*, ex accolis, & ים האחרון *mare poſterius*, *Deut.* xi. 24. *Neh.* viii. 19. *Joel.* ii. 20. *Zach.* xiv. 8. ni fallor reſpectu ſanctuarii, vel Dei ad Occidentem in Sancto Sanctorum σκηνῶντος, *Pſal.* lxviii. 5. Ibi enim ערבות forte non male per *Occaſum*, ubi Deus inter Cherubinos ſedebat, vertas. Nec dubitem, quin inde, non philoſophice, ſed theologice, Auſtrum Hebræis ימין *dextra* appelletur, nam ad dextram τῆς שכינה jacebat. *Pſal.* lxxxix. 12. Et cur non hinc illuſtremus locum, *Mich.* vii. *ult. Abjicies peccata noſtra in profunda maris?* Quod enim Hiskias *Jeſ.* xxxviii. 17. dixit cum reſpectu ad Deum in Sancto Sanctorum habitantis,

abjeciſti o Deus omnia mea peccata poſt tergum tuum (ut innuat illum in ea, perpetua quaſi oblivione, animadvertere non voluiſſe, per metaphoram, confer *Pſal.* xc. 8.) hoc idem exaggerando Michæas, & quidem cum alluſione ad Mediterraneum vel Occiduum mare, appellavit *peccata in profunda maris conjicere*, ne ſcilicet appareant amplius. Porro Ægyptus ad Aquilonem hoc Mediterraneo mari terminabatur, effuſis in illud ſeptem Nili oſtiis, *Jeſ.* xi. 15. 16. Unde ibi quoque ים מצרים *mare Ægyptiacum* nominatur. Nam Ægyptus juxta illud erat porrecta ab Oriente vel Fluvio Sichor, verſus Occidentem, ubi Cyrene, Libya, Africa, uti apud Geographos videre eſt.

[*e*] פרסה, continet quatuor מילין milliaria, id eſt paſſus 4000 majores. Vide *Druſ. Anim. lib.* 1. *c.* 44.

[*f*] Eadem Longitudine & Latitudine DCCC. Parſarum deſcribunt Judæi terram Cananæam, & Babylonicam, apud *Buxtorf. in Lexico, p.* 1827. Credendum eſt Judæos hic non admodum peritos Geographos eſſe. Quamquam nihil hic attinet accuratam Chorographiam inſtituere. Lege interim *Diod. Sicul. lib.* 1. *pag.* 26. *edit. Rhodomanni.*

[*g*] Nunquam oblivioni debuit dari gravis afflictio, ibi a Patribus tolerata. Attamen in Ægytum redire ſæpius avebat animus Iſraelitarum; & mox quidem in deſerto tædio viæ & memoria recentium deliciarum. Hinc data lex contra ipſa cum Ægyptiis commercia, *Deut.* xvii. 16. in quam peccavit Salomon 2 *Chron.* 1. 16. 17. etiam cum Pharaonis filiam duceret.

Quam-

Digitized by Google

Quamquam illa Dei gratia converſa fuiſſe videtur, facta etiam typus Eccleſiæ, & merita non unum Epithalamium, quod extat *Pſal.* XLV. & in *Cantico.* Porro ex Ægypto Jeroboam adduxit inter Iſraelitas vitulos, concitans, uti videtur, quoque Siſakum, ſibi amicum, ut grave iſtud bellum, de quo 2 *Chron.* xii. recens ab Iſraelitis diviſis Judæis inferret. Deinde ad Ægyptios confugere illi ſolebant pro impetrandis auxiliis, maxime ubi Aſſyrii vel Chaldæi vires acquirerent ac Monarchiam quique pro viribus erigerent, *Jeſ* xxxi. 1. imo Iſraelitæ prompti erant potius Ægyptiis quam Aſſyriis parere, Deo id nolente, *Hoſ.* xi. 5. *Aſſur*, inquit, *Rex eorum erit, in Ægyptum non venient.* At mutata vice & conſilio politico ab Ægyptiis averſus erat Joſias, qui Pharaoni Nechoni admodum triumphanti obſiſtebat, ne ille, ut metus erat, ſuperatis Chaldæis, Judæam ſibi ſubjiceret, 2 *Chron.* XXXV. 20. Denique cum jam devicti eſſent Judæi a Chaldæis, rurſus amor Ægypti ſuperſtites urgebat, deſerta Cananæa ire ad Ægyptios, denuntiante Jeremia ipſis graviſſima Dei Judicia, *cap.* XLiii. & *ſeqq.* quæ etiam ibi a victore Nebucadnezare ſenſerunt.

[*h*] Atqui loco hoc Deus non agit Legiſlatorem, ſed populum contra potentiam hoſtium ſolatur, fiducia interitus eorundem.

[*i*] Alexandria, ab Alexandro M. ſtructa, ad mare in Occidentali Nili oſtio, Dinocrate Architecto anno 320. ante Chriſti nativitatem, Vide *Juſtin.lib.*xii. *Strab.lib.* xvii. *p. m.* 590. Ubi magnifica urbis deſcriptio. Ex ungue leonem! *Tota urbs viis diſtincta eſt, quibus & Equi & cur-*

rus agi poſſunt, ſed duabus latiſſimis, quæ plus jugero extenduntur, & ſeſe medias ad rectos angulos ſecant. Civitas publica fana pulcherrima habet, & Regias, quæ quartam, tertiamve totius ambitus partem occupant. Accrevit autem divitiis & ornatu, ex abundantiſſima ibi mercatura, quam paulo ante *Strabo* deſcripſit, ut præcipua Ægypti urbs & Metropolis evaderet.

[k] Alexandria בכלל האיסור, *eſt in complexu interdicti*; nempe Magiſtrorum, qui præſertim ſuas iras in Alexandriam effuderunt (citat enim hoc dictum *Author Ceſeph Miſnæ* ex *Tract. ſucca, cap. ult.*) maxime, quod in Regione vicina Heliopolitana ſchiſmaticum erectum ſit Templum, ad quod multi confluxerunt Judæi, qui ingenti numero ſeu Alexandriæ, ſeu vicinis per Ægyptum locis habitarunt. Juvat fuſius de Judæis Ægyptiis hic diſſerere. Utique cum Alexander M. ab occurſu Jaddi Pontificis multo favore Judæos complexus videbatur (*Joſ. lib.* xi. *c. ult. Antiq.*) & ex Cananæa in Ægyptum tenderet, Judæorum opera uſus eſt in Ægyptiis oppugnandis; atque adeo cum Urbem Alexandriam conderet, multos invitavit, datis privilegiis, ut inter primos incolas forent, *Idem de B. Judaico lib.* ii. *c.* 36. *c. Appion. lib.* ii. *p.* 1063. Deinde Ptolomæus Lagi, dolo occupatis Hieroſolymis cum reliqua Judæa, multos inde Judæos, ſeu invitos, ſeu ſpontaneos in Ægyptum traduxit, ibique ſedes figere juſſit. Quin etiam illis apud Alexandriam jus Civitatis pari cum Macedonibus conditione dedit, ac variis in locis & arcibus præſidia commiſit. Unde multi ſponte conceſſerunt in Ægyptum, allecti

partim

Digitized by Google

partim ſoli ubertate, partim Ptolomæi liberalitate. *Joſ. Antiq. lib.* xii. *c.* 36. *c. Apion. lib.* ii. *p.* 1062. Nec minori favore eos complexus eſt filius Ptolomæus Philadelphus, cujus auſpiciis Verſio LXX. Interpretum inſtituta dicitur, nec vana eſt plane fides ex *Joſeph. Antiq. lib.* xii. *c.* 2. & *Philone Judæo, de vita Moſis lib.* ii. *p.* 657. procul tamen Ariſteæ fabulis. Hinc ſane aucti favores in Judæos, *Joſ.* c. *Apionem lib.* ii. *p.* 1063. Deinde Ptolomæus Philometor, omne regnum Judæis commiſit, electis militiæ totius ducibus Onia & Doſithæo, ibid. *pag.* 1064. tantamque conceſſit libertatem, ut in præfectura Heliopolitana templum Onia duce conderent. Vide *Joſeph. Antiq. lib.* xiii. 6. & *de Bello Jud. lib.* vii. *c.* 30. Factum autem defendebant citato loco Jeſaiæ, *cap.* xix. 18. 19. mutata עיר הרס — *civitate vaſtationis*, in עיר חרס *civitatem ſolis*, quaſi Jeſaias hoc templum in Heliopolitana regione Soli dicata promiſiſſet. Vide *Selden. de ſucceſſ. in Pontif. lib.* 1. *c.* 8. Neque adeo mirum eo multos conceſſiſſe Judæos, turbata continuis afflictionibus maxime per Syrios & inteſtinis odiis Judæa, & donato ipſis in Alexandria jure civitatis, *Joſeph. Antiq. lib.* xiv. *c.* 17. Sane *Philo legat. ad Cajum p.* 1040 *μυριάδας πολλὰς τῶν Ἀλεξανδρέων Ἰουδαίων, multa millia Judæorum Alexandrinorum* memorat, præter eos, qui late per Ægyptum Cyrenemque diffuſi. Quin *libro in Flaccum, p.* 973. ait *eſſe quinque Alexandriæ regiones, duas vero eſſe Judaicas, quod in illis plurimi Judæi habitent, quamvis & in aliis urbis regionibus ſparſa habeant domicilia.* Interim Lector, vide quos amicos invenire paſſus perſecutionem Chriſtus infans

tans cum patre & matre in Ægypto potuerit! Lege tamen nefandas Judæorum de Chriſti itinere in Ægyptum blaſphemias in תולדות ישו ſtatim ab initio, prodente ſe ſtatim mendacio, quo Chriſti ætatem in tempus Jannæi Regis, qui ſæculo ante vixit, rejiciunt, apud *Wagenz. Tel. Ign. T.* ii. Adde *Buxtorf. Lex. ad vocem* סטר. Vide præterea quos Doctores ibi Gentiles Philoſophi, qui ſapientiæ acquirendæ ergo Ægyptum adierunt, invenire quiverint. Lege hic *Seld. de Jure Nat. & Gent. lib.* I. *c.* 2.

Ut vero Judæorum in Ægypto admodum multus fuit numerus, ſic magna quoque opulentia & gloria. Debeo hæc illuſtrare verbis *Abarbinelis, præfat. in Libb. Regum, folio* 189. *col.* I. verba ſic vertam: *Poſtea Iſraelitæ, qui in Ægypto ſuperfuerunt* (ex vaſtatione Nebucadnezaris) *iverunt Alexandriam, ibique fuere, usque dum propagarentur & multiplicarentur. & conſtituerunt millia & myriades.* וכל מי שלא ראה בכבודם לא ראה כבוד כל ימיו *& qui non vidit gloriam eorum, non vidit omnibus ſuis diebus aliquam gloriam. Porro ipſis fuit ibi ſanctuarium, & altare & mixtura ſuffitus, & diſpoſitio panum facierum, præter ſcholas ſine numero; & erant divites, & potentes, atque omnia poſſederunt in iſta terra, ut noluerint adſcendere in terram Iſraelis ad ædificium domus ſecundæ, quod etiam fecere multi ex Judæis, qui in Ammonitis, Moabitis & Græcis erant.* Et poſt aliqua: *Trajanus Cæſar aſcendit Alexandriam, & occidit ex Judæis duplo plures quam exierunt ex Ægypto. Et tamen remanebat multus populus, usque dum Cæſar Alexander aſcendit Alexandriam & excidit iterum Judæos, qui ibi admodum multi erant.* Sic ille, ut Judæorum Ægyptiorum

rum numerum & gloriam extollat.

Et quid mirum, hinc creatam fuiſſe Judæis cæteris præſertim in Paleſtina maximam invidiam, eam acuente ornatiſſima templi ſtructura, in quo ſacra publice haberentur, non minus ac Hieroſolymis? Nec potuit expiari factum, aut obtuieri ulla gratia, licet Alexandrini templum Hieroſolymis viſitarent donisque ornarent. Manſêre enim odia, veluti in Samaritanos, cum non admitterentur Alexandrini ad Synagogas, habiti veluti Apoſtatæ, dum interim Babylonienſes amarentur, uti germani fratres. Hinc intelligas, cur Alexandrini ſeparatas Hieroſolymis habuiſſe Synagogas legantur *Act.* vii. 9. Adeo Alexandria ſub interdicto erat! Interea laudata erat Babylon, ubi ſuperſtites Judæi ſacra ſua ſatis libera habebant, licet ſine templo, uti Scholas, in *Neerdamo* & *Niſibi*, in quibus arcibus quoque ipſorum Theſauri, tanta fiducia, ut Hyrcano fere infulam & diadema obtulerint, *Joſeph. Antiq. lib.* xv. *c.* 2. & Anilæo duce Regnum moliri auderenr, eventu miſerando, cum in Seleuciam migrare coacti. ibid. *lib.* xviii. 12. Certe ibi Thalmud deinde cuderunt Magiſtri Religionis (quod Judaicæ fidei Canon eſt, & Thalmud Hieroſolymitanum oppreſſit, vide *Buxtorf. de punctis, pag.* 405.) profeſſi in ſuis ראשי הגלות *aichmalotarchis deſtructa Jeroſolyma ſceptrum inde remanere.* Vide *Gemar. Sanhedr. cap.* xi. §. 1. Hinc *Majemonides Tractat. de Synedr. cap.* iv. ראשי הגלות שבבל במקום מלכים:הם עומדים ועלי *Archmalotarchæ in Babylonia loco ſtant Regum, ac eis conceſſum eſt Iſraelitas gubernare, illosque judicare ſive voluerint, ſive noluerint, ſecundum illud.*

 quod

quod dicitur, non recedet ſceptrum a Juda. Hoc de Aichmalotarchis in Babylonia intelligitur. Sed quam male hæc *Maimonius*, oſtendit *Cunæus de Rep. Hebr. lib.* I. *cap.* iix. Itaque *Lipmannus in ſuo Nizzachon notis ad Gen.* XLIX. 10. ſuo tempore שבט ſceptrum in Principe Ægyptiaco quæſivit.

[*l*] האיסור, interdictum; אסר enim ex uſu Chaldaico eſt *interdicere, prohibere*, cui opponitur נתר *permittere, ſolvere, licitum facere.* Phraſis translata quoque eſt ad N. T. *Matth.* xvi. 18. Locuti ſunt eodem ſenſu Ægyptii. Unde refert *Diod. Siculus lib.* 1. *p.* 24. *edit. Rhod.* in columna Iſidis inſcriptum fuiſſe, *Ego ſum Iſis Regina hujus regionis*, καὶ ὅσα ἔγω δήσω, ὐδεὶς δύναται λύσαι, *quæ ego ligavi (lege prohibui) nullus poteſt ſolvere, id eſt, licita facere.* Hanc laudem θεσμοφόρος Iſis meruit! Sic enim ipſius apud Ægyptios titulus fuit, apud eundem *Diodorum.*

VIII. Licet concedere in Ægyptum [*a*] mercaturæ ac pragmatices ergo, uti [*b*] ad ſubjugandas alias terras: at illicitum eſt ibi hærere aut permanere. Nec tamen ob id quemquam verberant; nam tempore [*c*] ingreſſus, id licitum fuit. At ſi quis cogitet habitare & hærere ibi, non eſt aliis exemplum. Ac videtur mihi, quod ſi Rex Iſrael ſubjuget terram Ægypti, ad ſententiam Synedrii M. id liceat. Scriptura autem monet, ne privati eo redeant aut ibi habitent, dum eſt in poteſtate Gentium, quia opera illius perverſa ſunt [*d*] magis, quam omnium terrarum, ſicut dicitur

tur * *ſecundum opera terræ Ægypti non facietis.*

* *Lev.* xviii. 2.

Notæ.

[*a*] Erant in Ægypto egregiæ merces, & abundantiſſima mercatura, maxime Alexandriæ, quæ juxta inſulam Pharos, mari adjacebat. Et ſicuti ditiſſima erat Ægyptus, ſic *plura inde exportabantur, quam inducerentur*, apud *Strabon. lib.* xvii. Atque adeo ex Judæa non tantum eo tendere terreſtri itinere, ſi poſſent, juxta Gazam, Rinocoruram, & Sirbonis lacum, ſolebant Hebræi, ſed etiam marino. Quippe præter alias minores, erat inſignis aliqua navis, ingentis magnitudinis, quæ ex terrra Cananæa in Ægyptum ſolvebat, apud *Buxtorf. L. Thalm. p.* 99.

[*b*] Quin Judæi antiquitus Alexandrum M. ejusque caſtra ſecuti ſunt, ut Ægyptum ſubjugarent, non ſibi, ſed Gentili Imperatori.

[*c*] Ni fallor primi, quando Patriarchæ adierunt Ægyptum.

[*d*] Gens erat dedita inſanæ ſuperſtitioni & Idololatriæ, orta ex impio Chamo, maledictioni devoto. Vide *Jeſ.* xix. 1. 3. Quin cœteræ nationes Ægyptiorum ſtultitiam riſere, eo magis contemptam, quod & ipſi omnium aliorum mores & inſtituta aſpernarentur, apud *Herod. l.* ii *c.* 93. Vide etiam *Diod. Sicul. lib.* 1. Plurima in hanc rem congeſta videbis a *Pfannero Theol. Gentil. cap.* 1. §. 1. Nec excuſare crimen queunt Hieroglyphicæ inſtitutiones, de quibus *Pierius Valerianus* integro volumine.

IX. Prohibitum eſt cuiquam [*a*] ire unquam ex terra Iſraelis, [*b*] niſi ad Legem diſcendam,

 aut

quod dicitur, non recedet ſceptrum a Juda. *Hoc de*
Aichmalotarchis in Babylonia intelligitur. Sed quam
male hæc *Maimonius*, oſtendit *Cunæus de Rep.*
Hebr. lib. I. *cap.* iix. Itaque *Lipmannus in ſuo* Niz-
zachon notis ad Gen. XLIX. 10. ſuo tempore שבט
ſceptrum in Principe Ægyptiaco quæſivit.

[*l*] האיסור, interdictum; אסר enim ex uſu
Chaldaico eſt *interdicere, prohibere*, cui opponi-
tur נתר *permittere, ſolvere, licitum facere.* Phraſis
tranſlata quoque eſt ad N. T. *Matth.* XVI. 18. Lo-
cuti ſunt eodem ſenſu Ægyptii. Unde refert
Diod. Siculus lib. I. *p.* 24. *edit. Rhod.* in columna
Iſidis inſcriptum fuiſſe, *Ego ſum Iſis Regina hu-*
jus regionis, καὶ ὅσα ἐγὼ δήσω, οὐδεὶς δύναται λῦσαι,
quæ ego ligavi (lege prohibui) nullus poteſt ſolvere,
id eſt, licita facere. Hanc laudem θεσμοφόρος Iſis
meruit! Sic enim ipſius apud Ægyptios titulus
fuit, apud eundem *Diodorum*.

VIII. Licet concedere in Ægyptum [*a*] mer-
caturæ ac pragmatices ergo, uti [*b*] ad ſubju-
gandas alias terras: at illicitum eſt ibi hære-
re aut permanere. Nec tamen ob id quem-
quam verberant; nam tempore [*c*] ingreſſus,
id licitum fuit. At ſi quis cogitet habitare &
hærere ibi, non eſt aliis exemplum. Ac vi-
detur mihi, quod ſi Rex Iſrael ſubjuget ter-
ram Ægypti, ad ſententiam Synedrii M. id
liceat. Scriptura autem monet, ne privati eo
redeant aut ibi habitent, dum eſt in poteſta-
te Gentium, quia opera illius perverſa ſunt [*d*]
magis, quam omnium terrarum, ſicut dici-
tur

Digitized by Google

tur * *ſecundum opera terræ Ægypti non facietis.*

* *Lev.* xviii. 2.

NOTÆ.

[*a*] Erant in Ægypto egregiæ merces, & abundantiſſima mercatura, maxime Alexandriæ, quæ juxta inſulam Pharos, mari adjacebat. Et ſicuti ditiſſima erat Ægyptus, ſic *plura inde exportabantur, quam inducerentur*, apud *Strabon. lib.* xvii. Atque adeo ex Judæa non tantum eo tendere terreſtri itinere, ſi poſſent, juxta Gazam, Rinocoruram, & Sirbonis lacum, ſolebant Hebræi, ſed etiam marino. Quippe præter alias minores, erat inſignis aliqua navis, ingentis magnitudinis, quæ ex terrra Cananæa in Ægyptum ſolvebat, apud *Buxtorf. L. Thalm. p.* 99.

[*b*] Quin Judæi antiquitus Alexandrum M. ejusque caſtra ſecuti ſunt, ut Ægyptum ſubjugarent, non ſibi, ſed Gentili Imperatori.

[*c*] Ni fallor primi, quando Patriarchæ adierunt Ægyptum.

[*d*] Gens erat dedita inſanæ ſuperſtitioni & Idololatriæ, orta ex impio Chamo, maledictioni devoto. Vide *Jeſ.* xix. 1. 3. Quin cœteræ nationes Ægyptiorum ſtultitiam riſere, eo magis contemptam, quod & ipſi omnium aliorum mores & inſtituta aſpernarentur, apud *Herod. l.* ii *c.* 93. Vide etiam *Diod. Sicul. lib.* 1. Plurima in hanc rem congeſta videbis a *Pſannero Theol. Gentil. cap.* 1. §. 1. Nec excuſare crimen queunt Hieroglyphicæ inſtitutiones, de quibus *Pierius Valerianus* integro volumine.

IX. Prohibitum eſt cuiquam [*a*] ire unquam ex terra Iſraelis, [*b*] niſi ad Legem diſcendam,

ad uxorem [c] ducendam, vel ad ſecedendum a Gentibus, ſic tamen ut ſemper redeat ad terram Iſraelis. Par autem eſt, qui egreditur propter mercaturam. Habitare vero extra eam eſt nefas, niſi tam gravis ibi fuerit fames, ut quantum tritici uno denario vendebatur, jam duobus emeretur; intellige, ſi pecuniæ ſint præſentes, at caræ fruges. Verum quando hæ viles & nummi deficiunt ex loculo, abeat quis ad omnem locum, in quo refectio eſt. Quamquam ſi permiſſum ſit tum exire, non tamen id virtutis eſt piorum. Nam ecce [d] *Machlon* & *Chiljon*, duo majores familiæ, exivere præ nimia anguſtia, at debuerunt reditum deſiderare.

NOTÆ.

[a] Judæi antiquitus ſe ſua in terra continebant *amore* Cananææ, quæ ratione ſingulari erat adamanda, uti terra promiſſionis, ac pignus cœleſtis patriæ, & ceu locus Religionis inſtitutæ & ad templum alligatæ, tum etiam *odio* Gentium impiarum, & *metu* impuritatis contrahendæ. Itaque ignoti erant cœteris nationibus, cum nec viſerent alios, nec viſerentur. Quæ ratio quoque eſt multarum de Judæis fabularum. Vide *Joſeph. c. Apion. lib.* 1. *pag.* 1039. 1051. *Tacit. Hiſt. lib.* 5. Pariter non ſolebant AEgyptii ex metu contaminationis & ſuperſtitione terram relinquere, aut viſitare alias Gentes ex earum contemptu. Vide *Marsh. Can. Chron. pag.* 216. *T. Gale Philoſ. Gen. p.* 119.

[b] *In*

Digitized by Google

[*b*] *In Ceſeph. Miſnæ* ajunt Magiſtri, *id licitum, licet non deſint doctores in terra Iſraelis,* ſi alibi ſit aliquis שלא מכל אדם *qui non eſt ex omnibus hominibus, vir præſtantiſſimus, præ aliis.*

[*c*] *Miſn. Cethub.cap.* 13.

[*d*] Quin etiam duxere uxores Moabitidas, at ajunt uxores eorum ante conjugium proſelytas fuiſſe, in *Sohar* col. 92. *Kabb. Denud. T.* ii. *p.* 136.

X. Magni [*a*] ex ſapientibus Viri oſculati ſunt terminos [*b*] terræ ſanctæ, & oſculati ſunt illius lapides, uti ſe volverunt in ejus [*c*] pulvere & ſic dixit ille * *nam delectantur ſervi tui illius lapidibus.*

* *Pſalmographus, Pſal.* cii. 15.

Notæ.

[*a*] Habetur hoc in fine Libri Miſnici כתובות. Et ſequitur hic ſtultitiam ſuorum ſapientum Maimonius, de quo alias *Cunæus de Rep. Heb. lib.* 1. *c.* 2. *Solus in illa Gente intellexit, quid hoc ſit non ineptire,* & *Scaliger, ſolus inter Judæos nugari deſiit. Epiſt. lib.* 1. *n.* 62.

(*b*) Erat ſane olim terra Canaan *terra ſancta, Zach.* ii. 12. Sed quamdiu erat *terra Jehovæ; Deut.* xxxi. 43. *Jer.* ii. 7. Atque adeo relativa ſanctitate, (nec alia) ex שכינה habitatione Dei in illa, maxime in Sancto ſanctorum. Hinc ארץ חמדה *terra deſiderii, Jer* iii. 19. (confer *Deut.* iii. 25.) At mutata omnia, quandoquidem eam deſeruit Deus, mox a Chriſto crucifixo, & percuſſit anathemate, *Mal.* iv. *ult.* Quod ſatis apparet ex Judæorum confeſſione & luctu, quem deſcri-

Digitized by Google

deſcribunt, in *Sota*, *cap.* ix. ubi miſerrimum Cananææ ſtatum depictum vivis coloribus videbis. Verba deinde *cap.* xi. citabo. Igitur vana quoque ſuperſtitione ducti antiquitus Chriſtiani eam religioſis peregrinationibus viſitarunt, & ob eam recuperandam tanta bella ſuſceperunt, quæ infœlicem habuere exitum, pereuntibus tot millibus; finito brevi regno, triumphantibus infidelibus, & reliquiis Chriſtianorum vel trucidatis, vel naufragio pereuntibus, qui in Cretam fugerent.

[*c*] Vana ſuperſtitione & ſpe illam terram recuperandi: nec probant verba Pſalmographi, qui agunt de populo Dei deſiderante dirutos muros Jeruſalem iterum extruere. Judæos imitati quidam Chriſtiani, qui viſitarunt Chriſti ſepulcrum, quæſiverunt ejus crucem, adorarunt in monte Oliveti ipſius σωτιέλα σήματα, vide *Sulp. Sev. lib.* ii. & *notas*, nec non *Voet. Diſp. Tom.* iii. *pag.* 999. ubi diſſertatio de *Hierosolymitanis peregrinationibus.* Confer etiam, quæ legis de peregrinationibus Muhamedicis Medinam ad ſepulcrum impoſtoris, vel Meccam in Abrahami & Adami memoriam apud Gentium in notis ad *Roſar. Sadi*, *pag.* 616. 621.

XI. Quin ajunt ſapientes, omni, qui habitat in terra Iſraelis, peccata ſunt remiſſa, uti legitur, * *incola non dicet ægrotus ſum, nam populus, qui in ea habitat, habebit remiſſionem peccati.* Etiam qui [*a*] ambulat in ea 1v. ulnas habet jus ad vitam æternam; uti is, qui [*b*] ſepelitur in ea, placatur Deo; ac ſi eſſet locus,

in

in quo altare expiationis, quia dicitur † *& expiabit terram & populum ſuum.* Atque adeo in pœnam ipſe dixit, ‡ *in terra impura morieris.* Et licet non parum differat, ſi quis mox a vita, an poſt mortem ibi recipiatur; nihilominus ſapientes ſuos mortuos eo deduxerunt. Abi & diſce id a Jacobo Patre noſtro, & Joſepho juſto. [*c*]

* *Jeſ.* xxxiii. *ult.* † *Deut.* xxxii. 43. ‡ *Amos* vii. 17.

NOTÆ.

[*a*] Extat in *Miſn. Cethub. cap. ult.*

[*b*] Alias dicunt, ille ſepultus eſt תחת המזבח *ſub altari*, in *libro Caſri*, *edit. Buxtorf. p.* 97. ubi etiam cœtera fere Judæorum nugamenta videbis. Cœterum animas piorum collocant ſub Dei throno, ut ibi pro viventibus orent תחת כסא הכבוד *Gaulm. lib.* iii. *c.* 7. Interea habent, quo ſe ſolentur Judæi, quibus non licet eſſe adeo fœlicibus, ut in terra Canaan ſepeliantur. Nam credunt ſuo exilio & deſiderio revertendi peccatum expiari & omnem pœnam tolli, *Gem. Sanhed. excerpt. cap.* iv. 7. & præterea opinantur reſurrectionem mortuorum futuram in terra Canaan. Atque adeo fingunt גלגול המתים *revolutionem mortuorum* per cavernas terræ, cujus beneficio ibi ſit futura reſurrectio nec futura ſit alibi, ex *Jeſ.* xxvi. 19. יחיו מתיך *vivent mortui tui.* Vide de hac fabula *Gaulmin. de vita Moſis, pag.* 386. *Buxtorf. Lex. Thalm. pag.* 439. Conferri hic debet conſilium Muhammedis, ubi ait, *qui mortuus eſt in alterutro ſanctiſſimo loco, id eſt,*

Meccæ

Meccæ, *vel Medinæ*, *ilic beatus ſine metu ſupplicii ſuſcitabitur.* Apud *Gent. ad Roſar. Sadi*, *pag.* 616.

[*c*] At in *Sohar. col.* 475. legitur, qui efflat animam ſuam extra terram ſanctam & in illa ſepelitur, de eo dici queat, quod eſt *Jer.* ii. 7. *ingreſſi eſtis & contaminaſtis terram meam.* Deinde ſolvitur objectio de Jacobo. Vide *Kabb. denud. Tom.* ii. *pag.* 138.

XII. Semper homo [*a*] mavelit in terra Iſraelis habitare, licet in urbe, ubi multi ſunt Gentiles, nec optabit habitare extra terram, etiamſi in urbe, ubi multi Iſraelitæ. Nam quicunque egreditur extra terram, eſt ac ſi coleret falſos Deos, quia dicitur * *Nam hodie expellunt me*, *ne adhærere poſſim hæreditati Dei*, *dicentes*, *abi & colito Deos alienos.* Ac in pœnam dictum eſt † *in terram Iſraelis non venient.* Sicut autem prohibitum eſt exire ex terra (Canaan) extra terram, ſic [*b*] prohibitum eſt exire ex Babylone, in terras cœteras, ſicut dicitur ‡ *Babelem deducentur & ibi erunt.*

* 1 *Sam.* xxvi. 19. † *Ezech.* xii. 19. ‡ *Jer.* xxvii. *ult.*

NOTÆ.

[*a*] Urget Judæos admodum amor terræ ſanctæ, ex qua expulſi, & quidem eo ſæpe, ſed fruſtra tentata reſtitutione, corde continuo revertuntur. Maxime, quia שכינה majeſtatem Dei iſti terræ alligant, uti impoſitionem manuum in Synedrio, apud *Majem. Tract. de Synedr.* & *libr.*

Coſri

Coſri pag. 384. Ac licet ſanctuarium ibi ſit everſum, ſciſcunt tamen, illud adeo venerandum eſſe, ac ſi adhuc conſiſteret, apud *Majem. de domo electa, cap.* vii. 7. Addunt nugatores *ipſum aerem Terræ ſanctæ hominem ſapientem facere*, in *Bava Bathra, cap.* ix. imo *eum, qui moritur in terra Iſraelis, non viſurum, ubi anima excedit corpore, Angelum mortis, in Sohar col.* 269. apud Authorem *Kabb. denudatæ, Tom.* ii. *pag.* 133. Quæ autem alias faciat Angelus mortis moribundo, vide *ibidem pag.* 137. Ajunt tandem, *mortuos & ſepultos in terra Canaan primum ante omnes reſurrecturos, in Libro Coſri, edit. Buxtorf. pag.* 96. 97.

At longe melius agerent Judæi, ſi animum ab inſano amore erga terram Canaan averterent ad Meſſiam, Servatorem æque Gentium ac Iſraelitarum. Videre debuiſſent eam ob rejectum Meſſiam verum anathemati jam diu fuiſſe ſubjectam ex Prophetia, *Mal.* iv. 6. *Dan.* ix. *ult.* Atque eo notandi hic ſunt Judæorum gemitus de judiciis Dei in terram Canaam ante & poſt vaſtationem urbis & templi, qui leguntur in *Miſn. Sot. cap.* ix. *c.* 12. *ex quo*, inquiunt, *templum vaſtatum eſt, nulla dies affulſit ſine plaga, nec ros benedictionis deſcendit, quin ſapor fructibus ademptus eſt.* Lege *Wagenz. Comment. p.* 941.

[*b*] Tantus amor Babelis habuit Judæos! Quamquam querantur vehementer de Babylone, *Sanhedr. c.* xi. *Nempe aer Turris* (Babylonicæ) *oblivionem Linguæ ſanctæ & ſapientiæ induxit*, vide *Alting in Silo, lib.* iv. *c.* 6. Quin *Gem. Sanhed. cap.* iii. §. 2. in *Exerptis*, ajunt *Zach.* xi. 7. *Bacillum* נעם *ſuavitatem indigetare ſapientes in terra Canaan, qui ſuaviter ſe mutuo excipiunt in tractan-*

dis

dis de Religione ſtatutis; *at bacillum* חובלים *corrüptores ſignificare ſapientes*, *qui in Babele degunt*, & *diſputantes de Religione alius alterum ſtudet evertere.* Porro in loco *Zachariæ* v. 9. dicunt *mulieres duas Babylonem delatas*, *notare ſapientum ibi ſuperbiam & hypocriſin.* Imo ad quæſtionem, *quid eſt Babel?* reſpondent nonnulli, בלולה *confuſa in ſtudio Scripturæ*, *Miſnæ & Thalmudis*, allegato loco *Thren.* iii. 6. *in tenebris me collocavit*, *ut mortuos ſæculi*, ad quem R. Jeremias, *hæc eſt doctrina Babylonica.* En, lector, quanti Thalmud Babylonicum, quod Hieroſolymitanum abſorpſit, ſit æſtimandum! Novit hæc Maimonius; neque adeo debuit verba *Jeremiæ* in pœnam dicta, trahere ad inſanum Babelis maledictæ amorem. Et ſtupor fuit nefandus R. Jehudæ, in *Ceſeph. Miſnæ*, dicentis, *qui egreditur ex Babele etiam in terram Iſraelis transgreditur præceptum jubens*, *Babelem ibunt*, & *ibi erunt.* Utique licet hoc dictum ſit a Jeremia, (qui definivit ſane ſimul LXX. Annos captivitatis) debuerunt tamen Judæi exire ex Babylone, nec liberum erat ſubſiſtere in terra adeo Idololatrica & profana, imo ultimæ execrationi devota a Jeſaia, Jeremia, aliis. Debuerunt potius audire illud *Zach.* ii. 6. 7. *Hui Zion*, *elabere*, *quæ habitas apud filiam Babelis*, ubi viſitationis tempus, expirantibus LXX. Septimanis, & promulgato Cyri & Succeſſorum edicto, aderat. Sed hæc omnia vicit amor quietis & voluptatis, quibus in Babele multis ſæculis fruebantur, erectis Scholis, quæ ibi, vaſtata Jeroſolyma & Tiberiade, permanſerunt fere ad A. Chr. 1037. de quibus vide fuſe diſſerentes *Alting. Diſſert. p.* 293. & *Buxtorf. in Tiberiade cap.* 6, 7.

Digitized by Google

CAP. VI.

Amplius de Jure Belli, de offerenda pace hoſtibus, de exſcindendis, qui illam non recipiunt, de arboribus parcendis, de licitis in caſtris & vetitis.

I. NOn [*a*] gerunt bellum cum aliquo homine in mundo, niſi ipſi [*b*] prius pacem acclamaverint. Eademque eſt ratio [*c*] belli præcepti & arbitrii; ſcriptum enim eſt * *cum accedes ad aliquam civitatem ..... prius illi pacem offeres.* Si pacem accipiant, & admittant [*d*] VII. præcepta Noachi non interficiunt ex illis ullum viventem, ſed fiunt [*e*] illi tributarii, ſicut dicitur, † *erunt tributarii & tibi ſervient.* Si ſuſcipiant tributum & non ſervitutem, aut ſi ſervitutem & non tributum, non audiuntur, quouſque utrumque ſuſceperint. *Servitutis* [*f*] autem quam ſuſcipient eſt, *ut* ſint humiles & plane ſubmiſſi, ac non efferant caput in Iſraele, ſed ſint ſubjecti ipſius poteſtati, nec præficiantur Iſraeli in ullo plane officio, quod eſt in mundo; [*g*] *Tributi* vero quod ſuſcipient, eſt *ut* ſint parati ad ſervitium Regis corpore & facultatibus ſuis, nempe in ſtructuris mœnium, in firmatione arcium, in ædificio regii Palatii, & ſimilibus negotiis, quia dicitur ‡ *& hæc erat* [*h*] *ratio*

tributi, quod impoſuit Salomo ad ædificandam Domum Jehovæ, & Millo, & mœnia Jeruſalem, & omnes urbes armamentarias, quas habebat Salomo. Omnem populum, reſiduum ex Amoritis, Salomo ſubjecit Tributo ſervili usque ad hunc diem: at ex filiis Iſrael, non faciebat Salomo ſervum, ſed erant milites &c.

* *Deut.* xx. 10. † *Ibidem verſ.* 11. ‡ 1 *Reg.* ix. 15.

Notæ.

[a] Quæ hic Maimonius de Bello, pleraque ex *Miſn. Tract. Sota* ſunt deſumpta.

[b] Bellum hic gerere, eſt indicere, eſt poſtulare deditionem per feciales.

[c] Alii tamen judicant aliter, ubi de Bello præcepti contra VII. Nationes & Amalekitas agebatur, ex loco *Deut.* xx. 16. Vide *Zepp. de Leg. M p.* 418. *Seld. de Jur.* N. & *G. lib.* vi. *c.* 13. Videtur autem *Joſephus* ea mente fuiſſe *Ant. lib.* iv. *c.* 8. *Victores*, ait, *in prælio facti, eos qui in adverſa acie ſteterunt* (id eſt, ſe dedere noluerunt) *cædite, cæteros ut tributa ſolvant, ſervate,* πλὴν τοῦ Χαναναίων ἔθνους, τούτους γὰρ πανοικὶ χρῆναι ἀφανίσαι, *excepta Chananæorum gente, illos enim cum familiis decuit delere.* Scilicet ex illorum placito pacis acclamatio ſolum ad bella arbitrii pertinebat; quod in bellis præcepti exſcindendæ eſſent nationes, judicio Dei anathemati devotæ. At aliter Maimonius cum ſuis, qui ajunt præceptum de Nationibus exſcindendis tantum valuiſſe, ea conditione, ſi pacem non admitterent. Vide *Cunæum de Rep. Heb. l.* iii. *c.* 20. *Grotium de Jure Bel-*

li &

li & Pacis, *l.* ii. *c.* 13. § 4. Quo Judæis facit triplex Epiſtola Joſuæ ad Cananæos miſſa, de qua §. 5. & iſtis Philologis Gibeonitarum in fœdus admiſſorum exemplum, reſiduum ſeptem Nationum, adhuc tempore Salomonis, in terra Hebræorum, 1 *Reg.* ix. 20. & induratio Dei, qua factum ut exſcindendæ nationes pacem oblatam rejecerint, quo ἀναπολογήτως perirent. *Joſ.* xi. 20. Obſervo interim Legem *Deut.* xx. 10. de acclamanda pace expreſſiſſime a Judæis præcepto affirmativo cxc. ad מלחמת הרשות *bellum arbitrii* referri; aliosque cenſere oblatam pacem fuiſſe, antequam Jordanem transiviſſet Joſua, non deinceps, ut jamjam notabo.

[*d*] De præceptis hiſce VII. Thalmudici in exceptis *Gemaræ Sanhed. cap.* vii. §. 5, 6. De illis fuſius nos cum Authore infra *cap.* ix.

[*e*] Tres erant conditiones faciendæ pacis. I. Obligatio ad VII. præcepta Noachi, ejurata Idololatria. II. Tributi ſuſceptio. III. Subjectio ad ſervitium.

[*f*] Ad hanc *ſervitutem* pertinet, ut cum obſequio imperium Iſraelis agnoſcerent, plane ſe dederent uti victos, obedientiam præſtarent humili animo, nihil novi molirentur, nec ullis præficerentur officiis & præfecturis. Cœterum bello capti ſervi fiebant etiam aliis Gentibus in Oriente & Occidente: at mos iſte apud Chriſtianos deſiit charitatis cauſa, exacto tamen redemptionis pretio. Conferri poteſt locus 2 *Chron.* xxviii. 10. ubi Propheta Oded invehitur in Iſraelitas, quod captos belli Judæos ſervos facere cogitarent.

[*g*] Ad *Tributum* ſpectabat ſubjectio ad pen-

dendas quotannis pecunias, & corporalia miniſteria præſtanda, quod erat להיות למס, eſſe in *tributum*, uti in Scripturis dicitur ſæpius. Unde tributum fuit בגוף ובממון vel *pecuniarium* vel *perſonale*, quando ex operibus & miniſteriis commodum ſpectabatur, quod æquivalebat pecuniario, *Joſ.* xvi. 10. xvii. 13. 1 *Reg.* v. 13. 2 *Chr.* xxii. 2.

[*b*] Vide 2 *Chron.* viii. 7. ubi dicitur omnem *populum relictum ex Amorrhæis, Pherizæis, Hitthæis, Hevæis, & Jebuſæis, qui non fuere ex filiis Iſrael, ſed ex iis, qui ſuperſtites erant in terra, & quos filii Iſrael delere non potuere, factum eſſe a Salomone Tributarium, & quidem* למס עובד *ad tributum ſervile.* Nec credas exiguum fuiſſe eorum numerum. Nam invenit Salomo ex illis etiam ſecundum Davidis computum, 153600, 2 *Chr.* ii. 17. Neque dubium, quin illi fuerint גרי תושב *peregrini domicilii*, quibus ſolis parcendum erat ex mente Judæorum.

II. Poteſtatis [*a*] Regiæ eſt cum ipſis paciſci, ut vel accipiat dimidium pecuniarum, quas habent, vel terras, quas colunt & relinquat mobilia, aut accipiat [*b*] mobilia, ac relinquat illis terras, ceu paciſci libuit.

NOTÆ.

[*a*] Nempe pro arbitratu Principis ea conditione in fœdus aſſumpti, ut aut fundus, aut omnia bona mobilia, ſive illorum pars aliqua cederet victori. Atqui in bellis arbitrii id locum habet, non in bellis præcepti. Nec enim cogitandum eſt nationes Cananæas hiſce privilegiis

Digitized by Google

legiis gaudere potuiſſe, ſi vel pacem accepiſſent: erant enim ab Iſraelitis omnia occupanda, uti datæ a Deo poſſeſſiones, imo κληρονομίαι ex promiſſione Abrahamo facta.

[*b*] מטלטלים; quæ de loco in locum volvi & deduci poſſunt. De illis *Miſn. Tractat.* אהלות *cap.* 6.

III. Nefas eſt mentiri [*a*] in fœdus & fallere eos, qui pacem fecerunt, & acceperunt VII. præcepta.

NOTÆ.

[*a*] Vide 1 *Sam.* XXI. 1. ubi ira Dei ob violatum juramentum, jam ante ſæcula præſtitum Gibeonitis. Adde *Ezech.* XVII. 16. ubi iraſcitur Deus in Zedekiam ob violationem fœderis cum Chaldæis, ſe teſte, juramento firmati. Attendant Pontificii, qui jurant, perjurant, & tandem fidem non eſſe ſervandam hæreticis ſciſcunt, ut Reges ad iniquas Edictorum caſſationes & ſævas perſecutiones moveant. Juramentum juris eſt Naturalis, & juris Gentium. Lege egregia apud *Zepp. de Leg. Moſ. lib.* IV. *c.* 16. *p.* 437. *Grot. de J. B. & P. lib.* II. *c.* 13.

IV. Et ſi pacem non fecerint, aut pacem quidem fecerint, ſed non receperint VII. Præcepta, contra eos gerunt bellum, & occidunt omnes adultos maſculos, uti ſpoliant ipſorum opes & infantes; at non occidunt mulieres nec parvulos, ſicut dicitur * *& mulieres ac parvulos diripies tibi*; parvuli iſti ſunt [*a*] ma-

res. Quomodo hæc intelligenda? de bello arbitrario, cum cœteris gentibus gerendo. Quoad enim [b] vii. Populos & Amalekitas qui non fecere pacem, non relinquunt ex illis ſuperſtitem ullum viventem, quia dicitur † *ſic facies omnibus urbibus, non ſervabis in vita, quod animam habet.* Pariter dictum eſt de Amalekitis, ‡ *exſcindes memoriam Amalek.* Ac cenſendum eſt, quod loquatur niſi de illis, qui pacem non fecerunt, uti ſcriptum eſt, ⸸ *nec erat urbs, quæ pacem faceret cum Iſraele, niſi* [c] *Hevæi, incolæ Gibeon omnia bello ceperunt, nam a Jehova erat obduratio cordium, ut bello occurrerent Iſraelitis, & exitio devoverentur*, eo quod de pace ad eos miſiſſent, & eam non recepiſſent.

* *Deut.* xx. 14. † *Deut.* xx. 15. 16. ‡ *Deut.* xxv. 19. ⸸ *Joſ.* ix. 19. 20.

NOTÆ.

[a] Ergo quædam fuit extraordinaria ſeveritas, cum Deus voluit omnes etiam Midianitarum parvulos Mares occidi, ſervatis tantum Liberis fœmellis. *Num.* xxxi. 17. 18.

[b] Ratio erat, quia parandæ erant tutæ ſedes Iſraelitis; hic agebatur nomino judicis Dei, qui utebatur Iſraele uti miniſtris Juſtitiæ, ad punienda illorum peccata; & caveri debuit ne doceretur Iſrael facere ſicuti Gentes, *Deut.* xx. 18.

[c] Hevæi erant incolæ Gibeon. *Joſ.* xi. 19. cœteri aut obdurati ac pugnantes perierunt, vel etiam fugerunt aliqui ex illis in alia loca. Qua-

les

Digitized by Google

les Girgæſæi, quos in Thalmude *Hieroſ. Tract.* שביעית ajunt in Africam magna ex parte fugiſſe. Vide *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi, *c.* 14. & *Schot. Bibl. ad Sulp. Sev. Tom.* ii. *pag.* 29. Præterquam, quod fuerint qui recepti in fœdus, ſuſceptis VII. præceptis Noachi (loquar cum Judæis) ex quibus Nepotes, de quibus 1 *Reg.* ix. 15, 20. Ne de Jebuſitis dicam, qui diu ſeipſos ſunt tuiti in arce Jebus, quæ erat in monte Sion, at victi tandem a Davide, cum ſua munitione confiſi Davidem irriſiſſent hoc dicterio, *claudi & cæci te abigent.* Quæ hic Judæi de Imagunculis Iſaaci cœci & Jacobi claudi fabulentur lege apud *Abendanam in Mickal Japhi.*

V. Tres Literas [*a*] miſit Joſua, antequam intraret terram. Primum miſit dicens מי שרוצה לברוח יברח, *qui velit fugere* [*b*] *fugiat*; rurſus miſit dicens מי שרוצה להשלים ישלים *qui pacem velit facere faciat*; iterum miſit dicens, מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, *qui pugnare velit pugnet.* At cum hæc ita ſint, cur [*c*] incolæ Gibeon egerunt callide? quod (Joſua) ipſis omnibus univerſim de pace miſiſſet, & non accepiſſent (pacem) nec noviſſent jus Iſraelis: at cogitabant, quod ipſis viam pacis non aperirent. Sed quare ea res dura viſa eſt præfectis? viderunt, quod æquum foret eos ferire gladio, niſi obſtitiſſet juramentum, quandoquidem fœdus iniverant; & ecce ille dixerat, *ipſis cum non feries fœdus*; ſed jus ipſo-

res. Quomodo hæc intelligenda? de bello arbitrario, cum cœteris gentibus gerendo. Quoad enim [*b*] vii. Populos & Amalekitas qui non fecere pacem, non relinquunt ex illis ſuperſtitem ullum viventem, quia dicitur † *ſic facies omnibus urbibus, non ſervabis in vita, quod animam habet.* Pariter dictum eſt de Amalekitis, ‡ *exſcindes memoriam Amalek.* Ac cenſendum eſt, quod loquatur niſi de illis, qui pacem non fecerunt, uti ſcriptum eſt, ⸸ *nec erat urbs, quæ pacem faceret cum Iſraele, niſi* [*c*] *Hevæi, incolæ Gibeon omnia bello ceperunt, nam a Jehova erat obduratio cordium, ut bello occurrerent Iſraelitis, & exitio devoverentur*, eo quod de pace ad eos miſiſſent, & eam non recepiſſent.

* *Deut.* xx. 14. † *Deut.* xx. 15. 16. ‡ *Deut.* xxv. 19. ⸸ *Joſ.* ix. 19. 20.

Notæ.

[*a*] Ergo quædam fuit extraordinaria ſeveritas, cum Deus voluit omnes etiam Midianitarum parvulos Mares occidi, ſervatis tantum Liberis fœmellis. *Num.* xxxi. 17. 18.

[*b*] Ratio erat, quia parandæ erant tutæ ſedes Iſraelitis; hic agebatur nomino judicis Dei, qui utebatur Iſraele uti miniſtris Juſtitiæ, ad punienda illorum peccata; & caveri debuit ne doceretur Iſrael facere ſicuti Gentes, *Deut.* xx. 18.

[*c*] Hevæi erant incolæ Gibeon. *Joſ.* xi. 19. cœteri aut obdurati ac pugnantes perierunt, vel etiam fugerunt aliqui ex illis in alia loca. Quales

les Girgæſæi, quos in Thalmude *Hieroſ. Tract.* שביעית ajunt in Africam magna ex parte fugiſſe. Vide *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 14. & *Schot. Bibl. ad Sulp. Sev. Tom.* ii. *pag.* 29. Præterquam, quod fuerint qui recepti in fœdus, ſuſceptis VII. præceptis Noachi (loquar cum Judæis) ex quibus Nepotes, de quibus 1 *Reg.* ix. 15, 20. Ne de Jebuſitis dicam, qui diu ſeipſos ſunt tuiti in arce Jebus, quæ erat in monte Sion, at victi tandem a Davide, cum ſua munitione confiſi Davidem irriſiſſent hoc dicterio, *claudi & cæci te abigent.* Quæ hic Judæi de Imagunculis Iſaaci cœci & Jacobi claudi fabulentur lege apud *Abendanam in Mickal Jophi.*

V. Tres Literas [*a*] miſit Joſua, antequam intraret terram. Primum miſit dicens מי שרוצה לברוח יברח, *qui velit fugere* [*b*] *fugiat*; rurſus miſit dicens מי שרוצה להשלים ישלים *qui pacem velit facere faciat*; iterum miſit dicens, מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, *qui pugnare velit pugnet.* At cum hæc ita ſint, cur [*c*] incolæ Gibeon egerunt callide? quod (Joſua) ipſis omnibus univerſim de pace miſiſſet, & non accepiſſent (pacem) nec noviſſent jus Iſraelis: at cogitabant, quod ipſis viam pacis non aperirent. Sed quare ea res dura viſa eſt præfectis? viderunt, quod æquum foret eos ferire gladio, niſi obſtitiſſet juramentum, quandoquidem fœdus iniverant; & ecce ille dixerat, *ipſis cum non feries fœdus*; ſed jus ipſo-

res. Quomodo hæc intelligenda? de bello arbitrario, cum cœteris gentibus gerendo. Quoad enim [*b*] vii. Populos & Amalekitas qui non fecere pacem, non relinquunt ex illis ſuperſtitem ullum viventem, quia dicitur † *ſic facies omnibus urbibus, non ſervabis in vita, quod animam habet.* Pariter dictum eſt de Amalekitis, ‡ *exſcindes memoriam Amalek.* Ac cenſendum eſt, quod loquatur niſi de illis, qui pacem non fecerunt, uti ſcriptum eſt, ⸸ *nec erat urbs, quæ pacem faceret cum Iſraele, niſi* [*c*] *Hevæi, incolæ Gibeon omnia bello ceperunt, nam a Jehova erat obduratio cordium, ut bello occurrerent Iſraelitis, & exitio devoverentur*, eo quod de pace ad eos miſiſſent, & eam non recepiſſent.

* *Deut.* xx. 14. † *Deut.* xx. 15. 16. ‡ *Deut.* xxv. 19. ⸸ *Joſ.* ix. 19. 20.

NOTÆ.

[*a*] Ergo quædam fuit extraordinaria ſeveritas, cum Deus voluit omnes etiam Midianitarum parvulos Mares occidi, ſervatis tantum Liberis fœmellis. *Num.* xxxi. 17. 18.

[*b*] Ratio erat, quia parandæ erant tutæ ſedes Iſraelitis; hic agebatur nomino judicis Dei, qui utebatur Iſraele uti miniſtris Juſtitiæ, ad punienda illorum peccata; & caveri debuit ne doceretur Iſrael facere ſicuti Gentes, *Deut.* xx. 18.

[*c*] Hevæi erant incolæ Gibeon. *Joſ.* xi. 19. cœteri aut obdurati ac pugnantes perierunt, vel etiam fugerunt aliqui ex illis in alia loca. Quales

Digitized by Google

les Girgæſæi, quos in Thalmude *Hieroſ. Tract.* שביעית ajunt in Africam magna ex parte fugiſſe. Vide *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 14. & *Schot. Bibl. ad Sulp. Sev. Tom.* ii. *pag.* 29. Præterquam, quod fuerint qui recepti in fœdus, ſuſceptis VII. præceptis Noachi (loquar cum Judæis) ex quibus Nepotes, de quibus 1 *Reg.* ix. 15, 20. Ne de Jebuſitis dicam, qui diu ſeipſos ſunt tuiti in arce Jebus, quæ erat in monte Sion, at victi tandem a Davide, cum ſua munitione confiſi Davidem irriſiſſent hoc dicterio, *claudi & cæci te abigent.* Quæ hic Judæi de Imagunculis Iſaaci cœci & Jacobi claudi fabulentur lege apud *Abendanam in Mickal Jophi.*

V. Tres Literas [*a*] miſit Joſua, antequam intraret terram. Primum miſit dicens מי שרוצה לברוח יברח, *qui velit fugere* [*b*] *fugiat*; rurſus miſit dicens מי שרוצה להשלים ישלים *qui pacem velit facere faciat*; iterum miſit dicens, מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, *qui pugnare velit pugnet.* At cum hæc ita ſint, cur [*c*] incolæ Gibeon egerunt callide? quod (Joſua) ipſis omnibus univerſim de pace miſiſſet, & non accepiſſent (pacem) nec noviſſent jus Iſraelis: at cogitabant, quod ipſis viam pacis non aperirent. Sed quare ea res dura viſa eſt præfectis? viderunt, quod æquum foret eos ferire gladio, niſi obſtitiſſet juramentum, quandoquidem fœdus iniverant; & ecce ille dixerat, *ipſis cum non feries fœdus*; ſed jus ipſo-

Digitized by Google

res. Quomodo hæc intelligenda? de bello arbitrario, cum cœteris gentibus gerendo. Quoad enim [*b*] vii. Populos & Amalekitas qui non fecere pacem, non relinquunt ex illis ſuperſtitem ullum viventem, quia dicitur † *ſic facies omnibus urbibus, non ſervabis in vita, quod animam habet.* Pariter dictum eſt de Amalekitis, ‡ *exſcindes memoriam Amalek.* Ac cenſendum eſt, quod loquatur niſi de illis, qui pacem non fecerunt, uti ſcriptum eſt, ⸸ *nec erat urbs, quæ pacem faceret cum Iſraele, niſi* [*c*] *Hevæi, incolæ Gibeon omnia bello ceperunt, nam a Jehova erat obduratio cordium, ut bello occurrerent Iſraelitis, & exitio devoverentur*, eo quod de pace ad eos miſiſſent, & eam non recepiſſent.

* *Deut.* xx. 14. † *Deut.* xx. 15. 16. ‡ *Deut.* xxv. 19. ⸸ *Joſ.* ix. 19. 20.

NOTÆ.

[*a*] Ergo quædam fuit extraordinaria ſeveritas, cum Deus voluit omnes etiam Midianitarum parvulos Mares occidi, ſervatis tantum Liberis fœmellis. *Num.* xxxi. 17. 18.

[*b*] Ratio erat, quia parandæ erant tutæ ſedes Iſraelitis; hic agebatur nomino judicis Dei, qui utebatur Iſraele uti miniſtris Juſtitiæ, ad puniendа illorum peccata; & caveri debuit ne doceretur Iſrael facere ſicuti Gentes, *Deut.* xx. 18.

[*c*] Hevæi erant incolæ Gibeon. *Joſ.* xi. 19. cœteri aut obdurati ac pugnantes perierunt, vel etiam fugerunt aliqui ex illis in alia loca. Qua-

les

Digitized by Google

les Girgæſæi, quos in Thalmude *Hieroſ. Tract.* שביעית ajunt in Africam magna ex parte fugiſſe. Vide *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 14. & *Schot. Bibl. ad Sulp. Sev. Tom.* ii. *pag.* 29. Præterquam, quod fuerint qui recepti in fœdus, ſuſceptis VII. præceptis Noachi (loquar cum Judæis) ex quibus Nepotes, de quibus 1 *Reg.* ix. 15, 20. Ne de Jebuſitis dicam, qui diu ſeipſos ſunt tuiti in arce Jebus, quæ erat in monte Sion, at victi tandem a Davide, cum ſua munitione confiſi Davidem irriſiſſent hoc dicterio, *claudi & cæci te abigent.* Quæ hic Judæi de Imagunculis Iſaaci cœci & Jacobi claudi fabulentur lege apud *Abendanam in Mickal Jophi.*

V. Tres Literas [*a*] miſit Joſua, antequam intraret terram. Primum miſit dicens מי שרוצה לברוח יברח, *qui velit fugere* [*b*] *fugiat*; rurſus miſit dicens מי שרוצה להשלים ישלים *qui pacem velit facere faciat*; iterum miſit dicens, מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, *qui pugnare velit pugnet.* At cum hæc ita ſint, cur [*c*] incolæ Gibeon egerunt callide? quod (Joſua) ipſis omnibus univerſim de pace miſiſſet, & non accepiſſent (pacem) nec noviſſent jus Iſraelis: at cogitabant, quod ipſis viam pacis non aperirent. Sed quare ea res dura viſa eſt præfectis? viderunt, quod æquum foret eos ferire gladio, niſi obſtitiſſet juramentum, quandoquidem fœdus iniverant; & ecce ille dixerat, *ipſis cum non feries fœdus*; ſed jus ipſo-

les Girgæſæi, quos in Thalmude *Hieroſ. Tract.* שביעית ajunt in Africam magna ex parte fugiſſe. Vide *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 14. & *Schot. Bibl. ad Sulp. Sev. Tom.* ii. *pag.* 29. Præterquam, quod fuerint qui recepti in fœdus, ſuſceptis VII. præceptis Noachi (loquar cum Judæis) ex quibus Nepotes, de quibus 1 *Reg.* ix. 15, 20. Ne de Jebuſitis dicam, qui diu ſeipſos ſunt tuiti in arce Jebus, quæ erat in monte Sion, at victi tandem a Davide, cum ſua munitione confiſi Davidem irriſiſſent hoc dicterio, *claudi & cæci te abigent.* Quæ hic Judæi de Imagunculis Iſaaci cœci & Jacobi claudi fabulentur lege apud *Abendanam in Mickal Jophi.*

V. Tres Literas [*a*] miſit Joſua, antequam intraret terram. Primum miſit dicens מי שרוצה לברוח יברח, *qui velit fugere* [*b*] *fugiat*; rurſus miſit dicens מי שרוצה להשלים ישלים *qui pacem velit facere faciat*; iterum miſit dicens, מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, *qui pugnare velit pugnet*. At cum hæc ita ſint, cur [*c*] incolæ Gibeon egerunt callide? quod (Joſua) ipſis omnibus univerſim de pace miſiſſet, & non accepiſſent (pacem) nec noviſſent jus Iſraelis: at cogitabant, quod ipſis viam pacis non aperirent. Sed quare ea res dura viſa eſt præfectis? viderunt, quod æquum foret eos ferire gladio, niſi obſtitiſſet juramentum, quandoquidem fœdus iniverant; & ecce ille dixerat, *ipſis cum non feries fœdus*; ſed jus ipſorum

rum erat, ut fierent ſervi trubutarii. Et forte cum per errorem juraſſent, juris erat eos occidere ob dolum, niſi profanatum fuiſſet Nomen Dei.

NOTÆ.

[*a*] In *Ceſeph. Miſn.* citatur in hanc rem *Tract. Schebiit*, *cap.* 6. *in Thalm. Hieroſol.* Vide quoque *Wagenzel. Sot. p.* 845. *Seld. de Jure Nat. & Gent. lib.* vi. *c.* 14. Addi poſſunt, quæ habet de clarigatione & indictione belli *Grot. de Jur. Belli & Pacis*, *lib.* iii. *c.* 3. *p.* 452. ubi etiam bellum denunciandi formulæ apud Gentes.

[*b*] Loco citato Thalmudis dicitur *fugiſſe Gírgeſæos in Africam.* Atque hinc fabula apud Thalmudicos de Africanis apud Alexandrum Magnum avitas poſſeſſiones repetentibus, *Thalm. Babyl. Gem. Sanh. c.* xi. (legi poteſt fuſe apud *Otth. Hiſtor. Doct. Miſn. in Simeone Juſto* §. 7. *Seld. de Jur. Nat. & Gent. lib.* vii. *c.* 8.) nec non illa de columnis in Mauritania Tingitana repertis & ab iſtis fugitivis poſitis, cum inſcriptione, *nos ſumus, qui fugimus a facie Joſuæ Latronis*, apud *Procop. Vandal. l.* ii. Græca ſic habent, ἡμεῖς ἐσμὲν, οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ ναυή Quæ *Seldenus lingua* Chananæa ſic expreſſit, *de Dis Syr. proleg. c.* ii. אנו בורחים מפני יהושע איש התף בן נון. Deducunt porro Eruditi ex fuga Cananæorum colonias & literas in Græciam, duce Cadmo. Nempe hic fuit קדמוני *Gen.* xv. 19. Vide egregia apud *Horn. de Orig. Americ. l.* ii. *c.* 3. *Gale Court of the Gentiles. Tom.* i. *lib.* i. *cap.* 7.

[*c*] De negotio Gibeonitarum vide *Zepp. de Leg. Moſ. lib.* iv. *c.* 16. *p.* 434. *Schikkard. de J. R. Hebr.*

Hebr. cum Carpz. notis, p. 307. Cunæum de Rep. Hebr. lib. ii. *c.* 20. *Hotting. Smeg. Orient. lib.* 1. *c.* 8. & *Commentatores. Grotius de Jure Belli & Pacis, l.* ii. *c.* 13. §. 4. *Nihilominus doli ſui pœnam aliquam ſuſtinuerunt Gibeonitæ. Addicti enim ſunt perſonali cuidam ſervituti, cum ſi egiſſent aperte, potuiſſent ad tributariam conditionem recipi.* Atqui omnes terræ Cananæorum cedere debebant Iſraelitis. *R. Abraham* ad Majemonidem annotavit, pacem oblatam fuiſſe Cananæis omnibus, antequam Jordanem transiviſſent, non deinde; hinc Gibeonitas ſe contuliſſe ad fraudes, ubi pacis rejectæ pœnituiſſet.

VI. Ad Ammonitas autem & Moabitas [*a*] non miſerunt de pace, quia dicitur * *non quæres pacem eorum & bonum eorum omnibus diebus tuis.* Dixerunt Sapientes, ſicut quod ſcriptum eſt † *acclamabis iſti urbi pacem*, etiam comprehendit Moabum & Ammonem, ſic viciſſim Lex dicit ‡ *non quæres bonum & pacem eorum*; & ſicut quod ſcriptum eſt ⊥ *tecum habitabit in medio tui ut ipſis bonum erit, non affliges, Moabum & Ammonem* complectitur, ſic lex viciſſim dicit, *eorum bonum non quæres.* Nempe, licet non peterent pacem eorum Iſraelitæ; ſi tamen ex ſe ipſis obtuliſſent pacem primum, eos recepiſſent. [*b*]

* *Deut.* xxiii. 17. † *Deut.* xx. 10. ‡ *Deut.* xxiii. 6. ⊥ *Deut.* xxiii. 16.

Digitized by Google

NOTÆ.

[*a*] Favores videbantur ampliandi erga haſce Nationes, quod ex Lotho cognato Abrahami eſſent ortæ, *Gen.* xix. 38. Imo Deus ſuo favore ipſis ſuas regiones dederat, nec volebat ab Iſraelitis eripi, *Deut.* ii. 9, 19. At reſtringebantur quod ex fœdo concubitu eſſent prognatæ, & præterea quod commeatum Iſraelitis ex Ægypto venientibus non obtulerint, conduxerint in eos Bileamum, ut malediceret, & fœdo crimine per idololatriam Baal Peoris conſilio iſtius nebulonis (quem tamen Judæi comparare ut Prophetam cum Moſe audent, apud *Vorſt. ad Majem. de Fundam. Legis op.* 98.) eos macularint. Atque hinc quoque ad decimam generationem, poſt proſelytiſmum, venire in congregationem Jehovæ non poterant, *Numer.* xxxi. 7. *Deut.* xxiii. 3. 4. *Nehem.* xiii. 1.

[*b*] Referunt eo Hebræi exemplum Davidis Regis & Nachaſi 2 *Sam.* x. 2. Majore ergo privilegio hi populi gaviſi, quam *Amalekitæ*, ut ut admodum in Iſraelem peccaſſent. Confer *Pſal.* cvi. 28. *Num.* xxv. 3. xxxi. 16. 2 *Pet.* ii. 15. *Apoc.* ii. 14. ubi ſeductionis Moabiticæ deteſtatio eſt. Interea obſervandum Rhutam, Moabitidem fuiſſe, ac divina providentia cum Boazo nuptam, inter Matres Chriſti Servatoris numerari; nempe is etiam Gentium uti peccatorum foret liberator. *Matth.* 1. 5.

VII. Cum [*a*] obſident urbem ad illam occupandam, non cingunt eam a quatuor ventis (lateribus) ſed a tribus duntaxat, ac relin-

quunt

quunt locum fugiendi cuicunque fugere placuerit, ut vitæ ſuæ conſulat, quia dicitur,* *& militarunt contra Midianitas, ſicut Deus juſſit Moſi:* ex traditione [*b*] autem acceptum eſt, quod ſic Deus præcepiſſet.

* *Num.* xxxi. 7.

NOTÆ.

[*a*] Atqui videtur hoc ſpectare ad Bellum arbitiarium, non æque ad Bellum præcepti, ex Jerichuntis hiſtoria; & videbatur poſtulari ab æquitate naturali hæc moderatio.

[*b*] מפי השמועה למדו וכלי vertit *Seldenus de J. N. & Gent. lib.* vi. 15. *Unde diſcimus rem ita fieri ex præcepto.* Melius, ni fallor, ex *auditu*, id eſt, *ex traditione*, שמועה enim traditio eſt non ſcripta. Traditionem nanc habet *Mikotzi* citatus *Seldeno.* Quare vertit Uziclides, *& conſtrametati ſunt in Midian circumcingendo eam a 3. plagis, juxta id quod præceperat Moſi dominus.*

VIII. Non ſuccidunt [*a*] arbores frugiferas [*b*] quæ extra urbem ſunt, nec prohibent inde rivum aquarum, ut areſcant, ſicut dicitur * *non perdes arborem*, & qui ſuccidit, verberatur. [*c*] Nec tantum id obtinet in obſidione, ſed etiam omni loco. Quicunque exſcindit arborem frugiferam, ut eam perdat, verberatur. At exſcindunt eam, ſi premat alias arbores, aut in agris alios fructus, aut quia pretia earum cara ſunt. Non vetat lex, niſi modum perditionis.

* *Deut.* xx. 19.

NO-

NOTÆ.

[*a*] Nempe arbor in uſum hominum creata. Vide *Joſeph. Ant. lib.* iv. *c.* 8. ubi egregie legem explicat, proſopopœia eam loquentem introducens. Scilicet *ſi vox ei daretur, expoſtularet cum exſcindente, quod cauſa Belli non fuerit, migratura ſi poſſet, at jam utilis futura victori.* Eſt tamen locus, 2 *Reg.* iii 19. ubi Eliza victoriam de *Moabo promittens*, ait *Joramum & Joſaphatum eſſe dejecturos cunctas arbores frugiferas, uti agros operturos lapidibus.* At hic caſus eſt peculiaris. Lex enim reſpiciebat habitandas ab Iſraele terras, non anathemati devotas ſimilesve hoſtium, poſt bellum deſerendas. Sic *Martyr in locum* aliique. Præterea noluit Deus ordinario bello terras ſpoliis, rapinis, vaſtationibus deſolari, aut fieri uti deſerta: Temperamento opus fuit, ne bella fierent latrocinia; & petulantiæ, iracundiæ, odio ponendus erat modus, ne omnis humanitas caſtris exularet aut regnaret ibi feritas. Lege hic egregia apud *Grotium de J. B. & Pac. lib.* iii. *c.* 12.

[*b*] Eſculentas, pomum, pyrum, olivam, palmam vel alias utiles ad analogos uſus.

[*c*] Ut militi facta prohibitio, ſic civi; nulli licebat perdere res ſuas, pro libitu. Arbores frugiferæ ad bona publica, uti ad ornatum & decus terræ Canaan pertinebant. *Deut.* viii. 8. Præterquam quod *terra erat Jehovæ*, cujus uſum fructum Iſraelitæ modo habebant. *Lev.* xxv. 23.

IX. omnem arborem ſterilem exſcindere alicui licet, quamvis ea opus non habeat; etiam fru-

frugiferam, quæ conſenuit, aut fructus adeo paucos *facit*, ut [*a*] non ſit conveniens circa eam impendere laborem, ſuccidere licet. Quantum vero Olea terre debet, ut non exſcindatur? quadrantem [*c*] Cabi olivarum: nec exſcindunt Dactylum, quæ profert cabum Dactylorum.

NOTÆ.

[*a*] עשה Hebraiſmum imitati Euangeliſtæ, quando dicunt ποιεῖν καρπὸν, pro φέρειν, *Matth.* iii. 10. Vide *Vorſt. de Hebr. N. T. cap.* v.

[*b*] Notetur hic Chriſti parabola inde deſumpta. *Luc.* xiii. 5. Nec quicquam magis eſt commune in Scripturis, quam ab arboribus metaphoras & parabolas deſumere, ubi Eccleſiæ vitia & virtutes deſcribendæ, aut Dei circa illam cura & caſtigatio. *Pſal.* i. 4. *Jeſ.* v. 1, 2, 3, 4. *Jerem.* xxiv. 2. *Ezech.* xv. 2. *Matth.* iii. 7. *Job.* xv. 1.

[*c*] Cabus menſura eſt parva aridorum, quæ Rabbinis XXIV. ova circiter continet. Vide *Clar. Leuſden. Phil. Mixt. Diſp.* XXXI. *Waſer. de Menſuris Hebr. lib.* ii. *c.* 2. Obſerva interim a cabis deſumpta hæc Judæorum dicta in *Kidduſch. fol.* XLIX. 2. *Decem cabi loquacitatis deſcenderunt in mundum, novem abſtulerunt mulieres. Novem cabi ſapientiæ deſcenderunt in mundum, novem accepit terra ſancta. Decem cabi ſcabiei deſcenderunt in mundum, & novem acceperunt porci &c.*

X. Nec tantum qui arbores, ſed etiam qui frangit vaſa, [*a*] rumpit veſtes, diruit adificium, obſtruit fontem, conſumit cibaria, ut per-

perdat, peccat in interdictum * *non perdes.* At non vapulat, niſi pœna contumaciæ ex verbis Sapientum. [*b*]

* *Deut.* xx. 19.

Notæ.

[*a*] Intererat ſane Reipublicæ, ne quis cum detrimento familiari, aut publico, rebus ſuis aut communibus peſſime abuteretur, uti nec ferendus erat prodigus ſuarum rerum, *Deut.* xxi. 20.

[*b*] Frugiferas arbores ſuccidentes erant puniendi ex lege Moſis; perdentes res, de quibus hoc §. ex decretis Majorum. Erat autem pœna plagarum vel flagello, de quo *Deut.* xxv. 3. 2 *Cor.* xi. 24. vel baculo במקל; eratque appellata מכות מרדות *plaga contumaciæ*; nec illi poſitus erat modus & numerus ut flagellationi. Vide *Majem. Sanhed.* xvi. 3. xviii. 5. Hac autem pœna maxime puniebatur, qui contemnebat verba Sapientum. In *Ceſeph. Miſnæ* R. Eleazar dixit, *qui diſcindit ſuas veſtes, qui frangit ſua vaſa, qui diſſipat vineta ſua in ira ſua, ſit in oculis tuis, ut cultor aliorum Numinum.*

XI. Obſident urbes gentium etiam Sabbatho, [*a*] uti quoque cum iis pugnant, quia dicitur * *donec deſcendat*: etiam Sabbatho ſeu in bellis præcepti ſeu, in bellis arbitrii.

* *Deut.* xx. 20.

Notæ.

[*a*] At ſuperſtitioſi nimium obſervatores Sab-

bathi

bathi fuere antiquitus Judæi, etiam cum de defendenda vita ageretur, corrigente errorem Sacerdote & duce Matthathia. Vide 1 *Macch.* ii. 36 —— 41, *Joſeph. Antiq. lib.* xii. *c.* 8. Qui tamen Judæorum ſuperſtitionem, nolentium pugnare Sabbatho & captorum a Ptolomæo Lagi, laudat c. *Apion. lib.* 1. *p.* 1050. Et bene noſter Servator in cœteris eandem ſuperſtitionem caſtigavit, ut ex Euangelio diſcimus, non ſemel. Ridebis, ſi porro Magiſtrorum nugas legas in *Miſn. Tract. de Sabbatho*, cum *notis Maimonidis*, & ipſius *Tract. de Sabbatho* in *Jad Chaſaka Tom.* ii. Confer etiam *Cl. Leuſden. Philol. Mixt. Diſſ.* 34. Cavebant tamen Magiſtri, ne obſidio urbis minus tribus diebus ante Sabbathum inciperet. *Miſn. l. cit. c.* 1..

XII. Quando caſtrametantur, caſtra ponunt omni loco. Qui cadit in bello, ſepelitur eo loci, ubi cecidit; qui locum obtinet quaſi mortuus (ſemivivus) præcipit.

NOTÆ.

[a] Ni fallor, ubi ſepeliri velit. Alias ſepeliebatur quis ordinario ſuo in agro vel horto, nam ſepulcra extra urbes erant, vide *Luc.* xxiii. 53. *Marc.* iv. 37. Niſi ſeptem Viri boni aſſentirentur mortuum ſepeliri in urbe. *Majem. de domo Elect. cap.* 7. §. 13. At in Jeruſalem ſancta civitate, ob ſacra publica, & impuritatem mortuorum, *Num.* xxix. 11. nulla ſepulcra (legi tamen poteſt locus 2 *Chron.* xvi. 14.) niſi forte duo, Davidis & Uldæ. Vide *Cunæum de R. Heb.* *lib.*

lib. 1. 7. & confer *Matth.* xxvii. 53. *Multi ſurrexerunt ex ſepulcris & veniebant in ſanctam civitatem.* Interim communi loco homines ejusdem familiæ ſepelire ſunt ſoliti (unde phraſis ad *Patres colligi*) erantque æſtimata admodum hæc loca, *Neh.* ii. 3. 5. Præterea fuere ſepulcra plebeja, quæ communiora, humilia ac vix videri poterant, *Luc.* xi. 4. & magnifica, uti Regum ac Principum, quorum honore etiam gaviſi Prophetæ. *Matth.* xxiii. 29. Hinc legitur *Jer.* xxvi. 23. *Educebant Uriam* (Prophetam) *ex Ægypto, ipſumque Rex Jojakim percuſſit gladio, & projecit corpus ejus* אל קברי בני העם *in unum ex ſepulcris* (confer *Jud.* xii. 7.) *filiorum populi*, id eſt plebis: ſcilicet erat iſtud contemptûs & pœna. Porro de jure ſepulturæ diſputant Gemariſtæ *Tract. Sanh. c.* 6. An lege divina ſit præcepta? An requiratur ignominiæ vitandæ ergo, an piamenti cauſa? An ad honorem viventium, an defuncti pertineat? Lege quoque *Maimonium Tract.* אבל *c.* xii. ubi determinat planctum & ſepulturam ad honorem defuncti pertinere; planctum tamen omitti poſſe, ſi moribundus præceperit, at neutiquam ſepulturam; ſi vel quis ſe inſepultum abjici præceperit, quia illa lege præcepta eſt *Deut.* xxi. 23.

XIII. Quatuor res licitæ in bello. Edunt res [*a*] dubias; liberi ſunt a lotione manuum in [*c*] initio; adducunt ligua ex omni loco, ut ſi quæ inveniant ſeu [*d*] pendentia ſeu arida, in caſtris de illis non curent; liberi quoque ſunt a [*e*] mixturis atriorum caſtrenſium; res enim ſuas

Digitized by Google

ſuas differunt de tecto in tectum, de tentorio in tentorium; quia cincta ſunt omnia caſtra ſepimento, quod x. palmis altum eſt, ut ſint communis poteſtatis ſeu Juris; ſicut explicatum eſt in *Tractatu de Sabbatho.* Nec debet iſtud ſepimentum minus eſſe [*f*] x. palmis. Sicut autem hæc permiſſa in egreſſu, ſic quoque in reditu.

NOTÆ.

[*a*] De hiſce licitis in caſtris locus eſt in *Miſn.* עורבים *cap.* 1. §. 10. Extat autem in *Miſna* tractatus integer de דמאי. Ait vero *Bartenora*, eſſe res dubias, ſeu fruges ac fructus, de quibus dubitatur, an datæ ſint decimæ. Edere jam in caſtris, de illis licebat, quia, ut notat noſter *Majemonides* in *Comm. ad locum Miſnæ*, *licebat in caſtris edere rem, a qua non detracta, quæ debent detrahi, ut theruma decimarum & decimæ ſecundæ.* Dicunt alias Magiſtri *loco citato*, *qui comedit fructus, de quibus nondum oblatæ decimæ ſacerdotibus, reus eſt mortis.*

[*b*] רחיצת ידים: ablutio manuum alias קדוש ידים ונטילת ידים appellatur. Quanti alias faciant hanc Lotionem Magiſtri, patet ex noſtro Euangelio, & *Miſn. Sota cap.* 1. §. 6. ubi ajunt, *Eum, qui illotis manibus edit, ſimilem eſſe cum ſcorto concumbenti*: adde *Majem. Tract.* ברכות *cap.* vi. Quamquam in die expiationis nolint *lavari manus*, *Jom. cap.* iii. Stulta vero eſt ratio Judæis quotidianæ lotionis, deſumpta ab impuritate manuum nocturna per impuros ſpiritus, illis inſidentes, apud *Buxtorf. Synag. Jud. l.* 1. *c.* 4. Et cur manus non eſſent impu-

ræ? Aquæ ſi כביור in lavacro templi pernoctaſſent, erant impuræ, apud Bartenoram ad תמיר c. 1. §. 5. Itaque ſurgentes Judæi mox lavant manus, nec aquas accipiunt Domini, nec veſtes niſi a jam lotis miniſtris, cur cibos illoti contrectarent? vide *Kabb. Denud. T.* 11. *p.* 69. Præter autem Lotiones quotidianas נטילות ידים, habent majores, quæ ſunt טבילות immerſiones, maxime, ubi gravius peccarunt, & agenda eſt וידוי confeſſio peccati, & pœnitentia, exemplo Angelorum in fluvio Dinor ſe abluentium, apud *Gaulmin. de vita & morte Moſis, lib.* i. *cap.* ii. ex libro שער תשובה, *porta reſipiſcentiæ.* A Judæis ad Muhammedanos profluxit Lotionum ſuperſtitio. Vide *Surat.* v. §. *q.* 9. Niſi apud Arabes Iſmaëlitas antiquior Muhammede, a quodam Judæo Abdalla edocto, ritus fuerit. lege *Pocock. ad Abulfaraj. p.* 302. ubi *religionem fundatam eſſe ſuper* على النظافة *ſuper munditia*, ajunt, imo in ea dimidiam illius partem conſtituunt.

[c] בתחלה. id eſt Lotione prima, quæ fit ante cibum, *Majem. Comment. ad Erubin c.* 1. §. 10. Habent enim Judæi duplicem lotionem manuum, unam ante, alteram poſt cibum; illam appellant מים ראשונים, *aquas priores*, hanc מים אחרונים *aquas poſteriores.* In *prioribus aquis* צריך שיגביה ידיו למעלה *neceſſum eſt, ut quis manus ſuas ſurſum tollat*, in *poſterioribus* צריך שישפיל למטה, *neceſſum eſt, ut deprimat.* Haſce vero aquas magis neceſſarias faciunt prioribus. Vide *Kabbal. Denudat. l. c.* Itaque a priori lotione ante cibum milites liberant Magiſtri, non poſterioribus.

Lege

Lege *Gaulm. de vita & morte Moſis lib.* II. *c.* 6. ubi ex *Baal Thurim cap.* CXXXI. *Semit. Vitæ*, leges *militiam ſequentes liberos eſſe ab aquis prioribus, at obligari ad poſteriores.* Sed non additur ibi ratio. Author *Ceſeph. Miſnæ* eam dedit ex Gemariſtis, ubi ait ad *aquas poſteriores obligari milites propter periculum Sodomitici ſalis.* Sed hæc obſcura ſunt. Explicabit autem illa noſter Majemonides. Ille enim *Tract.* ברכות *cap.* vi. cum diſtinxiſſet inter *Lotionem* בתחלה *in initio*, & *lotionem* בסף *in fine cibi*, definit §. 3. neceſſitatem *ultimæ lotionis propter ſalem. Omnis enim*, inquit, פת, *offa, in qua ſal eſt, requirit ablutionem manuum ultimam, ne forte ſit ſal Sodomiticum, aut ſal, cujus natura eſt uti ſalis Sodomitici, & quis manus ſuas oculis admoveat: & excæcetur. Ideoque omnes obligantur manus lavare in fine cibationis, propter ſalem.* Vide, Lector, quam ſibi a Sale metuant Judæi, quem adeo ſacrum in oblationibus voluit Deus *Levit.* ii. 13. Unde ad Judæorum præcepta affirmativa pertinet n. xii. Pergit Majemonides, *at in caſtris liberi ſunt a lotione manuum prima, eo quod ſint* טרודים i. e. *occupati, fatigati, aſſiduis laboribus detenti, licet obligentur ad poſteriorem propter* הסכנה *periculum*, iſtud ſcilicet, de quo jam dixit.

[*d*] In *Ceſeph. Miſnæ*, תלויים ותלושים pendentia, vel eradicata junguntur; & ex Miſna datur libertas adducendi ligna מכל מקום *ex omni loco*, & quidem ex conſtitutione Joſuæ. Nempe in uſum caſtrorum, quibus ligna inſerviunt, publicum & neceſſarium, quia inde ſtruendi aggeres, valla, propugnacula, fortalitia.

[*e*] De *Commixtione Atriorum* עירוב חצרים bene

 multa

multa in *Tract. Miſnico Erubim*, *cap.* VI. Res ſic ſe habet ordinario. Cum plures familiæ juxta commune atrium habitarent, & non liceret Sabbatho quicquam efferre de loco in locum, communionem atrii fecere ad communionem cibi, ſimul collati. At in caſtris non erat hæc neceſſitas; nam omnes res in Sabbatho ex tentorio in tentorium efferri & edi poterant. Verſabantur quaſi in uno atrio vel domo. Eſt porro Judæis præter *mixturam hanc atriorum*, etiam *ciborum mixtura*, quando cibus diei feſti, in Sabbathum incidentis, miſcetur cum cibo Sabbathino, de quo *Buxtorf. Lexic. p.* 1657. lege *Majem.* in *Comment. ad Erubim c.* I.

[*f*] Vide *Miſn. Erubim*, *cap.* 1. §. 6. 8. Nempe ædium poſtes altæ eſſe debebat x. palmis; ſic caſtra, ut impediatur fuga militum ex exercitibus.

XIV. Vetitum eſt evacuare corpus juxta caſtra, aut patente campo, omni in loco. Sed præceptum eſt [*a*] affirmativum ordinare viam privatam, & locum aliquem extra caſtra, ubi excrementa ejiciantur, quia dicitur * *habebis locum extra caſtra, &c.*

* Deut. XXIII. 12.

Notæ.

[*a*] Collocatur inter affirmativa præcepta *n.* 192. Conſulendum erat verecundiæ, honeſtati, ſanitati, pietati. Externa puritas internæ ſignum & teſtimonium eſſe debebat. *Deut.* xxiii. 14. Lex ad

ad moralia ſignificanda maxime ſpectabat. In libro *Sohar col.* 220. hæc leguntur, *corpus hominis vocatur caſtrorum nomine; hinc dicitur Deut.* xxiii. 4. & erunt caſtra tua ſancta & non videbitur in te turpitudo aliqua; id eſt, *turpiloquium ex ore tuo egrediens.* Confer *Kabbal. Denudat. T.* 11. *p.* 861.

XV. pariter [*a*] affirmativum præceptum eſt, ut unicuique [*b*] paxillus ſit [*c*] ſuſpenſus, una cum armis, & exeat illa via, ac ibi fodiat ſcrobiculum, quo ſe purget excrementis, eaque tegat, ceu ſcriptum eſt, * *& habebis paxillum* &c. Sive autem illiſcum ſit Arca, ſive non ſit, ſic faciant continuo, quia dicitur ‡ *eruntque ſancta caſtra veſtra.*

* Deut. xxiii. 13. ‡ ibid. ℣ 14.

Notæ.

[*a*] Inter affirmativa eſt n. 193. Nitor Judaicus, an ſuperſtitio, duo præcepta fecit ex iis, quæ ad unum pertinebant.

[*b*] Bruta etiam quædam ſtercora ſua contegunt, vel extra nidos ſuos ejiciunt. Quid non faciat homo, *ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum?* in *Baal Thurim* volunt ſtercus in caſtris tegendum, נגרו שמע קרית לקרא אסור כי quia non licet coram eo dicere lectionem *Audi Iſrael*, *Deut.* xi. 4. ad quam tamen quotidiana obligatio eſt etiam in caſtris.

[*c*] Nempe ex cingulo militari, quo veſtes conſtringebantur, & dabatur corpori quoddam

robur. Hinc proverbium, *qui ſe accingit non glorietur, uti ille, qui ſe diſcingit*, 1 *Reg.* xx. 11. Eo alluſit *Jeſaias cap.* xi. 5. & *Paulus*, *Eph.* vi. 14.

Cap. VII.

De Sacerdote ad Bellum uncto; de illius Sermone ad exercitum; de dimittendis ex caſtris ante pugnam.

I. Pari ratione in bellis præcepti, & in bellis arbitrii conſtituunt [*a*] Sacerdotem, ut in hora prælii loquatur ad populum, eumque [*b*] ungunt oleo unctionis, & hinc appellatur משיח מלחמה unctus belli. [*c*]

Notæ.

[*a*] Habet hæc & ſequentia Maimonius ex *Miſn. Sota cap.* viii. Sacerdotes ſane caſtris adeſſe debuerunt, cum *tubis argenteis Num.* x. 9. confer 2 *Chron.* xiii. 12. At de *Sacerdote uncto*, nihil in Scripturis. Eſt tamen Judæis affirmativum præceptum cxci. de tali Sacerdote conſtituendo, ex *Deut.* xx. 2. At ibi Sacerdos in ſingulari pro pluribus ponitur, quia unus occipere ſermonem ad milites debuit; ſaltem de unctione Sacerdotis nihil plane Moſes. Neque illius exemplum in V. T. hiſtoria. Quin cum arca ipſa in Philiſtæos deduceretur, 1 *Sam.* iv. ubi tum *unctus belli?* Aderant modo Hophni & Pineas, neuter eo unctus. *vs.* 4. conf. 2 *Chron.* xx. 19. 21. Porro ſacrum hunc morem, ut ſacerdos caſtris adeſſet, imitatus eſt Conſtantinus M. cum

cum Epiſcopos comites haberet in Perſas bellaturus, *Euſeb. de ejus vita, lib.* IV. *c.* 56. & *Tigurinorum ita ferebat conſuetudo, cum in hoſtem exitur, ut Eccleſiæ Miniſter primarius una procedat.* Nec hoc munus detrectare volebat Zwinglius, ut civis bonus & fidelis paſtor, non ut tuba belli contra calumnias Pontificiorum. *Melch. Adami in Vita Zwinglii.*

[*b*] Ad augendam iſtius ſacerdotis venerationem, & addendam militibus fidentiam cogitatione ſacri olei. Neque adeo ungebatur communiori, vel opobalſami, אפרסמון quod Regibus, non ex ſtemmate Davidis, dant Magiſtri. Vide ante *cap.* I. 10. Erat autem illud optimæ notæ, ex Jerechuntina regione, quale nullibi invenitur. Sic *Diodorus lib.* II. ubi ait τὸ φυτὸν τοῦτο, *plantam, ſtirpem, ex qua Balſamum,* οὐδαμοῦ τῆς ἄλλης οἰκουμένης εὑρίσκεσθαι, *nullibi in orbe terrarum inveniri.* & *Plin. lib.* XII. *c.* 25. ac XVI. c. 32. *omnibus,* inquit, *odoribus, præfertur Balſamum, uni terrarum Judææ conceſſum.* Rurſus *faſtidit Balſamum alibi naſci.* Porro iſte Sacerdos major erat Vicario Pontificis, qui סגן appellatur, ipſique competebant quinque, quæ ſummo Sacerdoti, excepta ſucceſſione filii. Non denudabat caput, non diſcindebat veſtes, non polluebat ſe ob mortem amicorum, non ducebat viduam, ſed virginem. Vide *Wagenzel. ad Sot. p.* 842. & *Majem. de app. templi c.* IV. §. 21.

[*c*] Apud Romanos ſimilis erat ſacerdos *Flamen Martius*, conſecratus Marti, & numerandus inter majores Flamines cum *Diali* Jovi ſacro, & *Quirinali* Romulo Quirino dicato; qui omnes ex patriciis eligi debebant. Vide *Valer.*

 Max.

Digitized by Google

Max. lib. 1. *c.* 2. §. 2. Refertur autem inſtitutio iſtorum Sacerdotum ad Numam Pompilium, apud *Halicarnaſſ. lib.* 11. & *Livium*, *Hiſt. lib.* 1. *c.* 20. *Quia*, inquit, *in civitate bellicoſa plures Romuli, quam Numæ ſimiles Reges putabat fore, iturosque ad bella, ne ſacra regiæ vicis deſererentur, flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creavit, inſignique cum veſte & curuli ſella regia adornavit: huic duos adjecit Flamines, Marti unum, alterum Quirino.*

II. Bis loquitur unctus belli ad [*a*] populum, ſemel e libro, cum egreditur, antequam inſtruatur prælium, & dicit ad populum, *quis vir* [*b*] * *eſt, qui plantavit vineam, & non uſus eſt ejus fructu &c.* at cum audit quis ejus verba, redeat ex caſtris Iſraëlis; & ſemel, cum inſtruitur prælium, dicit, *ne timete, ne trepidate.* ‡

* Deut. xx. 6. ‡ ibid. ꝟ. 3.

Notæ.

[*a*] Lege hæc & plura in *Miſn. Sot. cap.* VIII. §. 2.

[*b*] *Abarbinel* in ſuo comment. ad *Deut.* xx. ait, *Unctum bello Sacerdotem, hæc pro concione dixiſſe, aliumque præfectum magna voce per caſtra divulgaſſe.*

III. Tempore, quo acies diſponunt, & ad prælium accedunt, ſtat iſte Sacerdos in excelſo loco, & omnis exercitus coram ipſo, &

dicit

Digitized by Google

dicit ad Eum lingua [*a*] ſancta, *audi Iſrael,* * *acceditis ad prælium hodie contra hoſtes veſtros, ne* [*b*] *molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, nec expaveſcatis, ne contremiſcite præ illis, quia Jehova* [*c*] *Deus veſter incedit vobiſcum ad pugnandum pro vobis, contra hoſtes veſtros, & ad vos ſervandos.* Eo uſque loquitur Sacerdos unctus; & Sacerdos alius ejus loco jubet alta voce populum eum audire; ac dein loquitur Sacerdos unctus bello, *quis eſt vir, qui ædificavit ædes novas, quis eſt vir, qui plantavit vineam* &c. *quis eſt vir, qui ſibi deſponſavit conjugem*, &c. Huc uſque loquitur unctus belli, ac [*d*] cenſor aliquis facit alta voce, ut audiat populus, & poſtea ipſe loquitur, & dicit, *quis eſt vir qui timet & cujus cor molleſcit*; atque alius idem perſonat toti populo.

* Deut. xx. 3. † ibid. ỳ. 5.

Notæ.

[*a*] Habet hæc Maimonius ex *Sota cap.* viii. §. 2. adde *Excerpt. Gemar.* §. 7.

[*b*] Miſn. l. c. §. 1. habet, *ne molleſcat ob hinnitum equorum, & fulgorem gladiorum; ne timete ob colliſiones ſcutorum, & agmen cataphractorum; ne trepidate ob ſonitus tubarum; ne expaveſcite ob claſſica.*

[*c*] In *Gemara Sotæ cap:* viii. §. 6. ajunt Magiſtri hæc comitantem arcam reſpicere.

(d) שוטר Diribitor alias. Vide *Full. Miſc. lib.* III. *c.* 19. Ajunt Magiſtri שוטרים eſſe viros, qui fuſtibus & flagris animadvertendi in reos jus habent. Vide §. ſequentem.

IV. Poſtquam dimiſſi ſunt dimittendi ex caſtris, ordinantur caſtra, & diſponuntur duces in fronte populi, etiam ponuntur poſt omnia caſtra diribitores, (cenſores) fortes & validi, qui ferreas clavas (bipennes) habent ſuis manibus. Illis autem poteſtas eſt quemcumque qui fugere velit, ex prælio cædere, illique crura confringere. Nam initium cladis fuga eſt. (b) Quomodo hæc dicta ſunt de dimiſſione hominum ex caſtris? in bellis arbitrii: at in bellis præcepti omnes exeunt (c) etiam ſponſus ex ſuo cubiculo & ſponſa ex ſuo attrio.

NOTÆ.

(a) Hæc iterum ex *Sota cap.* viii. §. 2. 5. 6.

(b) In *Sota* citantur eo loca, *Sam.* IV. 17. XXXI. 1.

(c) Ibidem §. 7. adde *Wagenz. Notas*, quas repetere nihil attinet. Potuit autem illa dimiſſio ex caſtris obtinere, quia exercitus conductitio milite non conſtabat. Omnes Iſraëlitæ ex æquo militare tenebantur. Nempe erant inter ſe æquales, ex legibus Sabbathicis, & miles externus conduci & eligi non debuit, utpote gentilis. Ex quo etiam factum eſt, quod Hebræi, licet fortes, ignari eſſent fere diſciplinæ & ordinis militaris, mirante bellicas artes & caſtrametationes

Digitized by Google

nes Romanorum *Joſepho de B. J. lib.* iii. *c.* 6. *p.* 835. Quin inde clades ſuæ gentis repetit.

V. Perinde eſt (*a*), ſi quis ædificet domum ad habitandum aut ſtabulum pecoribus, domum lignorum, aut horreum, ſi modo fuerit habitationi conveniens. Perinde eſt, ſi quis ædificet vel accipiat domum. Perinde eſt ſi eam dono acquirat aut hæreditate; omnis enim dimittitur. Sed quis atrium aut exedram aut porticum ædificavit, aut tugurium, quod non habet (*b*) quatuor angulos vel menſuras, aut rapuit domum, ecce hic non dimittitur. Et omnis qui plantat vineam extra terram *Iſraëlis*, ecce nec ille dimittitur.

NOTÆ.

(*a*) Hæc iterum ex *Sota cap.* viii. §. 2. lege *Wagenz. Notas.* Adjicere nihil juvat.

(*b*) ibid. §. 111. *Wagenz. p.* 865.

VI. Perinde eſt, (*a*) ſive quis vineam plantet, ſive v. arbores, frugiferas, etiam ex (*b*) v. ſpeciebus ad eſum utiles. Perinde eſt plantans, propagans vitem in terra, & arbori ſurculum inſerens, quia hæc etiam tenetur lege (*c*) præputii. Perinde eſt emens, hæreditate quid acquirens, ac dono accipiens: ſed qui plantat quatuor arbores frugiferas aut quinque ſteriles, aut qui rapuit vineam, non dimittitur

(d) שוטר Diribitor alias. Vide *Full. Miſc. lib.* III. c. 19. Ajunt Magiſtri שוטרים eſſe viros, qui fuſtibus & flagris animadvertendi in reos jus habent. Vide §. ſequentem.

IV. Poſtquam dimiſſi ſunt dimittendi ex caſtris, ordinantur caſtra, & diſponuntur duces in fronte populi, etiam ponuntur poſt omnia caſtra diribitores, (cenſores) fortes & validi, qui ferreas clavas (bipennes) habent ſuis manibus. Illis autem poteſtas eſt quemcumque qui fugere velit, ex prælio cædere, illique crura confringere. Nam initium cladis fuga eſt. (b) Quomodo hæc dicta ſunt de dimiſſione hominum ex caſtris? in bellis arbitrii: at in bellis præcepti omnes exeunt (c) etiam ſponſus ex ſuo cubiculo & ſponſa ex ſuo attrio.

NOTÆ.

(a) Hæc iterum ex *Sota cap.* viii. §. 2. 5. 6.

(b) In *Sota* citantur eo loca, *Sam.* IV. 17. xxxi. 1.

(c) Ibidem §. 7. adde *Wagenz. Notas*, quas repetere nihil attinet. Potuit autem illa dimiſſio ex caſtris obtinere, quia exercitus conductitio milite non conſtabat. Omnes Iſraëlitæ ex æquo militare tenebantur. Nempe erant inter ſe æquales, ex legibus Sabbathicis, & miles externus conduci & eligi non debuit, utpote gentilis. Ex quo etiam factum eſt, quod Hebræi, licet fortes, ignari eſſent fere diſciplinæ & ordinis militaris, mirante bellicas artes & caſtrametationes

Digitized by Google

nes Romanorum *Joſepho de B. J. lib.* iii. *c.* 6. *p.* 835. Quin inde clades ſuæ gentis repetit.

V. Perinde eſt (*a*), ſi quis ædificet domum ad habitandum aut ſtabulum pecoribus, domum lignorum, aut horreum, ſi modo fuerit habitationi conveniens. Perinde eſt, ſi quis ædificet vel accipiat domum. Perinde eſt ſi eam dono acquirat aut hæreditate; omnis enim dimittitur. Sed quis atrium aut exedram aut porticum ædificavit, aut tugurium, quod non habet (*b*) quatuor angulos vel menſuras, aut rapuit domum, ecce hic non dimittitur. Et omnis qui plantat vineam extra terram *Iſraëlis*, ecce nec ille dimittitur.

NOTÆ.

(*a*) Hæc iterum ex *Sota cap.* viii. §. 2. lege *Wagenz. Notas.* Adjicere nihil juvat.
(*b*) ibid. §. 11. *Wagenz. p.* 865.

VI. Perinde eſt, (*a*) ſive quis vineam plantet, ſive v. arbores, frugiferas, etiam ex (*b*) v. ſpeciebus ad eſum utiles. Perinde eſt plantans, propagans vitem in terra, & arbori ſurculum inſerens, quia hæc etiam tenetur lege (*c*) præputii. Perinde eſt emens, hæreditate quid acquirens, ac dono accipiens: ſed qui plantat quatuor arbores frugiferas aut quinque ſteriles, aut qui rapuit vineam, non dimittitur

tur ex caſtris. Sic nec duo ſocii, qui ſimul vineam plantarunt, dimittuntur.

NOTÆ.

(a) Lege *Miſn. L. c.* ut & *Wagenzel Notas.*

(b) Tales ſunt panus, pyrus, ficus, ceraſus, olea.

(c) De qua *Levit.* XIX, 23. 24. & *Majem.* M. *Neb. p.* III. c. 4. ubi obſervandum quod primis tribus annis cenſeretur fructus ut præputiatus & impurus, at quarto anno ſanctus erat Deo, at deinde ceſſurus ipſius domino. Vide *Goodwini Moſ. & Aaron lib.* VII. 2.

VII. Idem eſt, ſi quis ſibi deſponſaverit vel virginem (a) vel viduam. Pariter cum alicui fratria contigerit ducenda, ſi quinque fratres ſint, & tantum unus moriatur, cæteri omnes dimittuntur ex prælio. At qui matrimonium jam in præſenti contraxit, ſed poſt XII. menſes conſummandum, e complebit tempus in caſtris, deinde vero revertetur ac abibit (b) ſibi.

NOTÆ.

(a) Hæc deſumpta ex *Sota l. c.* §. 7.

(b) ובא לו id eſt, pro ſuo libitu, ſuoque commodo, ut præſtet ſponſalia. Confer *Cant.* II. 10. IV. 8. *Ibo mihi ad montem. Geneſ.* XII. 1. *Jeſ.* XXXI. 8.

VIII. Ve-

Digitized by Google

VIII. Verum ſi quis (*a*) repudiatam a ſe reducat, aut deſponſet ſibi vetitam, (qualis eſt vidua (*b*) Sacerdoti maximo, repudiata ac a Leviro renuntiata (*c*) ſacerdoti vulgari, ſpuria & (*d*) Nethinæa Iſraëlitæ, ac filia Iſraëlitæ ſpurio & Nethinæo) non revertitur ex caſtris.

NOTÆ.

(*a*) Hæc omnia ex *Sota L. c.* §. 3.

(*b*) Vide *Levit.* XXXI. 14. & *Selden. Uxorem Hebr. p.* 39. Hinc nec Lege de fratria ducenda tenebatur. Potuit tamen maritus eſſe viduæ ante Pontificatum. Lege plura de Sacerdotis M. conjugio *Philon. Judæum lib.* II. *de Monarchia p.* 825. Tantam autem caſtitatem in eo requirit, ut adſpicere meretricem illi non permittat. *p.* 826. Addunt aliqui ex *Thalmude Tract. Ioma*, nefas fuiſſe Pontifici duas uxores habere; quod ſi haberet, cum altera fuiſſe faciendum divortium ante x. Tiſri diem; alias illicitum ipſi fuiſſe piaculare ſacrum obire. Vide *Cunæum de R. Heb. lib.* II. *c.* 3. *Seld. Ux. Heb. cap.* 8.

(*c*) Vide *Levit.* XXI. 7. & *Phil. Jud. l. c. p.* 827. Nempe id erat ob honorem & dignitatem Sacerdotii. Vide *Majem. More Neb. part.* III. *c.* 49.

(*d*) Sic in *Tract. Miſn. Jebamoth & Cethuboth.* Erant Nethinæi (*addititii, deditii*) ex gente Gibeonitarum (*Joſ.* IX.) in odio & contemptu Iſraëlitis ob antiquam fraudem, nec non ob petitionem ſeveriſſimam, qua VII. Filii Saulis ad mortem poſtulati crimini expiando: licet alias proſelyti eſſent, templo ſervientes, in munere con-

conſtantes, paſſi Babylonicum exilium, ſimulque dein reverſi ad ſua obeunda miniſteria. 1 *Chron.* ix. 2. *Neh.* iii. 26. Videntur autem prohibita cum Nethinæis conjugia, quod nollent Iſraëlitæ ipſorum genus deficere, quo ad ſervilia Templi munia opus habent. Hanc tamen erga eos gratiam habent Magiſtri, quod mundandi ſint tempore Meſſiæ. Vide infra *cap.* xii. 3.

IX. Omnes illi, qui diſcedunt ex caſtris cum audiverunt verba Sacerdotis, ſubminiſtrant aquas & alimenta fratribus ſuis, qui ſunt in caſtris, & reparant vias.

NOTÆ.

Æquum erat ut miniſteria facerent illis, qui pericula & labores belli, pro republica obirent. Confer. 1 *Sam.* xvi. 17.

X. Illi qui non exeunt ad bellum, ſunt ſteriles; nam non fatigant eos ullo plane negotio; deinde qui domum ædificant & dedicant; qui ducit ſibi deſponſatam, aut ſtatim; qui uti incepit ſua vinea; illi adusque finem anni non exeunt, ceu dicitur, * *Immunis erit in domo ſua uno anno, & exhilarabit uxorem ſuam, quam accepit.* Ex orali autem traditione didicerunt, quod immunis ſit toto anno, tum qui domum emit, tum qui uxorem duxit, tum qui ex fructu vineæ edere incepit. (*a*)

* *Deut.* xxiv. 5.

NOTÆ

NOTÆ.

(*a*) Vide *Excerpt. Gem. ad Sotam, cap.* viii. §. 7. & Wagenz. notas, ubi Magiſtri; immunitas conceſſa eſt ædificanti, plantanti, uxorem deſpondenti, quia lex docet ordinem convenientem, ut homo primum ædificet domum, deinde plantet vineam, ac denique ducat uxorem. Interim concedunt hanc immunitatem deſpondenti ſibi virginem vel viduam, non ſpuriam. Magna autem libertas erat plantanti vineam, ex qua tantum anno v. plantator edere fructus poterat. Confer *Weemſe Exerc. Judic. p.* 164. Nobis ratio legis erat I. quod cum dubia foret alea belli & vitæ militibus, noluerit Deus alios poſſeſſores frui plantantis laboribus. II. Quod milites eſſe non debuerint, qui ſuarum rerum deſiderio occupati, languidiores in prælio forent. III. Quod dandum aliquid eſſet affectibus & amori naturali, qui calidiſſimus eſt, cum eſt recens. IV. Quod Reipublicæ intereſſet, conjugia contrahi, familias augeri, domos extrui, fundos coli. Porro de ætate militiæ apta nihil Maimonius. Scriptura definit Annum vigeſimum. vide *Num.* I. & XXVI.

XI. Toto anno ille non (*a*) ſubminiſtrabit aquas, aut alimenta, nec reparabit vias, nec cuſtodiet mœnia, nec quid conferet ad valla urbis, aut obibit quicquam operis in mundo, uti dicitur * *non exibit ad caſtra, nec ipſi quicquam imponetur*, neque adeo aliquid ex du-

duplici labore, quod vel ad neceſſitatem urbis, vel exercitus ſpectat.

* *Deut.* XXIV. 5.

NOTÆ.

(*a*) Ex *Sota cap.* 8. §. 4. hæc ſunt deſumpta.

XII. Si ædificavit domum & elocaverit eam aliis, & pretium conductionis mox detur, ecce hoc eſt, quaſi eam initiaret: ſi vero ipſi detur pretium iſtud poſt duodecim menſes, eſt ac ſi necdum initiaſſet.

XIII. Qui domum ædificavit, & in ea repoſuit bona pretioſa, atque ea occluſit, ſi opus ſit cuſtode, ecce id eſt, ac ſi initiaſſet, ac in ea habitare incepiſſet. At ſi non ſit neceſſaria cuſtodia aut habitatio, idem eſt ac ſi non initiaſſet.

NOTÆ.

Alias ajunt, ſi quis neceſſariam domum aut ſibi, aut fructibus, aut gregibus ædificaſſet, redire poterat, non vero ſi ad voluptatem eam ſtruxiſſet. Vide *Weemſe Exerc. Judic.p.*164.

XIV. Quicunque ædificat domum, aut plantat vineam extra (*a*) terram Iſraëlis, ob illas cauſas non revertitur ex caſtris.

NOTÆ.

(*a*) Vide *Wagenz. ad Sotam p.*865. Tantum illa do-

domus præſtat immunitatem, quæ dedicari meretur, & talis non eſt extra terram Iſraëlis, ex *Thalm. Hieroſol.*

XV. Quicunque (*a*) meticuloſus eſt & tener corde cum audit *verba ſacerdotis* in inſtructione prælii, ut ipſi in corde non ſit robur ad ſtandum, & moratur ubi accedendum eſt cum prælium inſtruitur, confidat in ſpe Iſraëlis, & ſervatore ejus in die anguſtiæ, ac noverit, quod propter fidem unius Dei bellum gerat, ponatque animam in manu ſua, nec contremiſcat ac metuat, nec cogitet de uxore & filiis ſuis, ſed potius illorum memoria deleatur ejus animo, ut eum avertat ab omni re ad prælium. Ac quicunque incipit de iſtis cogitare & angi in prælio, atque adeo ſe quodam terrore perturbat, transgreditur interdictum, quod legitur * *ne molleſcat cor veſtrum, non timete, non contremiſcite, non terreamini præ ipſis.* Quin etiam omnes ſanguines Iſraëlis impendent cervici ejus. Atque adeo, ſi non perduret, & non pugnet omni corde & animo, ecce is eſt, quaſi omnium ſanguines effunderet, quia dicitur, † *ne etiam molleſcat cor fratrum ſuorum, ut ipſius.* Et ecce in prophetia, aperte dicitur, ‡ *maledictus ille, qui opus Dei fraudulenter facit, & gladium ſuum a ſanguine cohibet.* At vero, qui bellum ge-

rit toto corde & non pavet, quique in animo habet ſanctificare diligenter nomen Dei, dum in ipſo tantum confidit, *credens*, quod nihil damni patietur aut mali, ille ſibi ædificavit domum ſtabilem in Iſraële, quin acquiret ſibi ac filiis ſuis jus ad vitam æternam, uti dicitur, ⸸ *nam certo faciet Deus domino meo domum ſtabilem, quia Dominus meus gerit bella Jehovæ, nec apud te inventum eſt malum a diebus tuis; & anima tua ligata erit in faſciculo* (*b*) *vitæ, apud Dominum Deum tuum.*

* *Deut.* XX. 3. † *ibid.* XX. 8. ‡ *Jer.* XLVIII. 10. ⸸ 1 *Sam.* XXV. 28.

NOTÆ.

(*a*) Admodum fuſe hæc Ben Maimon, quod præcipiat votis dies Meſſiæ, ſuosque animet ad illa bella, quæ tum fortiter contra nationes gerenda. De iſtis vide fuſe agentem authorem *Aſkath Rokel*, quem edidit cum notis *Doctiſſ. Hulſius*. Adde *Buxtorf. in Synagog. Jud.* Concionis autem animantis ad prælium ſummam habes egregiam, 2 *Sam.* X. 12. ubi Joabus ad fratrem, *eſto fortis*, & *ſimus fortes pro populo noſtro & urbibus Dei noſtri & Deus faciat, quod bonum in oculis ſuis.* Nec dubium quin hic maxime requiſitæ fuerint preces, *Exod.* XVII. 11. 2 *Chron.* XIV. 11. XX. 6.

(*b*) Nota eſt phraſis Scripturæ colligi ad patres de mortuis, *Gen.* XXV. 8. quod non tantum de corpore intelligendum, ſed etiam maxime de anima. Eſt autem hic collectio impiorum,

Pſal.

Digitized by Google

Pſal. xxvi. 9. & piorum, in ligatura vel faſciculo viventium, ubi quies ſub Dei throno. Vide interim, 1 *Sam.* xxv. 29. ad quem locum fuſe Menaſſe Ben Iſraël *de Creat. Probl.* xvii. Obſervat enim contineri in dicto Abigailis I. animas eſſe immortales, in Paradyſo, ubi eſt indiſſolubile vitæ gaudium. II. Animas in ſe & quatenus individuæ ſunt, immortalitate frui. III. Beatitudinem conſiſtere in unione Dei, hinc in textu, *apud Dominum tuum.* IV. Animas impiorum quoque immortales eſſe & non interire cum corpore. V. Puniri malos & impios, cum nunquam fiant quietis participes, ſed ſemper inquietentur; non aliter quam in funda lapillus, antequam ejiciatur, nunc huc, nunc illuc agitatur. VI. Denique animas impiorum aliquando pœnis & cruciatibus liberatum iri, cum jacientur ex funda, & purgatæ erunt a ſuis vitiis. En Judaicum ingenium & fidem! Sunt bona mixta malis.

Cap. VIII.

De cibis in caſtris licitis, de jure Formoſæ captæ in bello, de non cogendis gentibus ad Legem Moſis ſuſcipiendam, quidem ad VII. *præcepta Noachi recipienda.*

I. Militibus in caſtris, cum intrant terminum gentium, ſibique eum ſubjiciunt, atque inde aliqua captivitate abducunt, licet edere [*a*] morticinia & diſcerpta,

etiamque [*b*] carnem porci, & ſimilia, ſi eſuriat quis, & non inveniat quod edat, niſi cibos [*c*] hoſce vetitos. Pariter bibit [*d*] vinum libaminis. Ex traditione autem didicerunt * *domos plenas omni bono* complecti cervices porcorum & ſimilia. [*e*]

* *Deut.* XI. 6.

NOTÆ.

[*a*] Prohibuit iſta lex, *Levit.* xvii. 15. Vide *Majem. de Cib. Vetit. cap.* I. *More Neb. part.* III. *c.* 48. *difficilis*, inquit, *ſunt digeſtionis & peſſimi nutrimenti.*

[*b*] Etiam porcus interdictus Iſraëli. *Deut.* xiv. 8. Hinc præ cœteris admodum ſevere a Magiſtris, in *Miſn. Bava Kama cap.* vii. §. 7. ubi legendæ *notæ L'Empereur.* Adde *Majem. more Neb. paet.* III. *c.* 48. ubi ratio datur fœda animalis *ſordities*; ſi, inquit, *permiſſum eſſet porcos comedere, plateæ & domus ſordidiores eſſent, quam ſterquilinia & latrinæ, ſicut in Galliis hodie videre eſt.* Deinde porrigo impuræ lepræ cauſa erat. Unde in *Kidduſchin* ajunt, *decem cabi lepræ deſcenderunt in mundum, novem acceperunt porci.* Eſt tamen ratio legis magis Symbolica, evitandos eſſe impuros mores, vide *Prov.* xi. 22. 2 *Pet.* ii. *ult.* *Matth.* vii. 6. Lex ceremonialis ut typica fuit reſpectu Chriſti, ſic moralia dogmata continebat magis quam Pythagoræ philoſophia. Confer *Euſeb. Præp. E. lib.* viii. 9. *Clem. Alex. Strom. lib.* v. *Grot. de verit. R. Chr. lib.* v. §. 9. Ut vero antiquitus Hebræi averſati ſint Suillam, lege 2 *Macch.* vi. vii. & *Joſephi librum de Maccabæis.* Ut ſtulte puta-

Digitized by Google

putarint Gentiles Judæos *ſues in honore habere*, quin *porcinum numen adorare* (quaſi Ægyptiis ſimiles animalia adorarent, quæ non comederent) ſic enim *Petronius*, *Plutarchus*, *Alii*. Lege plura apud *Cunæum de Republ. Hebr. lib.* II. *c.* 24. *Petit. Obſerv. part.* I. *Marsh. Can. Chr. p.* 213.

[*c*] Lex ceremonialis nihil habet moralis naturalis, atque adeo cedit neceſſitati naturæ. Hinc etiam abrogari in N. T. potuit, de quo deinceps *ad cap.* XI. Nec deſunt Judæi qui putant leges de *vetitis cibis* tantum Palæſtinæ eſſe proprias, diebus Meſſiæ abrogandas. Hinc ajunt, *Suillam licitam fore in diebus Meſſiæ*, atque inde *porcum* dictum eſſe חזיר *a redeundo*, non tantum quod redeat ad volutabrum (confer 2 *Pet.* II, *ult.*) ſed rediturus ſit inter licitos cibos tempore Meſſiæ, apud *Abarb. de cap. fidei c.* 13. Et forte Judæis jam ſaliva ſœpe movetur, ubi porcos bene mactatos vident, licet appellent ſuperſtitioſe דבר אחר, nec nominare auſint. Porro a Judæis ad Muhammedanos defluxit averſatio ſuillæ, *Alcor. Surat.* V. §. 4. ubi hæc Muhamed حرمت عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير *probibita vobis ſunt Morticinium, ſanguis, & caro porcina.* Adde *Surat.* VI. §. 146. XVI. §. 116.

[*d*] יין נסך. De eo *Majemon. de Idolol. cap.* VII. §. 7. 20. At præcipue *Tract. de Cib. Vetit. cap.* XI. XII. *Tom.* II. יד חזקה. Confer quoque *Deut.* XXXII. 38. *Pſal.* XVI. 4. *Jer.* XLIV. 19. *Dan.* I. 8. Eſt autem iſtud vinum, quod idolis conſecratur a gentibus, vel quo libatur ad idololatriam. Nempe is,

Digitized by Google

qui ex eo vel quicquam bibit, verberatur ex lege. Pariter vinum Cuthæorum vel Gentilium vetitum eſt, ubi vel eſt סתם abſconditum, id eſt, incertum eſt an eo libatum ſit vel non, etiam ſub pœna מכת מרדות *plagæ contumaciæ*, ſi quis quartarium biberit. Imo prohibitum eſt vinum, quodcunque tetigerit Gentilis. Vide hæc citato *cap.* XI. §. 123. Porro *cap.* X. §. XXIII. XXIV. permittit exercitui ut, ſi tranſeat via pacis per regionem aliquam, de dubiis vinis bibant milites, at non de פתוחות apertis, id eſt, notis, quod ſint idolis conſecrata. Unde poteſt forte illuſtrari quodammodo locus 1 *Cor.* X. 27, 28. Tempore autem belli, ubi diffunditur miles per regionem, omnia vina eſſe licita pronuntiat, quod tum nullus ad libationem ſit reſpectus. Hæc ibi ex *Miſn. de Idololatria cap. ult.* adde *Sohar in Kabb. denudat T.* II. *p.* 71. *Eliam in Thisbi.* Peſſimum vero eſt, quod vinum Euchariſtiæ Chriſtianæ hoc nomine appellitent, imo omne vinum Chriſtianorum, quia incertum eſt an idolis ſit conſecratum apud *Buxtorf. L. Thalm. voce* נסך. Quamquam forte de noſtro melius ſentiant, quam de vino Idololatrarum Pontificiorum. Interim de libertate Chriſtiana circa ea, quæ idolis conſecrata, itemque ſanguinem & ſuffocatum, vide 1 *Cor.* viii. 1, 4. x. 26. *Act.* xv. 20. & *Commentatores*, nec non *Heidegg. c. Curcellæum, Hoornb. diſp. ad locum Act.* xv. 20.

[e] Vide *Abravan. de cap. fidei cap.* xiii. *pag.* 55. *edit. Vorſt.* Credere oportet Judæis cervices porcorum eſſe partes ſuillæ delicatiſſimas.

II. Pa-

II. Pariter [*a*] fœminam Gentilem ſubjicit [*b*] ſibi ad coitum, cum ipſi prævaluit [*c*], concupiſcentia. Non tamen eam iterum ſubiget, & abibit; at deducet eam in intimam domum ſuam, ſicut dicitur, * *ſi videbis inter captivos fœminam pulcram* &c. & prohibitum eſt eam ſubjicere ſecundo concubitu, usquedum cam aſſumpſerit in uxorem. [*d*]

* *Deut.* xxi. 10, 11.

Notæ.

[*a*] De jure iſtius mulieris multa Judæi. Lege *Buxtorf. libro de Sponſalib. & Divort. p.* 42. *Selden. de J. N. & G. lib.* v. 13.

[*b*] Id lex non dicit, ſed concupiſcentia carnis in Judæis. Simpliciter verba legis habent, *ſi videas inter captivos fœminam formoſam*, וחשקת בת *& amore illius propendes*, *captus ſis*, *& accipias illam in uxorem.* Male autem vertunt Magiſtri וחשקת בה *& te illi conjunxeris* (vide *Geneſ.* xxxiv. 8. *Pſal.* xci. 14. *Deut.* x. 15. ipſumque *Majem. M. Neb. part.* iii. *c.* 51. ut concubitum in fervore libidinis cum fœmina etiam Gentili probent. Quin etiam licitum pronuntiant Sacerdoti uti mox videbis; cur non ſibi, ſi contingeret? Chriſtiani longe melius & ſanctius. Quin Gentiles ipſi laudarunt Alexandri M. & Scipionis Africani exempla.

[*c*] יצר cum adjecto הרע *concupiſcentia mala*, uti ordinario appellant, a יצר הטוב *concupiſcentia bona* diſtinguunt. Chaldæi appellant יצרה בישה

Pſal. xiii. 5. eamque cum Rege magno comparant *Eccleſ.* ix. 4. Conferamus nos *Rom.* vi. 12. *Epheſ.* ii. 2. Sane concipiſcentiæ quoddam regnum eſt in irregenitis. Porro Judæi hanc naturalem faciunt, non ut peccatum originale agnoſcant, ſed Pelagiano ſenſu, quo ſeſe excuſent. Vide *Menaſſ. de Fragil. Hum: lib.* 1. *c.* 6, 7. *Lent. Theol. Jud. p.* 355. & quam maxime *Kabb. Denudatam Tom.* 11. in *Synopſi* libri *Sohar*, *Tit.* xii qui eſt *porta concupiſcentiæ bonæ & pravæ*, ubi ajunt, hanc a die nativitatis homini eſſe inſitam; per eam damna & peccata evitari non poſſe; illam cum Samaële dominari in corpus, ut inquinetur; porro leonem, urſum, canem, aſinum eſſe, dignamque nomine animalium rapacium & conculcantium. Et tamen eam comprehendunt dicto, *vidit Deus omnia bona eſſe valde*, *Geneſ.* i. 31. quod illa veluti meretrix virum bonum tentans & ſuperata, præmium augeat. Imo dicunt, *niſi prava concupiſcentia foret*, *nullum foret gaudium ſuper ſtudiis & laboribus.* Pudeat Pelagianos veteres & novos hæc imitari, quando de homine in puris naturalibus cum lite & rixa inter & carnem ſpiritum condito diſputant, nempe ut Deum ſanctum Iſraëlis excuſent aliquo modo, quod naturæ concupiſcentiam concreaverit & ſpiritum carni, hoc blando malo laboranti, junxerit; de quo *Janſenium Tom.* ii. *Auguſtini* videre licet.

[*d*] Magiſtrorum hoc eſt commentum: non licuit concubitus ante conjugium. Judæi peſſimi ſunt Legis interpretes, jure correcti jam olim a Chriſto in negotio concipiſcentiæ, *Matth.* v. Confer *Rom.* vii. 7. *non noveram concupiſcentiam eſſe peccatum*, &c.

III. Mu-

III. Mulier pulcra non eſt conceſſa, niſi tempore quando captiva abducitur [*a*] quia dicitur, *ſi * videris in captivis* &c. (*ibidem*) Et perinde eſt, ſeu ſit virgo, ſeu maritata. Quia Gentilibus [*b*] nullum eſt conjugium, (*additur*) *ſi deſideraveris eam*, licet non ſit pulcra; *eam* (*inquit lex*) non ſociam ejus; quia nemo ſibi duas ſubjiciet: *deinde*, & *acceperis eam in uxorem*; nemo enim accipere poteſt duas, ut unam ſibi ſubjiciat, & alteram remittat ad patrem & fratres ejus. Et cenſendum eſt, quod eam comprimere non debet in ipſo bello, quia dicitur, *deduces eam in domum tuam*, id eſt, eam deducet in locum ſuum, & deinde cum ea concumbet. [*c*].

* Vide *Deut.* xxi. 10.

Notæ.

[*a*] Scripſit R. Salomo ſuo *Commentario hac in locum*, Legem *hac dixiſſe ratione concupiſcentiæ*; *nam ſi vel permiſſum non eſſet iſtud, miles tamen captivam violaret.* Hinc Magiſtri ex *Tractat. Kidduſch. cap.* 1. cenſent, hic non eſſe præceptum, ſed permiſſionem & tolerantiam. Vide *Abarbin. in locum.* En! quo jure Chriſtus dixerit, quod eſt, *Matth.* xix. 8. de duro corde Judæorum.

[*b*] Quaſi conjugia non ſint juris naturalis. Quin etiam peſſime Magiſtri ajunt ne quidem Noachidis eſſe conjugia aut divortia. Vide *Seld. de Jure Nat. & Gent. lib.* v. *c.* 18.

[*c*] Hoc dandum erat verecundiæ & honeſtati, ne in propatulo, ut gentium mos erat cynicus vel caninus, concupiſcentiæ daretur venia.

IV. Sacerdoti licitus eſt cum formoſa unus concubitus. Nam lex id non dixit, niſi ob rationem [*a*] concupiſcentiæ. [*b*] At non poterit is deinde illam ducere, quia peregrina eſt. [*c*].

Notæ.

[*a*] Nempe illi hic cedendum erat, etiam ex Lege! An etiam permiſſa eſt concipiſcentia furere in Sacerdote! Unde id habes Judæe? At ſi quid concedendum fuiſſet fero militi, an etiam ſancto Sacerdoti? *Fortis eſt qui vincit ſuam concupiſcentiam*, inquiunt in *Pirke Aboth*, *cap*.iv. an non decuit hæc fortitudo Sacerdotem? An licuit ipſi ſanctum ſemen miſcere cum profano, ut gignatur (impurus) *Ez*. x. 18. *Mal*. ii. 11, 12? Leves de Fornicatione ipſi debent habere cogitationes Judæi, ubi eam ſacerdoti permittunt. Scilicet non noverunt concipiſcentiam eſſe peccatum, uti nec Paulus ante converſionem. *Rom*. vii. 7. Hinc ajunt variis locis, *ſi quis videat ſibi prævalere concupiſcentiam, abeat ad locum, ubi ipſum non norunt, & ſe nigris veſtibus tegat, faciatque quod corde ſit libitum, ſed non profanet nomen Dei in propatulo*, apud *Coccejum Gem. Sanh. p*. 273.

[*b*] Scilicet hæc naturalis eſt & in omnibus eadem & hinc communis venia; etiam Sacerdoti.

[*c*] *Le-*

[*c*] *Levit.* xxi. 7 —— 14.

V. Quomodo ſe habet Jus Iſraëlis cum formoſa? Poſtquam eam quis ſubjecit ſibi primo congreſſu, ubi adhuc eſt in Gentilismo; ſi illa in ſe recipiat intrare ſub alas [*a*] divinæ Majeſtatis, baptizabit [*b*] eam mox in nomine Proſelytæ. At ſi id non recipiat, manebit in domo ejus xxx. dies, uti dicitur *& deflebit patrem & matrem ſuam menſe toto.* Pariter deflebit religionem ſuam, nemine prohibente, ac creſcere ſinet ungues ſuos & caput tondebit, ut deformis fiat in oculis ejus. Et tamen cum ipſo erit in domo, eamque videbit ille intrans & exiens, ut faſtidium ejus concipiat. Cum ea autem aget, ut recipiat *legem*; ſi recipiat, placeatque illa, ecce fit proſelyta, & baptizatur, ut omnes peregrini.

* *Deut.* xxi. 13.

NOTÆ.

[*a*] Hunc loquendi modum leges alias apud Rabbinos, & ſpeciatim *Majemonidem*, *Tract. de Vetito Congreſſu cap.* xiii. §. 4. ubi pariter agit de *recipiendis Proſelytis.* Eſt autem ille deſumptus ex libro *Ruth* ii. 12. & habitatione Dei inter Cherubinos. Quo forte ſpectat dictum Chriſti, *Matth.* xxiii, 37. Adde *Pſal.* xxxvi. 8. xci. 1, 4. Quid Judæi per שכינה intelligant, vide in *Kabbala Denudata*, *p.* 711. Nobis certum eſt Deum ſingulari ratione, quæ Symbolica, habitaſſe in templo

templo vel Sancto Sanctorum inter Cherubinos, in ſignum divinæ præſentiæ inter Iſraëlitas, atque in typum futuri Meſſiæ, qui ἐσκήνωσεν inter nos, in natura humana veluti templo. II *Reg.* xix. 15. *Joh.* i. 14. *Coloſſ.* ii. 9. Σωματικῶς, inquit ibi Paulus, oppoſite ad *umbram V. T. Heb.* x. 1. *L'Empereur ad Gramm. Kimchi p.* 22.

[*b*] Id eſt uti Proſelytam. Vide modum loquendi eundem, *Matth.* x. 42. Proſelytus autem recipiebatur circumciſione, ſacrificio, & baptiſmo coram tribus ſociis ceu teſtibus. At Proſelyta Sacrificio & Baptiſmo. *Majem. l. citato.* Baptismus autem ille repræſentabat iſtam lotionem, qua Deus juſſit Iſraëlem lavari] antequam lex pronuntiaretur, *Exod.* xix. 10. apud *Majem. Iſſure biah, cap.* xiii. §. 3. vel potius Baptismum in mari rubro & nube, quo totus Iſraël extraordinario veluti Sacramento tinctus eſſe cenſebatur. Confer 1 *Cor.* x. 1, 2.

VI. Neceſſum vero eſt, (iſti viro) expectare [*a*] tres menſes (unum) luctus, & duos deinceps, ut tandem eam ducat uxorem ſcripto & ſponſalibus; at ſi illa non placuerit, eam [*b*] committet ſuæ [*c*] voluntati: ſi vero illam vendat, transgreditur interdictum, quia dicitur, * *non vendes eam argento*, nec vendita erit; quin reddetur pretium. Pariter ſi poſtquam eam ſubegit, ſubjecerit iterum ſibi uti ancillam, uſus illius ſervitio, transgreditur interdictum, quo dictum eſt † *non facies*

ex

ex ea quæſtum, id eſt, non uteris illius ſervitio.

* *Deut.* xxi. 14. † ibidem.

NOTÆ.

[*a*] Ut ſi gravida foret, dignoſceretur inde fœtus.

[*b*] De pactis ſponſalibus *Seldenus in Uxore Hebræa & Buxtorf. de Sponſalib. & Divortiis.*

[*c*] Ut abeat, quocunque placet.

VII. Si nolit Proſelyta fieri [*a*], volvuntur cum ea xii. menſes, ac ſi interea noluerit ſuſcipere vii. præcepta Noachi, dimittetur ſuo arbitrio, eritque illa ſicut peregrini omnes inquilini; nec ducetur in uxorem, quia nefas eſt ducere uxorem, quæ facta non eſt Proſelyta. [*b*].

NOTÆ.

[*a*] Hæc & ſimilia ex *Tract. Miſnico Kidduſchim* deſumpta, fuſiusq. expoſita apud *Majem. Tract. Iſſure Biah*, ſeu de *illicito concubitu*.

[*b*] Vide *Ezr.* x. 2. & Confer monitum Pauli, ii *Cor.* vi. 14.

VIII. Quod ſi impraegnata fuerit ex prima commixtione, is qui natus eſt, cenſetur peregrinus, & non Patris [*a*] gignentis filius proprie loquendo, quod ſit ex Gentili: nihilominus domus [*b*] Judicii eum pro ſua ſententia baptizat. Sic Thamar [*c*] ex primo congreſſu

greſſu cum formoſa erat; at Abſalom (ex eadem matre) poſt nuptias natus eſt. Hinc diſcis quod fuerit Abſalomi ſoror ex ejus matre, & liberum fuiſſe Ammoni [*d*] ut eam duceret uxorem. Atque ideo dixit illa, *alloquere quæſo Regem, nam ille me tibi non prohibebit.*

Notæ.

[*a*] Nempe partus ſequitur ventrem, uti vel exemplo Iſmaëlis apparet. Hinc in *Tract. Jebamoth* extat hic Canon, *Nato ex Ancilla aut peregrina non eſt cognatio patris*, eoque citant Magiſtri loca, *Exod.* xxi. 4. *Deut.* vii. 4. Vide *R. Salomonem* ad locum *Deuteronomii.*

[*b*] Triumviralis, ad quam talis Baptiſmus pertinebat. Vide *Majem. Iſſure Biah*, *cap.* xiii. §. 12.

[*c*] Multa in hanc rem Rabbini, apud *Buxtorf. de Sponſalib. & divortiis pag.* 18. Lege *Abarbin.* in 2 *Sam.* xiii. 1. ubi ex *Thalmudico Tractatu Sanhedrin*, ait Thamarem natam fuiſſe ex Maacha, Regis Geſur filia, capta in bello, antequam Proſelyta facta eſſet, & Davidi conjugata; atque hanc cauſam fuiſſe, cur licita Ammoni fuerit. Sic illi fabulatores ſemper ut nodos ſolvant in Scripturis. Interea non prætereundum, quod fingunt Magiſtri Davidem, uti iſto in caſu, ſic & in aliis veniam dediſſe ſuæ concupiſcentiæ, ut quidem dixerit Deo, *concupiſcentiam meam compeſcuiſſem, verum cogitavi ne quis dicat a famulo dominum juſtificatum eſſe*, id eſt, ne quis putaret jure merito a me petitum eſſe, ut tam Deus Davidis quam Abrahami di-

Digitized by Google

dicereris. Vide *Excerpt. Gem. Sanh.* c. xi. §. 64.

[*b*] Peſſimum vero eſt Magiſtrorum dogma, quod habent de licitis exinde conjugiis, ut quidem inceſtum, qui legi naturali adverſatur apud ipſas Gentes moratiores, licitum putent. Legendus hic *Majem. Iſſure Biah cap.* XIV. qui ait, *Gentilis, qui fit Proſelytus, uti & ſervus, qui manumittitur, haberi debet tanquam infans natus, & omnes reliqui conſanguinei, quos habuit adhuc Gentilis, vel ſervus, deſinunt haberi pro ejus conſanguineis, & cum Proſelytus eſt factus, non eſt reus inceſtus, ſi cum aliqua earum congreſſus fuerit.* Et §. 12. *Ex ipſa Lege fas eſt Proſelyto ducere matrem ſuam vel ſororem ſuam uterinam, &c.* .... Et dein, *Proſelytus, qui cum matre ſua, aut ſorore uterina concumbit, dum illæ adhuc ſunt Gentiles, non aliud facit, ac is, qui cum fœmina extranea concumberet.* Sic jura naturæ violant ſuis de Proſelytiſmo opinionibus! Scilicet Domini ſunt omnis juris & terræ! Hæc impietas eſt.

IX. Formoſa, quæ non vult idololatriam relinquere poſt xii. menſes, interficitur. Pariter cum urbe, quæ pacem obtulit, fœdus non eſt ineundum, antequam idololatriam [*a*] abnegaverit, & omnia illius loca perdiderit [*b*] ac receperit cætera præcepta filiorum Noachi. Etenim omnis Gentilis, qui non recipit præcepta filiorum [*c*] Noæ, ſi ſit in poteſtate noſtra, occidendus eſt. [*d*]

NOTÆ.

[*a*] שיכפרו בעכו״ם : Verbum כפר, quod expiare

piare in S. S. notat, in lingua Chaldaica conſtru-ctum cum ב ſignificat abnegare. Vide *Jer.* ii. 27. *Deut.* xxxii. 15. Sic etiam Rabbinis. Pariter in Alcorano centies occurrit eadem ſignificatio.

[*b*] Id eſt Sacella, Lucos, Simulacra. Confer *Maimonidem de Idolol. cap.* vii. §. 1, 2. viii. §. 12. Lege hic *Zepper. de Legib. Moſ. lib.* iv. *c.* 7. ad loca *Exod.* xxiii. 24. xxxiv. 13, 17. *Num.* xxxiii. 52. *Deut.* v. 25. xii. 3. Notandum hic eſt, Davidem Deos Philiſtæorum relictos in ignem mox conjeciſſe. 1 *Chron.* xiv. 12.

[*c*] De iſtis fuſe *cap. ſeq.*

[*d*] Ergo nec ipſi auxilia ferenda, ſi vel pereunti, & mox aquis abſorbendo. *Majem. de Idolol. cap.* x. §. 1.

X. Moſes Doctor noſter non dedit Legem & præceptum in hæreditatem, niſi [*a*] Iſraëli, uti dicitur * *hæreditatem congregationis Jacob*, & omnibus, qui [*b*] Proſelyti eſſe volunt ex reliquis Gentibus, quia dicitur, † *ſicut vos* [*c*] *erit Proſelytus.* Si quis autem nolit Legem & præcepta recipere, non cogent eum; attamen juſſit Moſes ex [*d*] ore potentiæ, [*e*] ut cogeremus unumquemque, qui venit (*f*) in mundum, ſuſcipere præcepta, quæ acceperunt filii Noæ. Hinc, qui non ſuſceperit ea, occidetur, qui vero receperit, vocabitur Proſelytus (*g*) domicilii quolibet loco. Neceſſum eſt autem illi recipere (*h*) coram tribus ſociis. Qui vero recipit in ſe circumci-

di,

Digitized by Google

di; & poſtquam ſuper eum tranſiverunt XII. menſes, non circumciditur, ecce ille eſt uti ex gentibus.

* *Deut.* xxxiii. 4. † *Num.* xv. 15.

NOTÆ.

[*a*] Hinc Judæi, quicunque gentilis idololatra Legem Moſis obſervet, reus eſt mortis, *Majem. infra cap.* x. §. 9. Homines crudeles & ſuperbos! quanto melius Paulus *Rom.* ii. 26? At bene habet quod Judæi ſuas Leges nolint eſſe Juris naturalis & omnes obligantis, cur ſint juris perpetui?

[*b*] Id eſt, גרי צדק *Proſelyti Juſtitiæ*, uti diſtinguuntur a גרי תושב *Proſelytis domicilii*, qui ſolebant admitti tempore Jubilæi, *Majem. Tract. de circumciſ. c.* 1. §. 6. Iſtis addunt aliqui גרים שכרים *Proſelytos mercenarios*, ex *Exod.* xii. 45. qui mechanicas operas exercerent.

[*c*] Nempe iisdem gaudebant privilegiis cum Iſraëlitis. Quod enim hi erant nativitate, hoc illi erant fœdere & aſſumptione. *Miſn. Jebam. c.* IV. *Maimonides de Illicito Congreſſu, c.* xii. §. 17. *Seld. de J. N. & G. lib.* v. *c.* 14.

[*d*] Id eſt, ex ore omnipotentis Dei. Idem loquendi modus eſt Thalmudicis uſitatus, *Gem. Maccoth in Excerpt. cap.* iii. §. 1. Nempe גבורה Rabbinis, uti Kabbaliſtis, unum eſt præcipuis Dei attributis. Vide *Kabbal. Denudat. & Rittang. ad libr. Jetzira.* Par phraſis hæſit apud Muhamedem in Alcorano. Et hinc Aſſeclæ *noctem demiſſionis* Alcorani e cœlo appellarunt ليلة القدر *noctem potentiæ*, id eſt, *omnipotentis Dei.* An ſimilis locutio eſt *Marc.* xiv. 62?

(*e*) De Præceptis VII. Noachi, non eſt quid in Scripturis, nec de coactione ad ea obſervanda, niſi quod Gentes Cananæas in legem naturalem peccantes Deus juſto conſilio exſcindi præceperit. Eodem autem jure, quo Judæi ajunt gentes cogendas eſſe ad obſervantiam vii. præceptorum Noæ, dicebat Alphonſus Rex Hiſpaniæ, ſe cogere poſſe Judæos, ut Baptiſmum Chriſti ſuſciperent: atque hinc gravis perſecutio in Hiſpania apud Authorem *Schebet Jehuda*, vertente *Gentio*, *p.* 96.

(*f*) Obſerva ſimilem in N. T. phraſin *Joh.* i. 9. At cum de Chriſto ſublimior etiam occurrat loquendi modus, credi par eſt, eum non eſſe ψιλὸν ἄνθρωπον. *Mich.* v. 1. *Joh.* vi. 32. xvi, 28. Lege *Placæum de Divina Ch. Eſſentia T.* 1.

(*g*) גר תושב, cui permiſſum habitare in Iſraele. Alias dicebatur גר שער *Proſelytus portæ. Deut.* xxiv. 21. Vide *Thisbi Eliæ*. Quamquam iſtis licitum non erat habitare in Jeruſalem ſancta.

(*h*) חבר eſt ſocius ſapientis, vel diſcipulus proximus dignitati Magiſtrali. *Elias in Thisbi*, *Coccej. ad Sanhedr. p.* 307. *Wagenz. ad Sot. p.* 1026. Forte hic conferri poteſt locutio Chriſti, *Joh.* xv. 15. *Vos non ſervos, ſed amicos*, φίλȣς appellavi. Sane diſcipuli Magiſtrorum erant uti ſervi, & חבר amicus quoque eſt Hebræis, *Buxtorf. Lex. Thalm. p.* 703. Alias חבר quoque dicebatur recens creatus doctor, ſed nondum ad publicum docendi officium vocatus, *Ibidem*. Quod optime in Diſcipulos Chriſti, qui ad Apoſtolatus publicum munus, utut initiati, nondum admiſſi. Vide *Matth.* xxviii. 19. Nimis autem ſenſu critico abundarent, qui arbitrarentur tres

teſtes

Digitized by Google

teſtes in cœlo, 1 *Joh.* v. 7. opponi, alluſione, tribus hiſce teſtibus in Baptiſmo Proſelytorum.

XI. Quicunque recipit VII. præcepta, & edoctus eſt ea facere, ecce ille eſt ex (*a*) piis gentium mundi, & ipſi eſt pars in futuro ſæculo, ſi modo recipiat ea & faciat, quia præcepit (*b*) illa Deus (*c*) benedictus lege, & ſignificavit per Moſem Doctorem noſtrum, quod filiis Noæ antiquitus iſta præcepta ſint. At ſi iſta tantum faciat ex inclinatione propriæ opinionis, non eſt Proſelytus domicilii, nec eſt ex piis gentium, aut de numero ſapientum earum.

NOTÆ.

(*a*) מחסידי אומות העולם. De hiſce vide plura apud *Menaſſe Ben Iſr. Concil. quæſt.* 11. *in Deuter. ex Sanhedr. c.* 11. Fallor, aut tales intelliguntur in *Actis*, qui erant ex gentibus φοβούμενοι τὸν θεὸν, *timentes Deum. Act.* xvii. 4. ubi τῶν σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Adde *verſ.* 17. Etenim *Act.* xiii. 43. expreſſe dicitur illos fuiſſe Proſelytos: πολλοὶ, inquit textus, τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων. Inter eos videtur fuiſſe *Cornelius*, *Act.* x. 1. & *Lydia*, *cap.* xvi. 14. & *Juſtus*, *Act.* xviii. 7. (confer Phraſin in ipſo V. T. *Pſal.* cxv. 9, 10, 11. 1 *Reg.* viii. 41, 43.) Ut inde pro virtutibus gentilium nihil habeant Pelagiani.

(*b*) Gentilibus benigni ſunt Judæi, quamvis Chriſtianis ſalutem negare videatur *Maimonius de Reſipiſc. cap.* v. At Menaſſe L. C. ex ſuo dogma-

te de piis ex gentibus ſervandis, Regibus, qui bene habent Iſraëlitas, & juſta exercent imperia, vitam æternam promittit, uti mala omnia minatur ſecus facientibus. Nempe *nullum bonum opus apud Deum carebit ſua mercede*, ſic Judæi ſeveri præmiorum exactores & juſtitiarii. Vide *Maccoth cap.* III. §. 16. Adde *Wagenzel. ad Sot. p.* 752. Quid! *in Gemara Babyl. Tit.* עבודה זרה *de Idolol. cap.* I. ajunt gentilem, qui diligenter legem obſervavit, veluti Pontificem eſſe habendum, apud *Seld. de J. N. & G. lib.* vii. *c.* 10. *p.* 877. Quam bene Paulus? *ſi præputium obſervet jura legis, an non præputium cenſebitur circumciſio? Rom.* ii. 26.

(*c*) Ex conſcientia legis Moſaicæ ut divinæ, non arbitrio & motu proprio. Imo non eſt ulla vera pietas, niſi ex conſcientia legis & Legiſlatoris. *Levit.* XIX. *paſſim.* Quin ad veram virtutem optime *Majemonides* requirit non metum, non ſtudium beneficii ob pietatem, ſed ipſum Dei amorem, *Tract. de Reſipiſc. cap.* x. §. 2, 3, 4. Recte! Ipſum confer Antigoni Sochæi dictum, quo abuſi ſunt Sadducæi, *ne ſitis tanquam ſervi, qui dominis ſerviunt* על מנת לקבל פרס *ea conditione, ut recipiant mercedem*, in פרקי אבות *cap.* I. §. 3. Ergo optimi Chriſtiani Reformati, qui procul meritis ex amore Deo obediunt, ut filii (nec ſervi) non niſi ex gratia vitam æternam expectantes. Obſerva id contra Pontificios.

CAP.

Cap. IX.

De VII. *Noachi præceptis ac de Noachidarum juxta illa præcepta officiis & peccatis.*

I. Sex præcepta (*a*) accepit Adam primus, ſuper cultu ſtellarum (*b*) & planetarum; ſuper (*c*) benedictione Dei; ſuper effuſione (*d*) ſanguinis; ſuper revelatione (*e*) nuditatum; ſuper (*f*) rapina; & ſuper (*g*) judiciis. Nam licet hæc omnia traditio ſint recepta nobis a Moſe doctore noſtro, & ratio ad illa inclinet; ex contento tamen verborum legis, apparet, quod ſuper iſtis præcepta illis ſint data. Noacho autem addidit membrum vivi animalis (*h*) (non edendum) ceu dicitur, * *at carnem, in qua adhuc ſanguis ejus, non comedetis.* Itaque jam (*i*) VII. præcepta inveniuntur. Et ſic ſe res habuit toto in mundo, usque dum Abrahamo præceptum eſt præterea de (*k*) circumciſione. Et hic precatus eſt tempore (*l*) matutino; & Iſaac ſeparavit (*m*) decimas, & addidit alias preces (*n*) cum dies ſe verteret. Et Jacob addidit de nervo (*o*) contractionis (non comedendo) & precatus eſt veſpertino tempore. (*p*) Atque in Ægypto præcepta accepit Amram ulteriora, usque dum venit Moſes Doctor noſter, & conſummata lex eſt per ipſum.

* *Geneſ.* IX. 4.

Notæ.

(*a*) Adamo ante lapſum lex concreata multo plura dicebat. Saltem non opus erat, adverſus Idololatriam ipſum tum admodum monere. Præter autem legem concreatam illi præcepta data de Sabbatho, quod plurimi Judæi antiquiſſimæ originis agnoſcunt, & de non edendo ex arbore ſcientiæ boni & mali. Poſt lapſum ipſo reſtituto per promiſſionem Meſſiæ, ipſius pietas longe pluribus exercitiis, quam hic Judæus memorat, conſtabat. Nec dubium, quin præcepta etiam de ſacrificiis acceperit, quod ex pellibus animalium, quibus veſtitus eſt a Deo quidam, nec immerito, colligunt. Credendum utique Abelem per fidem offerentem eſſe imitatum parentem Adamum. *Geneſ.* iv. 2,3,4.

(*b*) Sic Judæi idololatriam appellant, quod inde incepiſſe quælibet ſuperſtitio videretur. Vide *Majem. Tract. de Idololatria*, & *Abarbin.* in II *Reg.* xvii. 7. ubi etiam fuſe de aliis Idololatriæ ſpeciebus circa Angelos, Imagines, Animalia; Heröas, Dæmones, differit.

(*c*) Κατ' ἀντίφρασιν, de execratione Divini nominis; id eſt, blaſphemia evitanda. Confer *Job* ii. 9. I *Reg.* xxi. 10. Sic *Seldenus de Jure N. & Gent. lib.* I. *cap.* 10. Alii tamen benedictionem, celebrationem & ſanctificationem Divini nominis intelligunt, ut *Cunæus de Rep. Hebr. lib.* II. 19. Vide *Clar. Vitring. de Proleg. de Synag. Vet. p.* 25.

(*d*) Id eſt, humani ſanguinis, vel de homicidio.

(*e*) Id eſt, de illicito concubitu. Seldenus, *de revelatione turpitudinum*, *ſeu turpitudine ex illicito concubitu* exponit.

[*f*] Id

Digitized by Google

(*f*) Id eſt, de contrectatione rei alienæ invito domino, ſeu furto per dolos malos, maxime per vim commiſſo.

(*g*) Id eſt, de Judicibus forenſibus recte inſtituendis, habendis, atque adeo de civili obedientia, absque qua non poſſit conſiſtere humana ſocietas. Poteſtas autem prima apud Patresfamilias fuit. Vide *Bertram. de Rep. Hebr. cap.* 3. Unde præter Patriam poteſtatem etiam Judicialis in familiis obtinebat, quod colligunt ex *Geneſ.* xxxviii. 24. Vide Clariſſ. *Leusd. Philol. Mixt. diſp.* XXIV.

(*h*) Atque adeo de non comedendo ſanguine. Nempe evitanda eſt omnis feritas. At maxime ſpectabatur ratio ſacrificiorum, quæ jam tum obtinebant. Porro *Majemonides More Neb. Lib.* iii. *c.* 46. refert comeſtionem ſanguinis ad ſpeciem quandam Idololatriæ, quod eo occaſionem præberet. Confer *Pſal.* xvi. 4. Exiſtimant autem aliqui Judæi eſum carnis ante illicitum, nunc licitum eſſe factum Noacho, at ea conditione, ne ſanguis ederetur, ſenſitque idem *Ligtf. T.* 1. *p.* 9 falſo!

[*i*] De vii. hiſce præceptis ubique Judæi; lege *Excerpt. Gem. Sanb. cap.* 7. *Menaſſ. Concil. q.* 11. *in Deuter. Selden. de J. N. & G. lib.* 1, 8, 10. *Schickbard. de J. Reg. Hebr. p.* 335. *L'Empereur ad Bertramum de Rep. Heb. ſtatim ab initio.* Nobis non libet hic commentari.

Obſervamus modo I. admodum hæc Judæorum dogmata congruere cum ſententia Pelagianorum veterum & recentium, qui ajunt Eccleſiam ſolo dictamine rationis vixiſſe ante Moſem, per quem lex perfectior ſit introducta. Imo

mo iſti ſibi placent aperte in Judæorum dictamine apud *Selden. l. c. p.* 123. Atqui nos œconomiam fœderis gratiæ iſtis commentis opponimus. II. Alia præcepta, quæ Juris ſunt naturæ, etiam jam absque dubio viguiſſe, ut de honore parentum & de fugiendo mendacio, ne de Sabbatho dicam, quod fuiſſe primævæ originis (dictante, ut nobis videtur, id Moſe *Geneſ.* II. 2, 3.) plurimi Hebræi ſtatuunt, apud *Clariſſ. Meyer. de Feſt. cap.* VI. Certe Judæi naturalem æquitatem præcepti de honore parentum, & fugiendis mendaciis non vident. Confer *Matth.* XV. 5. *Coccej. ad Sanhed. p.* 273, III. Multa ex Noachidarum, id eſt, ex Noacho ortorum, religione ad gentes dimanaſſe. Unde ſi quid Moſes habuerit cum gentibus commune, id non habuit ex earum lacunis, quod profane Spencerus opinatur, ſed potius ex antiquis patrum fontibus, IV. Hiſce annotatis, cadere, quæ Majemonides de Noachidarum Judiciis, officiis, criminibus & pœnis dictat. Nova ſunt Judæorum commenta, recentia Jura, in Scripturis plane ignota, in Republica antiqua Hebræorum non uſitata. Non licet recentia Judæorum commenta pro veris antiquitatibus Hebræorum obtrudere.

[*k*] Utique circumciſionem, quæ Sacramentum fuit Juſtitiæ fidei, non profluxiſſe ex gentibus, præſertim Ægyptiis (ceu *Marshamus* & *Spencerus* arbitrantur, ſed a divina inſtitutione, certum eſſe debebat Chriſtianis *Joh.* VII. 22. *Rom.* IV. 11. Sed errori Pelagiano, qui neſcit gratiam Chriſti in V. T. Patribus obſignatam, profanum Spenceri dogma debetur. Utinam attende-

tenderent Philologi, qui eruditione Spenceriana incauti decipiuntur!

[l] Non tamen novo exemplo vel præcepto. De precibus matutinis, pomeridianis, veſpertinis, quæ tradant Magiſtri vide apud *Cl. Vitring. de Synag. veteri*, *p.* 278. Lege præſertim *Majem. Tract. de* תפלות *precibus cap.* 1, 5, 10. iii. 1. Videtur autem trinarum illiusmodi precum extare in ſacris veſtigium. *Pſal.* LV. 18. *Dan.* vi. 10. Quin precum matitunarum & veſpertinarum ſumma eſt æquitas, ipſa probante ratione; at eo magis neceſſariæ erant populo Dei, quod jungere preces ſacrificiis matutinis & veſpertinis tenerentur. Confer *Act.* iii. 1. x. 30. Atque adeo adhuc Judæi putant orationes iſtas locum ſacrificiorum ſupplere. *Sohar Col.* 525. At ſuperſtitio eſt Judæorum, quod ſtatis horis alligent ſuas preces, nec putent recte factas, ſi vel anticipaverint. Vide *Majem. l. c. cap.* iii. §. 6. *Joſ. de Voiſin ad pug. fidei p.* 185. Nolunt ergo aliquem matutinas preces dicere, antequam Sol ſplendeat, *Sohar c.* 403. *Kabb. Denud. T.* 11. *p.* 33. ubi etiam legas *Patriarchas* ter *quotidie orare pro Iſraëlitis*. Porro Judæos imitantur Muhammedani, ut patet ex *Surat.* I. 2. IX. XVI. XXI. LXXV. XXXI. §. 3. Ubi impoſtor laudat, qui يُقِيمُونَ الصَّلَوٰةَ id eſt, *præcationem ſtatam*, lege & certis ritibus præſcriptam (pari voce Chaldæi & Syri eam צלותא ac ܨܠܘܬܐ appellant) *ſtabiliunt*, conſiſtere faciunt, ſua praxi firmant; Confer Phraſin Hebraicam *Deut.* xxvii. 26. quam ſequitur Paulus *Rom.* III. *ult.*. Habent autem A-

Arabes precationes I. *Quando prodit aurora.* II. *Quando declinat Sol a culmine cœli.* III. *Quando exit tempus meridiei.* IV. *Quando occidit Sol.* V. *Quando plane crepuſculi albedo*, id eſt, *lux receſſit*, *& nox ingruit.* Summa autem eſt inſania tum Muhammedanorum tum Judæorum, quum putant in Deum ipſum quoque preces cadere. Sic enim Impoſtor *Surat.* xxxiii. *Deus & Angeli ejus orant pro Muhammede*; & Muhammedani in ſuis orationibus precantur, o Deus ora pro Muhammede. Vide *Schindl. Lexic.* חמד. Judæi autem *Thalm. Babyl. Tract.* ברכות *cap.* I. *& in* עין ישראל *fol.* IX. *col.* 3. dicit R. Jochanan, unde probatur Deum orare? ex *Jeſ.* LVIII. 7. ubi dicit *exhilarabo eos* בבית תפלתי *in domo orationis meæ*, non תפלתם orationis eorum. Digna ſtolidis Magiſtris obſervatio! Vide *Hackſp. Syllog. Diſp. p.* 345. Quid vero precatur! *Fiat voluntas mea, ut videam extructionem domus meæ.* ibid. *p.* 346. An vero iſtis meliores ſunt Pelagiani, qui Deo vota adſcribunt veluti humana, locis *Deut.* xxxii. 29. *Jeſ.* v. 9. *Pſal.* LXXXI. 14.

[*m*] At jam ante Abrahamus decimas dederat Melchizedeko.

[*n*] לפנות היום; intelligunt autem Hebræi meridiem, cum Sol a vertice declinat; atqui potius circa veſperam לפנות ערב Iſaac ivit in agrum ad preces, *Geneſ.* xxiv. 63. Nec novo inſtituto vel exemplo.

[*o*] Vel *oblivionis*, גיד הנשה *Geneſ.* xxxii. 33. Vide *Heideg. Hiſt. Patriarch. T.* II. *Exerc.* 17. *Hotting. Jus Hebr. p.* 12. Confer præſertim Majemonidem *De Cibis Vetitis*, *cap.* viii. ubi ait, *ex lege tantum eſſe probibitum nervum*, *qui eſt ſuper vertebram*

bram femoris, ſed nervos femoris ſuperiores & inferiores cum adipe ex decreto Scribarum.

[*p*] ערבית; poſt Solis occaſum, & extendunt tempus apud Majemonidem etiam ad noctem, uſquedum ſurgat עמוד השחר *columna auroræ*, quando Solis radii ſpargi incipiunt & necdum eſt אילת השחר de *qua Pſal.* xxii. 1. id eſt, *cervus auroræ*, ſive כוחהשחר, *robur auroræ*, uti *Aben Ezra* & *Kimchius* ajunt. Vel, ut aliqui, ab hora, qua ſacerdotes conveniunt, ut edant ſuas תרומות, usque ad finem vigiliæ primæ, quo tempore quoque recitanda lectio שמע *audi Iſrael &c.* quæ extat, *Deut.* vi. 4. Vide *Miſn. Beracboth. cap.* 1.

II. Noachides, qui idololatra eſt, reus eſt; atque is eſt, qui idola colit juxta [*a*] ipſorum ritus vel modum. Et propter quamcunque idololatriam Domus judicii Iſraëlis occidit aliquem, propter eam interficitur Noachides, & propter quam Domus judicii Iſraëlis aliquem non occidit, propter eam non occiditur Noachides. Et licet non occidatur, nihilominus ab omni (idololatria) prohibetur. Atque adeo ipſi non permittunt erigere [*b*] ſtatuam & plantare lucum, aut facere imagines, & ſimilia ad ornatum.

Notæ.

[*a*] Vide *Majem. de Idolol. cap.* iii. §. 9. Modus autem, ritus & conſuetudo notatur in *Miſn. Sanhedr. c.* vii. §. 6. Nempe *offerre ſacrificia, ſuffitum facere, libare, adorare, oſculari, amplexari,* la-

lavare, ungere, veſtire, ſalutare, & dicere tu es Deus meus, vota concipere, ſolvere &c. Sane hi ritus erant Gentiles. Attendite Pontificii!

[*b*] Imaginum hoſtes infenſiſſimi ſunt Judæi. Vide *Seld. de Jure N. & Gent. lib.* II. *c.* 6. 8. *Hotting. jus Hebr.* §. XXIX. XXX. CCXXV. CCXXVI. Deſcribere non licet. Atque hinc in Judæos gentium convitia, quaſi *Inania ſacra haberent, incertum Deum* colerent, intenti in cœlum non ſtatuas, *nubes captarent & cœli auriculas advocarent*, apud *Lucanum lib.* II. & *Petron. in Catalectis*, *Alios*. Non male *Tacit. lib.* V. *Hiſtor. Judæi mente ſola unum numen intelligunt, ſummum illud & æternum, neque mutabile, neque interiturum.* Adde *Strab. de Situ Orbis lib.* XVI. *p.m.* 536. *Docebat Moſes, quomodo Ægyptii non recte ſentirent, qui ferarum & pecorum imagines Deo tribuerent, nec Libyes nec Græci, qui Deos hominum figuris inſignirent.* Audiant Pontificii!

III. Noachides, id eſt, blaſphemat (*a*) nomen Dei, ſive blaſphemet nomine Jehovæ, ſive (*b*) cognomine; omni lingua, reus eſt mortis. Quod ſe non habet ſic in (*c*) Iſraëlita.

Notæ.

[*a*] Hinc apparet, quo ſenſu acceperit præceptum Noachi ſecundum, על ברכת השם *Majemonides.* Nempe *κατ' ἀντίφρασιν.*

[*b*] Cognomina ſunt שדי אלהים ארני, &c.

[*c*] Sic *Miſn. Sanhedr. cap.* VII. §. 6. Iſraëlita ſcilicet occidendus non erat, ex opinione Judæo-

dæorum, niſi blaſphemaſſet nomen יהוה Jehovæ, uti iſte, de quo legitur, *Levit.* xxiv. 16. Vide *Coccej. ad Sanhedr. p.* 50, Rigidiores hic ſunt in Noachidas Judæi, quam in ſuos, quum tamen gravior eſſe debebat pœna, uti culpa, *Amos* iii. 2. At cur non hic applicanda analogice regula, de qua §. 11? Itaque ſunt Judæi, qui aliter ſentiunt. Apud *Seld. de J. N. & Gentili Lib.* 11, 12. Porro de non blaſphemando Dei nomine lege *Hotting. J. Heb.* §. LXXVI. Mirum vero eſt *Joſephum lib.* ii. *c. Ap. p.* 1077. non permiſiſſe, ut quis Iſraëlita *Deos gentium rideret aut blaſphemaret*, quaſi lege Moſis prohibente. At non intellexit verba Moſis, *Exod.* xxii. 28. de Magiſtratibus intelligenda. Vide *Pſal.* LXXXII. 6. Utique quam Elias riſerit Baalim notum eſt, & ut Prophetæ maledicant Idolis lege *Jer.* X. 11. Erant ſane גלולים אלילים שקרים &c. de quibus *Ouwenus Theol. lib.* v. *cap.* 3. Interim ſuperſtitionem Judæorum, unum Dei nomen præ alio ceu ſanctius venerantium, imitantur Pontificii aliique in *genuflexione* ad nomen Jeſu, de quibus vide *Voet. Diſpp. Theol. T.* III.

IV. Noachides, qui hominem [*a*] occidit, etiamque infantem in utero [*b*] matris, ob id occidendus eſt: quoque ſi occidat vulneratum, aut liget aliquem & objiciat Leoni, vel relinquat in fame, uſque dum moriatur. Quandoquidem enim eum quocunque modo occidit, interficiendus eſt. Pariter ſi perſequentem occiderit, ubi ſeipſum liberare poterat mutilato

tilato uno ex ejus membris, ob id interficiendus eſt: quod ſic ſe non habet Iſraëlita. [*c*]

NOTÆ.

[*a*] Lex habetur, *Geneſ.* ix. 5. & firmata eſt a Moſe, *Exod.* xxi. 12.

[*b*] De cæde infantis in utero mortem merita leges *Exod.* xxi. 22. & tamen Judæus non vult eſſe reus ſi fecerit. Lege *Selden. de J. N. & Gent. lib.* iv. *c.* 1. En fœtuum homicidas!

[*c*] Sic *Majem.* expreſſius, *Tract.* רוצח *cap.* 1. §. 13. ubi in hoc caſu excuſat Iſraëlitam. Quid? *cap.* ii. §. 11. hæc habet, *Iſraëlita, ſi occiderit Proſelytum domicilii, propterea non occidetur a Domo Judicii.* Quaſi Judæis abrogata eſſet lex Noachi, *Gen.* ix. 5. Nempe ſunt laxanda a Magiſtris in rem ſuæ gentis fræna ſuperbiæ, odio, iræ, juri imaginario in Nationes, ipſoſque peregrinos domicilii, qui Iſraëlitis fere in odio, ut plaga lepræ, *Majem. Iſſur. Biah* i. e. *de Vetito Congreſſu, c.* xiii. §. 18. Hæc feritas eſt. Judæi ſunt filii Regis, id eſt, Dei, cœteri ſunt ſervi, (nullo modo proximi) in quos illis nihil non licet. Sic enim habetur, *Miſn. Sabbath, cap.* xiv. §. *ult.* Confer quoque *Miſn. Sanhedr. cap.* ix. Habent hic patronos Jeſuitæ caſuiſtæ.

V. Sex concubitus filiis Noachi ſunt illiciti, nempe cum [*a*] Matre, uxore patris, id eſt, noverca, conjuge viri alicujus, ſorore ex eadem matre, maſculo, beſtia. Uti dicitur,

citur, ideo * *relinquet vir patrem ſuum*, id eſt, uxorem patris ſui, & *matrem ſuam*, ad literæ ſenſum, & *adhærebit uxori ſuæ*, id eſt, non uxori proximi ſui, nec maſculo; & *erunt in carnem unam*, ad removendam beſtiam, feram & volucres, quia ille & iſtæ non ſunt una caro. Dictum eſt pariter, † *Illa eſt ſoror mea* [b], *filia patris mei, ſed non filia matris meæ, & mihi contigit uxor.*

* *Geneſ.* 11. 24. † xx. 12.

NOTÆ.

[a] Atqui tamen infames concubitus cum matre & ſorore Judæi permittunt Noachidis, ſi fiant Proſelyti Juſtitiæ. Vide M*ajem. Iſſ. Biah*, *cap.* xiv. 12. Quaſi Juſtitia Religionis Hebræorum impietatem criminis in legem naturæ tolleret! Quaſi Proſelytiſmus ſic alios novoſque homines faceret, ut naturalis conſanguinitas plane ceſſaret! At iſta non eſt παλιγγενεσία. Vera Judæis ignoratur, ut ante Nicodemo. Vide *Joh.* iii. 3, 5. Pythagorici ſua παλιγγενεσίᾳ meliora docerent, quam norunt Judæi. Egregii caſuiſtæ per Proſelytiſmum fingunt id licere, quod ceu abominandum ex lege naturæ gentibus prohibitum, hinc puniendis, quod hoc crimine peccarent.

[b] At *Levit.* xviii. 9. expreſſe prohibitus cum filia patris, uti matris, concubitus. Ut fallat hic Majemonides. Itaque Sarai vel non fuit proprie filia patris Abrahami, ex alia uxore, vel ſi fuerit, quod ante fuit permiſſum, lege Moſis deinceps vetitum fuit. Ipſe Moſes natus

tus

tus eſt ex conjugio Amrami cum amita, *Exodi* vi. 19. quale deinceps damnavit Moſes, *Levit.* xviii. 12. Vide *Hotting. J. Hebr.* §. cxcvii. Ubi etiam de congreſſibus vetitis plurima in contextu videbis.

VI. Noachides reus eſt mortis ob congreſſum cum ea, quæ a Patre fuit ſeducta, vel vi compreſſa; nam illa eſt uti Mater. [*a*] Omni ratione quoque reus eſt ob concubitum cum noverca, etſi poſt mortem Patris. Reus pariter eſt ſuper maſculo ſeu puero, ſeu adulto, ut ſuper beſtia vel parva vel magna; at ille ſolus occidendus eſt. Non enim occidunt beſtiam, quia Noachidæ non acceperunt præceptum de interficienda beſtia, ſed ſoli Iſraëlitæ. [*b*]

NOTÆ.

[*a*] Atqui ante dixerat ne quidem illis eſſe conjugia, uti cœteris gentibus.

[*b*] *Levit.* xx. 16. Nempe in deteſtationem criminis, ut aboleatur illius memoria. Æquitas videbatur id poſtulare; & quidni eadem ratione par ſupplicium debebat ſumi de beſtia Noachidæ, ſaltem inter Iſraëlitas viventis?

VII. Noachides non eſt reus ob concubitum cum conjuge proximi ſui, niſi cum ea congrediatur [*a*] poſtquam marito ſuo concubitu conjugata fuerit. At ob concubitum

cum

Digitized by Google

cum deſponſata, vel introducta modo in Thalamum, ſed non cognita concubitu a marito, non ſunt hinc rei, quia dicitur, *& ea eſt* * *conjugata Marito.* Quomodo hæc dicta? De filio Noachi, qui congreditur cum filia Noachi. Sed Gentilis qui congreditur cum Iſraëlitide reus eſt. Et ſi ea fuerit juvencula deſponſata, ob id eſt lapidandus, per [*b*] jura Iſraëlis. Si congrediatur cum ea poſtquam in Thalamum eſt deducta, & tamen necdum ſubacto a viro, ecce is [*c*] ſtrangulandus erit, juxta jura Iſraëlis. At ſi congrediatur cum fœmina maritata viro Iſraëlitæ, ecce eſt uti ille, qui congreditur cum uxore gentilis proximi ſui, & interficietur gladio.

* *Geneſ.* xx. 3.

Notæ.

[*a*] Quia apud illos ſponſalia absque concubitu matrimonium non faciebant. Vide *Buxtorf. Tract. de Sponſ. & Divort.* Pariter obtinebat apud multas gentes; ut ut apud varias nationes ex ſolis ſponſalibus uxores, & mariti haberentur & dicerentur. Lege *Grot. Not. ad Matth.* i. 16. Interim obſervandum eſt quam leves de fornicatione opiniones habuerit Maimonius, vult enim licitam fuiſſe cum ſcorto commixtionem, ut cum uxore, *Mor. Neb. p.* iii. *c.* 49.

[*b*] Sponſalia ſine concubitu apud Hebræos faciebant omnino matrimonium, *Hoſ.* iv. 14. Unde exponere queas plurima, quæ in Euangelio occurrunt de conjugio Joſephi & Mariæ,

tus eſt ex conjugio Amrami cum amita, *Exod.* vi. 19. quale deinceps damnavit Moſes, *Levit.* xviii. 12. Vide *Hotting. J. Hebr.* §. cxcvii. Ubi etiam de congreſſibus vetitis plurima in contextu videbis.

VI. Noachides reus eſt mortis ob congreſſum cum ea, quæ a Patre fuit ſeducta, vel vi compreſſa; nam illa eſt uti Mater. [*a*] Omni ratione quoque reus eſt ob concubitum cum noverca, etſi poſt mortem Patris. Reus pariter eſt ſuper maſculo ſeu puero, ſeu adulto, ut ſuper beſtia vel parva vel magna; at ille ſolus occidendus eſt. Non enim occidunt beſtiam, quia Noachidæ non acceperunt præceptum de interficienda beſtia, ſed ſoli Iſraëlitæ. [*b*]

Notæ.

[*a*] Atqui ante dixerat ne quidem illis eſſe conjugia, uti cœteris gentibus.

[*b*] *Levit.* xx. 16. Nempe in deteſtationem criminis, ut aboleatur illius memoria. Æquitas videbatur id poſtulare; & quidni eadem ratione par ſupplicium debebat ſumi de beſtia Noachidæ, ſaltem inter Iſraëlitas viventis?

VII. Noachides non eſt reus ob concubitum cum conjuge proximi ſui, niſi cum ea congrediatur [*a*] poſtquam marito ſuo concubitu conjugata fuerit. At ob concubitum

cum

cum deſponſata, vel introducta modo in Thalamum, ſed non cognita concubitu a marito, non ſunt hinc rei, quia dicitur, *& ea eſt* * *conjugata Marito.* Quomodo hæc dicta? De filio Noachi, qui congreditur cum filia Noachi. Sed Gentilis qui congreditur cum Iſraëlitide reus eſt. Et ſi ea fuerit juvencula deſponſata, ob id eſt lapidandus, per [*b*] jura Iſraëlis. Si congrediatur cum ea poſtquam in Thalamum eſt deducta, & tamen necdum ſubacto a viro, ecce is [*c*] ſtrangulandus erit, juxta jura Iſraëlis. At ſi congrediatur cum fœmina maritata viro Iſraëlitæ, ecce eſt uti ille, qui congreditur cum uxore gentilis proximi ſui, & interficietur gladio.

* *Geneſ.* xx. 3.

Notæ.

[*a*] Quia apud illos ſponſalia absque concubitu matrimonium non faciebant. Vide *Buxtorf. Tract. de Sponſ. & Divort.* Pariter obtinebat apud multas gentes; ut ut apud varias nationes ex ſolis ſponſalibus uxores, & mariti haberentur & dicerentur. Lege *Grot. Not. ad Matth.* i. 16. Interim obſervandum eſt quam leves de fornicatione opiniones habuerit Maimonius, vult enim licitam fuiſſe cum ſcorto commixtionem, ut cum uxore, *Mor. Neb. p.* iii. *c.* 49.

[*b*] Sponſalia ſine concubitu apud Hebræos faciebant omnino matrimonium, *Hoſ.* iv. 14. Unde exponere queas plurima, quæ in Euangelio occurrunt de conjugio Joſephi & Mariæ,

Digitized by Google

cujus ſub velo Chriſtus educatus eſt, nec habitus ut ſpurius. Vide *Luc.* ii. 5. *Matth.* i. 16. 20. xiii. 55. Atque hinc illa lex de lapidatione ſponſæ vitiatæ, & viri adulterantis. *Deut.* xxii. 23, 24. Lege *Miſn. Sanhed. cap.* vii. §. 4. *Majem. de Syned. cap.* xv. Quamobrem gentilis ſponſam Iſraëlitidem vitians, & peccans contra rempublicam Hebræorum, cum ſponſa vitiata lapidandus erat. Lege tamen *Miſn. Sanhedr. cap.* VII. §. 9.

[*c*] Ex jure Iſraëlitico ſtrangulandus erat, qui cum alterius uxore concumbit. Vide *Miſn. Sanhed. cap.* X. §. 1. Ergo ille quoque gentilis, qui cum conjuge in thalamum deducta & jam jam ſubigenda, congreditur; proxima enim erat ad concubitum. Diſcingenda pro diſcincta habebatur, magis nunc uxor quam modo deſponſata, utpote jam domum ducta.

[*d*] Mutabatur hic pœna; forte quia mulier adultera ex concubitu cum gentili quaſi ipſa gentilis fiebat & quaſi apoſtata rupto fœdere conjugali. Cur non hinc pœnam gentilem ipſa cum adultero pateretur? Confer *Mal.* ii. 11. Porro aucta atrocitate criminis, augenda erat pœna. Gladii autem pœna gravior erat ſtrangulatione. Alias adulterii Iſraëlitæ cum Iſraëlitide crimen fuit ſtrangulatio, quamquam lapidationem quoque pœnam ſtatuat Kimchius, ex *Ezech.* XVI. 40. Confer quæ mox ſunt dicenda *cap.* X. 4. 5.

VIII. Noachides, qui junxit Ancillam ſuo ſervo, & cum ea dein fuit congreſſus, ecce

iſte

iſte ob id occidendus eſt, propterea quod ſit uxor proximi ſui. At non eſt reus ob eam usque dum res ſit manifeſta, & populus dicat de ea, illa eſt ex domo ſervi iſtius. Ex quo tempore vero redibit ad (*Domini*) licentiam? Ex quo ille ſeparavit eam a ſuo [*a*] ſervo, & caput ejus detexit [*b*] in platea. Ex quo tempore uxor proximi ejus fiet ſicut repudiata apud nos? Quum (maritus ejus) ex ſua domo eam egredi fecerit, & dimiſerit ſibi; vel quando ipſa exiverit ex ejus poteſtate, & ſibi abeat. Nam non ſunt apud illos divortia libello repudii, neque eorum res dependet ex domo judicii; ſed omni tempore, quo ille aut illa ſeparari voluerint, ſeparentur. [*c*]

NOTÆ.

[*a*] Dominus habebat jus ſervo uxorem dandi, vel adimendi. Impie autem Majemonides cenſet hic inter ancillam, dandam ſervo vel duobus ſimul ſervis, & beſtiam nihil intereſſe, *Iſſure Biah cap.* xiv. §. 19. Homo ſane eſt, proxima eſt lege naturæ, & conjux. *Geneſ.* ii. 24.

[*b*] Conjugatæ caput erat in publico velo obductum. Confer 1 *Cor.* xi. 10. Itaque Rebecca videns Iſaacum texit caput *Geneſ.* xxv. 65.

[*c*] Aliter ſe habebat res apud Judæos. Vide *Buxt. de Sponſ. & divortiis*, hic requirebatur libellus repudii.

IX. Noachides reus eſt ob furtum; ſive

a Gentili, ſive ab Iſraëlita quid furatus fuerit; & idem eſt, ſi furatus ſit aut rapuerit pecuniam aut hominem, vel etiam a mercenario mercedem detraxerit, & ſimilia. Etiam operarius, qui edit [a] præter tempus ſui laboris, propter omne, *quod edit*, reus eſt; ecce ille comprehenditur inter fures. Quod tamen ſic ſe [b] non habet in Iſraëlita. Et ſic reus eſt ob id quod æſtimatione minus eſt [c] pruta. Noachides autem ſi furatus ſit quod minus eſt æſtimatione pruta, & alius veniat, & furetur id ab eo, ambo ob id occidendi. [d]

NOTÆ.

[a] Nempe in vinea, aut pomario, ubi operatur, fructus: dum laborat, quid concedendum erat. Vide *Selden. de J. N. & Gent. lib.* vi. *c.* 2.

[b] Illi licitum erat in vineam ire, edere, licet nihil auferre *Deut.* xxiii. 24. *Matth.* xii. 1.

[c] Nummus minimus; fuit autem pruta ex ære & argento; illa fere obolum valebat. Vide *Buxt. L. T. Seld. l. c. p.* 702.

[d] En Judæorum ſervitiem! unde habent?

X. Pariter reus eſt ob eſum ex membro & carne viventis animalis, quantulum ſit. Nam non data eſt menſura [a] niſi Iſraëli ſoli; ſed eſus ſanguinis ex vivente animali illi [b] licitus eſt.

NOTÆ.

[a] Quantitatem olivæ Iſraëlitæ Magiſtri prohibent, minorem permittunt, at nihil Noachidæ, ſub pœna mortis: hæc iterum ſævities eſt.

[b] Vide tamen legem Noacho datam, *Gen.* ix. 4. & de eſu ſanguinis vetito, *Majem. in N. p.* 111. *c.* 46. Saltem cum non ſit naturalis lex de non edendo ſanguine, ſed modo ſpectaverit ſacrificia, licitum putant Chriſtiani ſanguinis eſum in N. T. abrogatis ſacrificiis. Vide *Hoornb. V. & N. Diſſ. de Eſu Sang.* & *Heideg. c. Curcellæum.* Porro de non comedendo ſanguine dictata Judæorum lege apud *Hotting. J. Hebr.* §. CXLVIII.

XI. Perinde eſt, ſive membrum aut caro diſcerpatur a beſtia cicure, vel a fera. Sed quod ad avem, non videtur mihi Noachidem ob membrum ejus comeſtum fore occidendum. [a]

NOTÆ.

[a] Opinio hæc eſt Maimonidis non communis. Vide tamen *Comment. Ceſeph. Miſnæ*, ubi R. Abraham exiſtimat in Majemonide mendum eſſe ex deſcriptore, ut legendum eſſet, non אבל העוף ſed אבל השרץ, ſed quoad reptilia. Sane aves etiam ad ſacrificia pertinuerunt, cur non pariter earum ſanguis interdictus? Vide *Majem. de Sacris Temer. cap.* 7. *Faſc.* vii. *p.* 56. De diſcerpto non edendo vide *Hotting. J. Heb.* §. LXXIV.

Digitized by Google

XII. Si quis mactaverit beſtiam, licet in ea ſucciderit utrumque [a] ſignum, quandiu tamen ſe movet [b] illa, membrum aut caro illius ſeparata prohibetur Noachidis [c] ratione (prohibiti) membri animalis viventis.

Notæ.

[a] Illa ſunt Oeſophagus & aſpera Arteria, absque illis enim reſciſſis, caro illicita eſt Judæis. *Majem. Tract. de rit. ſacrif. faciendorum, cap.* iv. §. 6.

[b] Quod fit, ubi necdum plane vita defecit.

[c] Et cur non æque Iſraëlitis? illorum major debebat eſſe virtus & ſanctimonia.

XIII. Omne quod prohibetur Iſraëli ratione membri animalis viventis, prohibetur etiam Noachidis. At ſunt ob quæ Noachidæ fiunt rei, non Iſraëlitæ. Nam Noachidæ idem eſt beſtia cicur & fera, immunda & [a] munda; pariter fiunt ob eas rei, ex ratione membri animalis viventis; etiamque membrum & caro, quam ſeparant a motitante, licet Iſraëlita [b] abſcidiſſet utrumque ſignum; ecce tamen (Noachidæ) prohibentur [c] ſub ratione membri vivi animalis.

Notæ.

[a] Nam Magiſtri Iſraëlitam ob eſum membri

bri animalis vivi ac immundi volunt eſſe reum, ratione immunditiei ſolius. Vide *Comment. Ceſeph. Miſnæ.* En iniquos Legis interpretes!

[*b*] Nempe ritus mactationis præceptus Iſraëlitis non pertinet ad Noachidas!

[*c*] Scilicet non Iſraëlitis, qui liberiores. Hypocritæ ſibi legem ſolvunt, quam Noachidis magiſtraliter adſtringunt.

XIV. Quomodo præceptum eſt illis (Noachidis) de Judiciis? debent conſtituere Judices & præſides in unaquaque regione, ad judicandum ſecundum VI. præcepta, & ad erudiendum populum. Quicunque autem filius Noæ transgreditur unum ex VII. præceptis iſtis, occidendus eſt [*a*] gladio. Ideoque omnes Sichemitæ erant rei mortis. Nam ecce Sichem rapuit *Dinam*, & illi (Judices) viderunt id & non animadverterunt; nec judicarunt eum. Porro filius Noæ occidi poteſt ad unum [*b*] teſtem, & per unum [*c*] judicem ſine [*d*] præmonitione etiam ex ſententia [*e*] propinquorum, ſed non ex teſtimonio fœminæ: nec etiam [*f*] fœmina eos judicaverit.

NOTÆ.

[*a*] Gladii pœna gravior ſtrangulatione, & infame Judæis ſupplicium. Severi ſunt in Noachidas Judæi, ubi ſtatim occidendos volunt, quando peccant. Scilicet gladio exſcindendæ vii. gentes erant, quod præcepta Noachi violaſſent.

Digitized by Google

[*b*] Nempe ad pœnam Iſraëlitæ infligendam requirebantur duo aut tres teſtes, *Deut.* xvii. 6. xix. 15. Quaſi hoc privilegio, quod ſummæ & naturalis æquitatis eſſe videtur ad juſta judicia, gaudere non debeant Noachidæ. Scilicet, *Lex eſt hæreditas Iſraëlis*, ſic Magiſtri. Vide interim *Miſn. Maccoth*, *cap.* 1. §. 7.

[*c*] Iſraëlita per unum Judicem judicari non potuit, ſed a Synedrio vel xxiii. vel LXXI. virali. Ad ſupplicium Iſraëlitæ requirunt Rabbini non tantum duos teſtes, ſed etiam התראה præmonitionem aut dehortationem a facto. Vide *Maimonid. Sanh. c.* xii. §. 1. Ubi vult teſtes a Judicibus eſſe interrogandos, *noſtisne illum? præmonuiſtis illum?* En quam indulgentes ſunt ſibi ſuiſque Judæi! Non præmonitis & maxime in occulto licent omnia. Quam iniqui & immites ſunt in gentes, ipſosque peregrinos domicilii! Domini ſunt, jura ſtatuunt in alios ut libet. Non ſunt Noachidæ proximi Judæorum. Magno ergo jure Chriſtus legem Dei vindicavit, Nihilominus habent Judæi imitatores Pontificios.

[*d*] Contra erat in jure Iſraëlitarum. Vide *Miſn. Sanhed. c.* 3. Apud illos enim propinquis teſtimonium dicere non licebat, excepto caſu adulteræ, hac tamen limitatione non ut dotem amitteret, ſed ut aquas amaras non biberet. *Miſn Sot. cap.* vi. § 2.

[*e*] Vide ante *cap.* 1, 5. & *Wagenz. Sot. pag.* 639. Ubi acute probant Magiſtri fœminis teſtimonium dicere haud licere ex *Deut.* xvii. 6. xix. 19. quod lex ibi modo de viris loquatur. Excipiunt tamen caſum mulie[illegible] adulteræ, quando

do in ream ipſis propinquis dicere teſtimonium competebat.

(*f*) Ut apud Iſraëlitas nulli fœminæ competebat publicum aliquod munus, ſic nec illa judex eſſe poterat, ne quidem de Noachida, ſi vel foret Iſraëlitis. Nempe omnem præfecturam illiusque ſpeciem abrogant mulieribus Judæi. (Vide ante *cap.* 1. §. 5.) eo contrarii Ægyptiis, qui erant γυναικοκρατούμενοι, in honorem θεσμοφόρου Iſidis, ut quidem imperium fuerit magis penes Reginam quam Regem, & in pactis dotalitiis Imperium fœminæ in viros aſſignetur. Sic *Siculus Diodorus Bibl. lib.* 1. *pag.* 23.

Cap. X.

De Noachidis errore peccantibus, de Apoſtatis, de ſuppliciis eorum, de circumciſione, de probibito gentibus Moſaicæ Religionis ſacro, de Judicibus Noachidarum.

I. Noachides, qui errore [*a*] peccavit, contra unum ex ſibi præceptis, liber eſt plane; excepto ſi errore quemquam interfecerit. Quod ſi enim [*b*] proximus agnatus illum occideret, non foret hic propter eum occidendus. Neque ipſi prodeſt civitas [*c*] refugii: quamquam Domus Judicii eorum (*Noachidarum*) ipſum non interficiat. Qui-

bus in caſibus hæc dicta ſunt? cum quis errore peccavit contra unum ex præceptis, & illud ſine attentione transgreſſus eſt. Ut cum quis ſubigit uxórem ſocii ſui, & putat quod ſit uxor ſua vel vidua aliqua. At ſi noverit, quod ſit uxor Socii ſui, & cogitet quod id ſit res licita ſibi; pariter ſi occidit aliquem & neſciat quod ſit nefas occidere; ecce ille proximus eſt ſuperbe peccanti, & interficietur, nec id ipſi imputabitur quaſi error, quia illi incumbebat diſcere & non didicit. [d]

NOTÆ.

[a] De peccatis per errorem, & Sacrificiis pro illis per Iſraëlitas offerendis, vide *Majem.* integro Tractatu, in *Jad Chaſaka Tom.* III.

[b] גואל, erat ex Jure Hebræo vindex, ſanguinis. An vero idem jus Noachidis! Atqui ante Moſen non eſt illius exemplum. De Levìratus jure tamen habetur, *Geneſ.* xxxviii. 7, 8. quod obſervatum eſſe מבית דין של שם ex conſiſtorio Semi, ajunt Magiſtri.

[c] De civitatibus refugii vide *Miſn. Maccoth, cap.* ii. §. 4. & in *Gemar. c.* II. Non profuiſſe Noachidis civitates refugii, ſi Iſraëlitam occidiſſet, alias docent *Majem. Tract.* רוצח, de *homicidis*, *cap.* v. Nempe filiis Iſraël tantum data ſunt Azyla, *Num.* xxxv. 16. Quamquam ibi Proſelytis idem jus aſſeratur. At Judæi volunt, Proſelytis quidem domicilii idem jus eſſe, ſed ſi Socium ſuæ conditionis, non Iſraëlitam occidiſſent. Sic in rem ſuam verba legis torquent.

[d] Igno-

Digitized by Google

[*d*] Ignorantia divini Juris, uti pravæ diſpoſitionis non excuſat. Etenim ſi excuſet a tanto, non a toto. Peccatum eſt utique ignorare jus divinum lege expreſſum, maxime cum adeſt ſupina negligentia. Quin pœna eſt peccati, uti eſt cœcitas ſpiritualis, quod egregie ex Auguſtino docet *Janſenius* contra Jeſuitas, *Tom.* II. *de Statu N. Lapſæ*, *lib.* II. *c.* 2.

II. Noachides ſi vi cogeretur transgredi unum ex ſibi præceptis, liceret ipſi id transgredi. Quin ſi cogeretur idola (*a*) colere, poſſet. Nam Noachidæ non acceperunt præceptum de (*b*) ſanctificatione nominis Dei. Præterea nunquam puniunt ex illis (*c*) minorennes, ſurdos, mente carentes, quia illi non ſunt filii præceptorum.

NOTÆ.

(*a*) Atqui Idololatria adverſatur Juri naturali, uti τῷ γνωςῷ τ͂ θεȣ͂, ut bene Paulus, *Rom.* i. 19. Quin etiam præceptum Noachidarum I. eſt על עבודה זרה, contra Idololatriam: cur quis illud violet, vel coactus, ſine peccato? Quid? propter eam occidendus erat Gentilis a victore Judæo, niſi deſereret; imo ad omnia vii. præcepta Noachi obſervanda Gentilis cogi poterat: an iterum Noachides coactus jure conceſſo illa violare quiverit? Vide *cap.* ix. §. 1.

[*b*] Quaſi illud ſolis Iſraëlitis ſit præceptum, cum etiam præceptum Noachidarum II. ſit על ברכת השם, *de benedictione divini nominis*, vel contra blaſphemiam, uti plerum

rumque vertunt. Vide *Majem.* de *Fundam. Legis*, *cap.* 5. Quin Noachides morte erat plectendus, ſi nomen vel cognomen Dei blaſphemaſſet, ut ante vidimus *cap.* ix. 3. Cur ergo in *Gemara Sanhedrin cap.* 8. diſputant Magiſtri, *an præceptum de ſanctificatione nominis divini ad Noachidas pertineat*? Ajunt autem, ad ſanctificationem nominis teneri quidem Noachidas inter Iſraëlitas, non inter Gentiles, adducto Naamanis (Proſelyti domicilii) exemplo, quaſi Propheta ipſi licitam idololatriam in templo Rimmon permiſiſſet. Quænam autem peccata coactus Iſraëlita committere poſſit, determinat dictator *Majemonides loco citato.* Nimirum excipit tantummodo Idololatriam, adulterium & homicidium, de quibus tamen diſputant Thalmudici ad *Miſnam de Idololatria*, quibusdam aliud decernentibus, Lege *Seld. de Jure Nat. & Gent. lib.* ii. *c.* 11.

[*c*] Natus annos XIII. apud Judæos fit בן מצוה filius præcepti, quod Iſmaël illhoc anno ſit circumciſus. Vide *Fagium ad Pirke Aboth*, *p.* 128. *Aben Ezr. ad Geneſ.* xvii. 14. *Buxtorf. Synag. Jud. cap.* 3.

III. Noachides, qui factus eſt Proſelytus, & (*a*) circumciſus ac baptizatus eſt, & poſtea vult recedere a Deo, ut fiat Proſelytus tantum domicilii, ſicuti prius fuit, non auditur: ſed erit plane uti Iſraëlita, vel (*b*) occidetur. At ſi minorennis fuerit, cum Baptizavit eum domus Judicii (Triumviralis) poterit

terit delere (*c*) cum adoleviſſet, ut fieret tantum Proſelytus domicilii. Verum ſi non deleverit ſuo tempore, non poterit iterum delere, ſed fuerit Proſelytus Juſtitiæ. Quare ſi Iſraëlita congreſſus ſit cum minorenni, quam (*d*) baptizavit domus Judicii, pecunia dotis illius, vel mulcta cogentis, aut ſeducentis, erit plane ſub poteſtate domus Judicii, usque dum adoleverit, & non deleverit Proſelytisмиm; ne illa pecuniam accipiat, & adoleſcens deleat, eaque inveniatur ex ea victitans in ſuo Gentilismo, ac conſumens & pervertens id, ad quod Jus non habet, niſi ex Juribus Iſraëlitarum. (*e*)

Notæ.

(*a*) Nempe tribus quis fiebat Proſelytus Juſtitiæ, ſacrificio, circumciſione & baptiſmo. Vide *cap.* ix.

(*b*) Pariter Judæi pro ſuo rigore volunt omnes מינים, hereticos, idololatras, ac peccantes cum contemptu Numinis, Epicureos, qui abnegant Legem & Prophetias, occidi poſſe ab eo, cui facultas eſt eos occidendi, imo etiam ſi palam non poſſit, dolis & fraudibus. Vide *Selden. de J. N. & Gent. lib.* iv. *c.* 3. Quid non faceret ſævum genus hominum, ſi rerum potiretur in Chriſtianos? Attendite Jeſuitæ, habetis Patriarchas!

(*c*) Id eſt, renuntiare Proſelytiſmo, quod Apoſtata deleret ſuum nomen ex catalogo Proſely-

ſelytorum juſtitiæ. Confer loca, ubi delendo nomine ex *libro vitæ* agitur.

(*d*) Etiam mulieres baptizantur, ad Proſelytiſmum absque circumciſione admiſſæ. Vide *Majem. Tract.* מקואות *cap.* 1. 4. Quamquam conati ſint aliquando nonnulli hunc Baptiſmum abrogare propter mulieres Galilæas, quæ immerſæ gelidis aquis ſterileſcebant; *Thalm. Hieroſ. Berachoth.* Modus hic erat. Mulier ponebatur in aquis usque ad collum; duo ſocii de præceptis eam edocebant; illa interea ſe immergebat; ſocii vero adverſo vultu exibant, dum illa ex aquis adſcenderet. *Majem. l. c.* Imitati ritum ſunt primitus Chriſtiani. Vide *Hoornb. Diſſ. de Baptiſ. Vet.* & *Voſſium Diſpp. de Baptiſmo.*

(*e*) Verba ſunt deſumpta ex *Gem. Kethub. c.* 1. Nempe ad uſum profanum intervertere vel conſumere pecuniam non licebat Gentili mulierculæ, quæ ex jure Iſraëlitico, cui jam renuntiaverat, ipſi ante debebatur. Vide alia *Majemonidis* apud *Selden. de Syned. lib.* 11. *c.* 3. §. 2.

IV. Noachides, qui blaſphemavit Deum aut coluit idola, vel congreſſus eſt cum uxore [*a*] ſocii ſui, ſive occidit ſocium ſuum, & fit Proſelytus, [*b*] liber eſt. Sed ſi occiderit Iſraëlitam, vel congreſſus ſit cum uxore Iſraëlitæ, & fiat Proſelytus, reus eſt, & occidendus [*c*] propter filium Iſraëlis, ac ſtrangulandus [*d*] propter uxorem Iſraëlitæ, quam ſuppreſſit; nam ecce mutatum eſt ejus Judicium. [*e*]

Notæ

NOTÆ.

[*a*] Id eſt Noachidæ. Sic Judæi habebant ſocios ſuos ejuſdem religionis conſortes; cæteros non habebant ut proximos. Itaque jura amoris ad hoſce fere reſtringebant, & quod ſibi vetitum putabant in Iſraëlitas agere, id ſibi licitum in gentes cenſebant. Vide *Kimchi ad Pſal.* xv. 3. Mirum ni permittant in Noachidas & Gentiles mentiri, quod lex IX decalogi vetet in proximum dicere falſum teſtimonium.

[*b*] Id eſt Juſtitiæ. Tantum valet apud Judæos Proſelytiſmus. Ratio erat quod putarent Proſelytum fieri hominem novum, inſtar infantis ἀρτιγεννήτου. Vide ante *cap.* IX. & *Gem. Babyl. ad Jebam. c.* 4. Imitantur Monachi, quando ob votum Monachatus crimine & pœna reos abſolvunt.

[*c*] Nimirum gladio ex jure Noachico & Iſraëlitico ſimul.

(*d*) Si concubuiſſet cum uxore Noachica, gladii pœna erat tollendus de medio, ex jure Noachidarum; at cum jam cum Iſraëlitide concubuerat, erat ſtrangulandus, ex jure Hebræo, ita enim eſt in *Miſn. Sanhed. cap.* X. §. I.

(*e*) Id eſt, puniendus erat non ex jure Noachidarum, ſed Iſraëlitarum, ad quos mulier pertinebat. Hinc enim mutabatur forum & pœna. Alio tamen modo puniebatur Gentilis hoc crimen committens, id eſt gladio. Vide *cap.* IX. 7. Eſt autem hæc de pœnis regula, quam ex Thalmudicis habet *Majemonides Sanhed. cap.* XIV. §. 4. *Gravior eſt lapidatio combuſtione, combuſtio gladio, gladiusque ſtrangulatione.* Mirum eſt autem Clar. *Wagen-*

Wagenzelium Diſſert. de Sceptro Judæ (habetur in *Telis ignitis Satanæ*, & *Faſc.* IV.) ultima verba, aliunde citata, ſic vertiſſe, *gladii pœna mitior eſt ſtrangulatione.* Longe aliter ipſe *Notis ad Sotam*, *p.* 126. Quippe caput a corpore avellere & ſanguinem humanum in terram effundere Judæi ſemper abominabile ſupplicii genus crediderunt. Vide *Miſn. Sanhed. cap.* vii. §. 3. Idem hodie arbitrantur Turcæ, apud quos ſtrangulatio gladii pœna nobilior eſt. At aliter Gentiles, & imprimis Romani, quos nos imitamur. Videbatur ergo adulteri Noachidæ pœna minui, ſi cum Iſraëlitide peccaſſet, quod quodammodo in ſocietatem Iſraëliticam carnali copula tranſiviſſet; ſed forte ſuo judicio gravius plectebatur ſtrangulatione, quam gladio.

V. Ante (*a*) explicuimus, quod omnis pœna Noachidarum fiat gladio. At ſi coiërit cum uxore Iſraëlitæ adhuc juvencula deſponſata (*b*) lapidabitur; & ſi eam ſubegerit poſtquam deducta in Thalamum, at necdum congreſſu conjugata, ſtrangulabitur.

NOTÆ.

(*a*) Vide *cap.* ix. §. 7.

(*b*) Ex jure Iſraëlitico. Vide *Miſn. Sanhed. c.* 7. Vide ad hæc *Selden. de J. N. & G. lib.* vii. *c.* 7. & de modo Lapidationis, *Miſn. Sanhed. c.* VI. Sunt qui exinde colligant mulierem deprehenſam in adulterio *Joh.* viii. deſponſatam fuiſſe. Quamquam imbecille hoc eſt argumentum, arbitrante Kimchio adult[illegible]i Iſraëlitidis pœnam

nam omnino etiam Lapidationem fuiſſe ex *Ezech.* xvi. 48.

VI. Ex traditione eſt, quod Noachidæ prohibiti ſint miſcere (*a*) beſtias, aut inſerere arboribus diverſas ſpecies; non vero ob id interficiendi. Gentilis autem ſi percuſſerit Iſraëlitam, etiamque vulneraverit, licet ſit mortis reus, non tamen occiditur. (*b*)

NOTÆ.

(*a*) Lex extat id prohibens, *Levit.* xix. 19 *Deut.* xxii. 9. ad quam vide *Weemſe Exerc. Judic. Selden. de J. N. & G. lib.* vii. *c.* 3. Fuſe agunt Judæi de non miſcendis Heterogeneis ad Miſnam כלאים. Confer etiam *Majem. M. Neb. Part.* iii. *c.* 47, 49. Nec dubitem, quin Deus docere voluerit per adulterina contagia, ſeu naturæ adulteria, invitos vagoſque coitus (ceu loquitur *Ambroſ. Hexaëm. Lib.* v. *c.* 3. 16.) naturam a ſe inſtitutam non eſſe depravandam, ſinceritati & ſimplicitati eſſe ſtudendum, ac fugiendam eſſe omnem cum heterogeneis Gentibus commixtionem. Peſſime autem hæc trahunt ad denotandam Dei Unitatem contra Chriſtianos, apud *Hakſp. Not. ad Lipm. p.* 285.

(*b*) En Judæorum ſuperbiam & clementiam! ſunt filii Regum! ſic ante ex *Tract. Sabbath* obſervatum. Unde probabunt autem percuſſionem & vulnera Iſraëlitæ mortem mereri? nempe exemplo Moſis, qui Ægyptium occidit. Vide *Hakſp. ad Lipm. p.* 279.

VII. Circumciſio præcepta eſt Abrahamo (*a*) & ſemini ejus tantum, uti dicitur * *tu circumcideris & ſemen tuum poſt te.* At ſemen (*b*) Iſmaëlis excluſum eſt, quia dicitur † *in Iſaaco vocabitur ſemen tuum*; etiam excluſus eſt Eſau, nam ecce Iſaac dixit ‡ Jacobo, *det tibi (Deus) benedictionem Abrahami, tibi & ſemini tuo.* Summa eſt, quod illi tantum ſint ſemen Abrahæ, qui recipiunt legem & viam ejus rectam, ac obligentur ad circumciſionem.

* *Gen.* XVII. 9. † XXI. 12. ‡ XXVIII. 4.

NOTÆ.

(*a*) Non ex Gentibus, ſed ex Abrahamo circumciſio eſt. Recte. Sic noſter Chriſtus, *Joh.* vii. 22. & Stephanus *Act.* vii. 8. Quam pudendum autem eſt Sacramentum Juſtitiæ fidei a Chamitica gente, id eſt Ægyptia, repetere, quod profano auſu nuper fecere *Marshamus* & *Spencerus*? vide *Rom.* iv. 11. At error Socinianus de ſtatu Patrum ſub V. T. tantæ audaciæ cauſa fuit. Caveant Philologi, ſi velint eſſe orthodoxi. De cauſa inſtitutæ circumciſionis, vide *Majem. M. Neb. p.* III. *c.* 49. At non eſt aſſecutus Sacramenti myſterium.

(*b*) Non tamen dubium eſt ab Iſmaëlitis ad varias nationes, maximeque Arabes circumciſionem perveniſſe. Neque Mohammed in iſta gente circumciſionem præcepit, ſed habuit & retinuit.

tinuit. Vide *Pokok Not. ad Abulfarajum.* Quin Ægyptii, de quibus *Herod. lib.* II. *c.* 37. ab Iſraëlitis receperunt potius circumciſionem (rerum potiente ibi & docente aliquandiu Joſepho) quam ut illi ab iſtis eam ſuſceperint. Lege interim *Origen. C. Celſ. lib.* v. eruditas *Gothofredi ad Philoſt. notas, lib.* iii. *c.* 4. *Seld. de Syned. lib.* II. *c.* 3. §. 4. Obſerva porro morem Judæorum, quando aliquem ante a Gentibus circumciſum initiarent. Nempe eliciebant ex præteritæ circumciſionis cicatrice דם הברית *ſanguinem fœderis*, & dein ſanato vulnere baptizabant, *Majem. Iſſ. Biab, cap.* xvi. §. 5.

VIII. Dixerunt ſapientes, quod filii [*a*] Kethuræ qui ſunt ſemen Abrahæ, quod venit poſt Iſmaëlem & Iſaacum, obligentur ad circumciſionem; ac cum mixti ſint [*b*] hodie filii Iſraël filiis Kethuræ, omnes obligentur circumcidi octavo die, ſed non debeant, ob eam (neglectam) occidi.

NOTÆ.

[*a*] De proſapia Kethuræ, quam male Jonathan & Jarchius ad *Geneſ.* xxv. I. confundunt cum Hagare, lege *ibidem verſ.* 2. & confer *Seld. de Syned. lib.* II. *c.* III. §. 4. ac *Joſeph. Antiq. lib.* I. *c.* 16. ubi ait quoque Sabæos ex Kethura ortos. Obſerva interim non *Rimam* ſed *Januam*, per quam circumciſio ad multas nationes pervenire potuerit. Lege *Grot. de Verit. Relig. lib.* I. *de Jure B. & P. lib.* I. *c.* I. §. 16.

[*b*] Refert *Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. lib.* iii. *c.* 4.

Home-

Homeritas ex Kethura natos & circumciſos octavo die, atque haud exiguum numerum Judæorum ipſis eſſe permixtum. Adeo fatentur Judæi multos Iſraëlitarum (ex decem tribubus absque dubio, cum admodum de proſapia Jehudæ gloriantur) ad Gentilismum defeciſſe. Si revertantur iſti in diebus Meſſiæ, æquum eſt expectent vocationem gentium, non excidium.

IX. Gentilis Idololatra, qui occupatur (*a*) in lege, reus eſt mortis. Non enim eſt, quod occupetur, niſi in VII. præceptis, quæ ad Gentiles modo pertinent. Quare Gentilis Idololatra, qui (*b*) Sabbathum obſervaret, etiam aliquo die ex diebus profanis, atque eum faceret ſibi uti Sabbathum, reus eſt. Nec opus eſt dicere, ſi ſibi feſtum diem faceret. Summa rei eſt, non permittitur Gentilibus religionem novare aut ſibi facere præcepta ex ſua opinione; ſed aut erit Proſelytus Juſtitiæ & omnia præcepta recipiet, vel conſiſtet in ſua lege, nec addet nec detrahet. Ac ſi operetur in Lege, vel Sabbathum obſervet, aut quid innovet, eum cædunt, ac puniunt, ipſique ſignificabunt, quod idcirco reus ſit mortis: licet non occidatur.

NOTÆ.

(*a*) Lex eſt enim hæreditas Iſraëlis. Nolunt ſua ſacra eſſe commu[illegible]a Judæi. Bene habet, quod non ſint Juris naturalis & univerſalis,

lis, ut ad omnes nationes ſua æquitate pertineant. Quid mirum ſi abrogari poſſint in diebus Meſſiæ, cum vocari debebant gentes? Conferri hic meretur, quod eſt in *Excerpt. Gemar. Sanhed. cap.* VII. *c.* 6. ubi ajunt Judæi, *Gentilem, qui legi dat operam, eſſe mortis reum, quod ſit fur ſacrorum.* Lege alia apud *Hakſp. Not. ad Lipm. p.* 278.

(*b*) At lex de Sabbatho pleriſque Judæorum eſt antiquior lege Moſis ipſoque Noacho, utpote primævæ originis, ante peccatum Adami; cur ergo Gentilis Sabbathum obſervans occidatur? Lege *Meyer. de Feſtis c.* 6. Eſſe autem quietis Sabbathicæ ſeptimo die apud gentes veſtigia Theologi oſtendunt. Confer. *Grot. de Verit. Relig. Chr. lib.* 1. *c.* 16. *Selden. de Jure Nat. & Gent. lib.* iii. *c.* 16. At Judæi Sabbathum ſibi uti privatum aſſerunt, quod ſit datum in ſignum inter Deum & Iſraëlem, ut oſtendatur Gentibus non dari requiem beatæ vitæ, ſed tantum Iſraëlitis. Quare etiam Sabbathum, uti *Sponſam* Iſraelis ſalutant & oſculantur, cum qua gentes nihil habeant commercii. Vide *Selden. ibidem cap.* 10.

X. Noachides, qui velit obſervare aliquod præceptum ex reliquis legis mandatis, ut accipiat mercedem, non prohibetur id obſervare, juxta ordinem conſtitutum; ac ſi adferat holocauſtum, recipietur (*a*) ab eo, ſi Eleemoſynam (*b*) dederit, recipietur ab illo. Et mihi videtur, quod ea diſtribui debeat pau-

peribus Iſraëlis, eo quod iſte (Noachides) nutriatur ex Iſraële. Nam præceptum eſt (*c*) eum ſuſtentare. At ſi Gentilis det Eleemoſynam, recipitur (*d*) quidem ab illo, ſed ea datur pauperibus gentium.

Notæ.

(*a*) At cur a Noachida recipitur ſacrificium, qui abnuit circumcidi? An pro ipſo in Dei templo offerri poteſt? Sane Judæi coacti fuere pro ipſis Gentilibus Romanis ſacrificia offerre, ad ea recipientes ipſorum donaria, iras eorum admodum metuentes aut experti, ubi omitterent, quod notatum eſt non uno loco a *Philone Judæo in Legatione ad Cajum pag.* 1014. 1025. 1031. 1036. 1041. Quo id fecerint animo viderint. Diſtinguunt interim inter ſacrificia pacifica (ceu munera) & ſacrificia pro peccato & reatu: illa recipiunt Magiſtri a Gentilibus, non hoc, uti nec ſiclos, *Miſn. Schekalim* §. 5. *Maj. de Negot. Sacrif. c.* iii. §. 21.

[*b*] צדקה ſic appellant Rabbini Eleemoſynam ex ſumma æquitate, addita meriti opinione. De Jure Eleemoſynæ vide *Majem. Tract. de donis pauperum cap.* 7, 8, 9. Plurimas autem illius laudes vide apud *Buxtorf. in Florileg. p.* 88. Nec vacat dicta Hebræorum compilare. In *Gemar. Sanhed. c.* iv. §. 4. hoc habes; *qui in jejunio noctem unam differt Eleemoſynam, eſt quaſi ſanguinem effunderet, ex Jeſ.* 1, 21. Adde plurima ex libro *Sohar in Kabb. Denudata T.* i. p. 45.

[*c*] Legibus Moſaicis. [illegible] enim ſpectabant præcepta de relinquendis in Meſſe agrorum angulis,

gulis, ſpecilegiis, racemulis vineæ, decimis triannuis, annis Sabbathicis. *Levit.* xix. 10. xxiii. 2, 3. xxv. 2. 6. *Deut.* xiv. 28. xxiv. 21.

[*d*] Lege *Majem. de Donis Pauper. cap.* viii. ubi plurima in hanc rem. Nempe fas non erat Iſraëlitæ Eleemoſynam recipere a Gentibus palam, niſi ſumma neceſſitate. Si Rex eam mitteret ad Iſraëlitas, recipienda erat ob Regis reverentiam, & metum iræ ex contemptu, ſed clam eroganda iterum pauperibus gentium. Quippe cum gentibus idololatris vetita erat omnis communio. Vide *Seld. de Syned. lib. c.* 9.

XI. Debet domus Judicii Iſraëlitarum conſtituere judices iſtis Proſelytis (domicilii) qui cogitant judicare eos ſecundum jura ipſorum (*a*) ne perdatur mundus. Si videatur conſultum conſtituere Judices ex ipſis Noachidis, conſtituunt; at ſi videatur ponendos eſſe ex Iſraële, ponunt.

NOTÆ.

(*a*) Scilicet in legibus Noachicis erat penultima de conſtituendis Judiciis. Fiat Juſtitia aut pereat mundus. At ubi in Scripturis Judices deſcribuntur, qui Noachidis præeſſent, judicaturi ex ipſorum Juribus? ubi ſunt conſtituti vel Noachidæ, vel Iſraëlitæ? Judicia ſua uti Jura diſtincta eſſe volunt a Judiciis & Juribus Noachidarum in Iſraële viventium. At unde probaverint diverſa δικαστήρια, ipſi videant. Nihil certi habent Judæi de ſuis Synedriis, quin Synedrii magni antiquitate, imo potius fabuloſa ut

oſtenderunt Viri egregii *Vorſtius*, *Conringius*, alii; quid adeo nobis narrant quaſi certa fide Noachidarum inter Iſraëlitas Judicia? Utique credulus hic nimis *Seldenus* videtur de *Synedr. lib.* II. *cap.* 3.

XII. Duo Gentiles Idololatræ, qui coram (*a*) Te veniunt ad judicia ſecundum jura Iſraëlis, ſi velint judicari juxta (*b*) legis jura, judicantur. At cum unus vult, & alter non vult, non cogunt eum judicari, niſi ſecundum jura ſua. Cum vero fuerit Iſraëlita & Gentilis Idololatra, ſi conveniat Iſraëlitæ judicari ſecundum jura (*c*) Noachidarum, judicabunt ſecundum eorum jura, & dicent Gentili, talia ſunt jura veſtra: at ſi conveniat illi ſecundum noſtra jura judicari, judicabunt ſecundum jus legis, & dicent Gentili, talia ſunt jura noſtra. Ac mihi videtur, quod ſic agendum non ſit cum Proſelytis Domicilii, ſed quod debeant (*d*) judicari ſecundum ipſorum jura. Pariter mihi videtur, quod ſemper conveniat agere cum Proſelytis Domicilii ſecundum mores terræ & retributionem (*e*) p orum, uti cum Iſraëlita. Nam ecce juſſi ſumus eos ſuſtentare, uti dicitur, * *dabis peregrino illud, qui eſt in portis tuis, ut edat.* Atque illud quod dicunt Sapientes, non duplicant (*f*) illis pacem, non eſt dictum de Proſelyto Domicilii. Quamquam de Gentibus juſ-
ſerunt

ſerunt Sapientes, ut ægrotos eorum (*g*) viſitaremus, mortuos ipſorum ſepeliremus uti mortuos Iſraëlis, pauperibus illorum nutrimentum daremus inter pauperes Iſraëlis, propter (*h*) viam pacis. Nam ecce dicitur, † *bonus eſt Jehova omnibus & miſericordiæ ejus ſunt ſuper omnia opera ejus:* atque etiam dictum eſt, ‡ *Viæ ejus ſunt jucundæ & omnes ſemitæ ejus pax.*

* *Deut.* XIV. 21. † *Pſal.* CXLV. 2. ‡ *Prov.* III. 17.

NOTÆ.

[*a*] Ut electo Judice vel arbitro, & quaſi ex compromiſſo.

[*b*] At quî judicantur extranei ex jure Legis, quæ tantum ad Iſraëlitas uti hæreditas pertinet? cur paulo poſt Proſelytum Domicilii, longe meliorem ab hoc privilegio repellit?

[*c*] Spectanda hic erat utilitas Iſraëlitæ, uti potioris & dignioris, imo quaſi Domini, & filii Regis Magni, id eſt, Dei.

[*d*] Niſi ubi in juris Iſraëlitici capita aliquot quid commiſiſſet culpæ vel injuriæ.

[*e*] Inter illos enim erant חסידי האומות העולם *pii nationum mundi*, ad quos etiam portio vitæ æternæ pertineret. Sic enim credunt Judæi. Vide ante *cap.* IX.

[*f*] Id eſt ſalutationem, qua fiebat apprecatio pacis. Vide *Majem. de Idolol. cap.* X. §. 6. Ratio eſt, quia שלום eſt Dei nomen, *Judic.* VI. 24. Porro affectu ſingulari Hebræi duplica-

bant, id eſt, iterabant amicas pacis ſalutationes, ac quidem humili reverentia ſuis Doctoribus, Rabbinis, ac Principibus, dicentes *pax domino, pax domino, pax principi, pax principi*, & probabant ex 1 *Chron.* xii. 18. II *Sam.* xvi. 16. Nempe alio modo ſalutandi erant doctores alio privati, uti eſt in *Pirke Abotb*, *cap.* iv. Confer omnino *Matth.* xxiii. 7. Sic Judas *bis* ſalutavit Chriſtum, *Rabbi*, *Rabbi*, quaſi duplicaret, *Marc.* xiv. 45. dum interea adulatur, mentitur, prodit, ad necem odit. Cœterum rigor Apoſtolicus fuit, non ſalutare amica ſalutatione in nomine Chriſti, qui fidem Euangelii non haberent, vel peſſimis erroribus abnegarent. 2 *Job. verſ.* 10. Sane Judæi ſibi peculiarem aſſerebant ſalutationem ex voluntate Synedrii Magni, a quo, conſentiente domo Judicii cœleſtis, decreta erat *Devotio Hierichuntis*, *Lectio voluminis Eſtber*, & *Salutatio in nomine Domini*, de qua *Ruth* ii. 4. Lege *Miſn. Tract. Berach c.* ix. §. 5. in fine, & Confer *Selden. de Jure N.& G. lib.* vii. *c.* 4. Cur non ſalutatio Chriſtiana ex amore fraterno fidelibus privata eſſet? Addere hic debemus, quæ in *Maſſ. Gittim cap.* v. leguntur, *nemo* (Judæus) *ingrediatur in domum alienigenæ tempore feſtivitatis ejus*, *ut det ei pacem*, id eſt, ſalutet; *ſi eum in platea offendat*, *ſalutet eum ſubmiſſe*, & *inclinato capite.* Quin ibidem refertur, non defuiſſe, qui vocem שלום in ſalutatione gentium ſic effugerent, ut illi ſubſtituerent אתחזקו vel אשרתא *validi eſtote*, *firmum ſit* opus veſtrum. Confer *Hakſp. ad Nitzachon Lipm p.* 276.

[g] Qui *ægrotum viſitat*, *liberatur a pœna inferni*, ſic Magiſtri, qui ביקור חולין numerant inter ſex

ſex illa, quæ ſæculum futurum merentur, apud *Hakſpan. Not. ad Lipman. p.* 441. adde *Vorſt. Not. ad Pirke Eliezer*, *p.* 116. Sed vide imprimis *Majem. de Idolol. cap.* x. §. 2, 5, 6. ubi permiſſum Idololatris ex metu medicinam facere, non gratis, ſed mercede, egenosque ſuſtentare; at prohibitum illis gratuita dare munera. Concillet hæc Majemonides cum locis ſtatim ab ipſo citatis. Egregiam vero notam ſuis inurit, ubi hanc eorum praxin commendat! Novit quo animo in Ægypto medicinam fecerit. Quid mirum, ſi Chriſtiani de ipſorum crudeli malitia querantur in *Schebeth Juda*, *pag.* 31. nec eſt, quod doleant ſe male ſœpius ab iis habitos. Indigni ſunt ut in genere humano vivant, qui ferinis odiis ardent in Chriſtianos & ſe ſupra humanam adeo ſortem extollunt, ut nos beſtiis paulo meliores habeant. *Ibidem.* Adde *Matth. Paris in Richardo* I. *p. m.* 148. 151. *Avent. Ann. Boj. lib.* v. *p.* 598. & vii. *p. m.* 776. 791. Hiſce adde, quod in *Maſſ. Thalm. Aboda Sara* nolunt *filiam Iſraël obſtetricem eſſe Gentili, aut lactare illius filium*, niſi forte *impetrata* a Magiſtris *licentia.* Quid enim canibus beneficii præſtarent, qui ſoli ſunt homines? Eo enim trahunt locum *Ezech.* xxxiv. 31. Lege *Hakſp. ad Nitzachon Lipmanni*, *p.* 277. & *p.* 280. ubi hæc habes hoſtium generis humani effata ex Thalmude & Rabbinis, *omnes opes gentium ſunt inſtar deſerti*, *ſunt occupantis*; *bonis ſpoliare Gentiles interdictum eſt* (lege Rabbinica, ne infœlices furum pœnam incurrant) *at res amiſſæ non ſunt illis reſtituendæ. Si quis furi quid eripiat, non tenetur pœna præſcripta Exod.* XXII. I. *quia dictum eſt*, *ſi e domo viri abſtulit aliquid*,

quid, non e domo furis: eadem ratio eſt, ſi Judæus Gentili aliquid ſurripuerit. En caſuiſtas! En Chriſtianorum expilatores, ubi modo absque metu quædam eſt occaſio!

[*h*] Id eſt, humanitatis, concordiæ, pacis externæ & communis, qua Judæi etiam opus habent, cauſa; non omnino ex divina lege, qua Gentiles egenos & miſeros contineri nolunt. Sic in *Miſn.* שביעית *cap.* IV. §. 3. R. Jehuda, *quærunt de pace Gentilem Idololatram* מפני דרכי שלום *propter viam pacis*, id eſt, ut quiete vivere inter eos poſſint. Alias phraſis מפני דרכי שלום ſignificat etiam apud Rabbinos *honoris cauſa*, uti *Miſn. Tract. de Siclis* §. 3. *a Sacerdotibus non accipiunt pignora honoris cauſa.*

R. MO-

R. MOSIS MAJEMONIDIS
DOCTRINA
DE
REGE MESSIA,
EX
Capp. XI. & XII.
TRACTATUS
DE
Regibus & eorum bellis,
aliisque illius ſcriptis
EXPOSITA.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. MOSIS MAJEMONIDIS

DOCTRINA

ET

REGE MESSIA,

Caput I.

De Regno Meſſiæ, illiusque adventu, ſignis ac negotiis.

א. המלך המשיח עתיד לעמוד ולהחזיר מלכות בית דוד לישנה הממשלה הראשונה. ובונה המקדש ומקבץ נדחי ישראל.

I. Futurum eſt ut Rex [a] Meſſias exſurgat & regnum domus Davidis reſtituat, reducatque priſtinum imperium [b]. Ille ædificabit [c] templum & recolliget diſperſos [d] Iſraëlis.

Notæ.

[a] Meſſiam habent Judæi Regem, non adeo Prophetam, minime Sacerdotem, contra

Pſal.

Digitized by Google

Pſal. cx. 4. *Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchizedek*, locum contra Judæos vindicatum habes apud *Glaſſ. in Chriſtologia* & *Hakſpan. in Sylloge diſſertationum.* Adde *Jeſ.* LIII. 10. & *L'Empereurii* contra Abarbinelem *notas*. Atque hinc omnis eorum error & ἀπιϛία contra J. Chriſtum, dum negant paſſiones Meſſiæ expiatorias, & diſerte impugnant ejus ſatisfactionem, ut videre eſt apud *Abarbin. in Jeſ.* Liii. Nec fortiores deinde commentus eſt Socinus objectiones. Confer *Hulſ. in Nucleo Prophetico.*

[*b*] Nempe expectant Judæi Meſſiam Regem terrenum ac mundanum, qui Davidi ac Salomoni ſit comparandus, intenti in Liberatorem, qui eos ex ſervitute ſubjugandarum ac perdendarum gentium eripiat, revera regulum ſi contendantur Judæorum commenta cum iſtis, quæ in Prophetis de glorioſo Meſſiæ imperio ac beneficiis dicuntur. Vide *Hoornb. c. Jud. lib.* iii. *c.* 2. Exiſtimant utique Judæi hoc Regnum in terra Canaam eſſe erigendum, in quam ſperant ביאה שלישית *tertium* ingreſſum, poſt *primum* tempore Joſuæ & *ſecundum* ex captivitate Babylonica, de quibus videre licet *Gem. Senhed. c.* xi. §. 35. *Majem. Tract. Schemitta Vejobel. c.* x. §. 3. xiii. 15, 16. Atque iſtud regnum precantur, ubi cibo benedicunt, apud *Majem. Tract. de Precib. fol.* 128. hoc modo, *miſerere, Domine Iſraëlis, Populi tui, Jeruſalemi, Sionis, domus de magnæ & ſanctæ, ac regni Davidis uncti tui, ut reedat illud in locum ſuum noſtris diebus*, & *proxime ædificetur Jeruſalem.* Porro pro reducendo Davidis Regno citant loca 1 *Reg.* xi. 39. *Ezech.* xxxvii. 19. 22. 24. Vide *Hakſp. ad Lipm. p. ſeqq.*

[*c*] Ter-

[*c*] Tertium aliquod Templum optant Judæi, de quo intelligunt vaticinia *Ezechielis* ultima, *cap.* XLvii. Quin & *Abarbinel* arbitratur *Haggæum cap.* II. de hoc Templo vaticinari, ut vim argumenti pro noſtro Meſſiæ effugeret, cum tamen diſerte ibi loquatur Jehova, *ego implebo* את הבית הזה *hanc domum mea gloria*. vs. 8. adde *Menaſſ. Ben Iſraël de Reſurrect. lib.* iii. *c.* 8. & *Hoornb. c. Jud. p.* 255. ubi videbis commiſſos fratres, dum alii *templum* רוחני *ſpirituale* per Meſſiam erigendum attendunt, quod ſane noſter fecit juxta *Zach.* vi. 13. Quam autem debent gaudere etiam hodie Judæi, quando legunt in ſuo *Sohar col.* 280. qui triſtis eſt, & capit cibum propter vaſtationem ſanctuarii, hoc Deus illi imputat, ac ſi illud reædificaret? Vide *Rabb. Denud. T.* ii. *p.* 70.

[*d*] Etiam diſperſas x. Tribus, quæ necdum ex opinione Judaica redierunt, & de quibus nugaciſſimæ verpulorum fabulæ, quod habitent vel ultra flumen Sabbathionem, ſolo Sabbatho non labentem (confer *Gem. Sanhed. c.* vii. §. 8.) vel in America ultra altiſſimos montes, ut tandem deſperans *Menaſſe* in *ſpe Iſraëlis* credidit. Utique x. Tribus ex captivitate Babylonica nullatenus rediiſſe jam vetus Judæorum fuit opinio apud *Joſephum Antiq. lib.* xi. *c.* 5. quem nollem ſecutos eſſe quosdam Chriſtianos imprudentius, nominatim *Cunæum de Rep. Heb. lib.* 1. *c.* 10. Rediiſſe enim iſtarum tribuum plurimos debebat Chriſtianis conſtare ex *Epiſt. Jacob.* i. 1. 1 *Pet.* i. 1. Adde *Voet. Diſp. T.* II. *de Converſ. Jud. Wilhelmii diſperſionem δωδεκάφυλον, Ligtf. Tom.* II. *p.* 930. & Scripturæ loca 1 *Chron.* IX. 3. 2 *Chron.*

xxx. 11. xxxiv. 6, 9. *Jer.* xxxi. 10, 31. 1. 5. Interea ſunt Judæi, qui ſævi in decem Tribus, exiſtimant eas in ipſis diebus Meſſiæ nunquam redituras ex *Deut.* xxix. 28. apud *Raym. Mart. pug. fidei p.* 262. Quaſi vero tanta multitudo, quæ olim Judæorum fuit ubique, in Ægypto, Judæa, Galilæa, Græcia, Latio, glorantibus ipſis, conſtare abſque decem tribubus potuerit. Vide *Act.* ii. 9. *Joh.* xi. 52. Itaque credimus has jam rediiſſe, & congregatas per Meſſiam noſtrum, ut character hic, quem in futuro Meſſia requirit *Abarbinel in Jeſ. c.* xi. *fol.* 28. *col.* 2. noſtri Servatoris fuerit.

וחוזרין כל המשפטים בימיו כשהיו מקודם מקריבין קרבנות ועושין שמטין ויובלות ככל מצותה האמורה בתורה.	Atque in diebus ejus omnia jura [e], ſicut ante obtinuerunt, redibunt: offerent tum [b] Sacrificia, atque agent annos Sabbathicos ac [c] Jubilæos, ſecundum omne præceptum, de quo in lege dicitur.

NOTÆ.

[a] Reducendam quoque eſſe Legem ceremonialem tempore Meſſiæ Judæorum eſt ſomnium, qui non vident finem œconomiæ abrogandæ (2 *Cor.* iii. 9.) per ſatisfactionem Meſſiæ, *Dan.* ix. 24. Quid vero cogitarent de ipſius ſatisfactione, quando exilio, morte ſua, etiamque

que morte Moſis putant expiari peccata & remitti? Sic enim finiunt Libr. de vita & morte Moſis fabulam מיתת מושה מזבח כפרה לכל ישראל *mors Moſis ſit altare expiationis omnibus Iſraëlitis.* Interea tamen plurima ceremonialia excipiunt, apud *Raym. Mart. Pug. fid. part.* iii. *D.* iii. *c.* 11. 12. *Alting. Sil. lib.* v. *c.* 5. Quin in ויקרא רבא ſeu *Comment. magno in Levit.* traditio eſt, *omnia feſta ceſſatura in diebus Meſſiæ præter feſtum Eſthe-ræ, & diem expiationis.* Confer *Abrav. de Cap. fidei p.* 54. Notari autem hic meretur locus *Gem. Maccoth cap.* 3. ubi ſic Magiſtri, DCXIII. *præcepta dicta ſunt Moſi, verum David illa ad* XI. *revocavit, Pſal.* XV. *venit Micha & reduxit ad tria, cap.* vi. 8. *venit Habakuk & collegit omnia in unum, cap.* ii. 4. *Juſtus fide ſua vivet.* Hæc ad Euangelium accedunt, *Rom.* i. 17. Saltem novit ipſe Maimonius præcepta Moſis non eſſe ejusdem naturæ, æquitatis & rationis, uti docet in *More Neb. part.* III. Cur adeo vult omnia plane reſtitui per Meſſiam, quaſi ejusdem eſſent neceſſitatis?

[*b*] Cum ſtatuat Majemonides *ibidem cap.* xxxii. xxxvi. leges de ſacrificiis datas eſſe ex occaſione Gentilis Idololatriæ, nec propter ſe, ſed propter aliud, atque adeo non pertinere ad primariam Dei intentionem, ſed ſecundariam, citatis quoque locis, 1 *Sam.* xv. 22. *Jeſ.* 1. 11. *Jer.* VII. 22. quid adeo ſollicitus eſt de reducendis tempore Meſſiæ ſacrificiis? Quis tum erit Idololatriæ metus? Quin etiam communis fere eſt Judæorum ſententia, Legem de ſacrificiis datam eſſe ob peccatum vituli (quod adhuc luunt in *Schebh. Jehuda p.* 340.) in pœnam, etiam adducto loco, *Ezech.* xx. 25. uti videre

Digitized by Google

eſt apud *Kimch. in Pſal.* XL, 8. 9. (qui etiam *Comm. in Pſal.* L. 8. ait *victimas apud Deum non eſſe* דבר גדול *rem magni momenti*) *Abarbin. in Jer.* vii. 22. Cur attinuit eam in Regno Meſſiæ revocare? Cur, cum Paſcha celebrant, *reſtituendas* precantur *victimas*, *quarum ſanguis pertingat ad parietes altaris?* apud *Majem. Tract. de Azymo & Ferment. cap.* viii. §. 5. Igitur Thalmudici & Rabbini quidam dixere omnes oblationes eſſe ceſſaturas, præter confeſſionem laudis, apud *Vorſt. notis ad Abrav. de cap. fidei p.* 59. Quid! ipſe Maimonius obſervavit, futura ſacra templi Ezechielis eſſe non antiquas oblationes, ſed ſacrificia pacifica, quæ nunquam in mores populi tranſivere, apud *Cunæum de Rep. Hebr. lib.* 1. *c.* 17. Quid igitur adeo vult ſacrificia Moſaica in Regno Meſſiæ reſtituenda? Recte ergo Chriſtiani credunt Meſſiam (qui Legem moralem docuit, implevit, ſtabilivit, a corruptelis vindicavit, *Matth.* v. 20. *Rom.* iii. *ult.*) ceremonialia jura jure abrogaſſe, ſimulque impleviſſe, quod in typo ſignificatum erat, cum mutato ſacerdotio, legem ſacerdotii quoque mutari decuerit *Jeſ.* LIII. 50. *Dan.* ix. 24, 25. *Col.* ii. 17. *Heb.* vii. 12. & œconomia nova divini fœderis, oppoſita Moſaicæ, *Jer.* xxxi. 31. alia jura miniſterii poſtulaverit: quo argumento Nachmanides probavit hominem eſſe reſtituendum per Meſſiam eo ſtatui, quo fuit, antequam peccaſſet, apud *Joſ. de Voiſin ad pug. fid. p.* 121. Quare etiam Majemonides falſo, licet tacite, noſtrum Meſſiam uti ſeductorem perſtringit, quod leges quasdam abrogaverit, de *Fund. leg. cap.* ix. §. 2. Sed antiqua eſt Judæorum querela. *Act.* vi. 11.

11, 13. Confer interim ſe hic torquentem *Abravanelem de Cap. fidei cap.* xiii. cum *Vorſtii Notis.*

[*c*] Pluribus hæc Maimonius *Tract. de Ann. Sabb, & Jubil. cap.* xii. §. 16. ubi ait בביאה שלישית *ingreſſu tertio in terram Canaan futurum, ne rurſus numerent annos Sabbathicos & Jubilæos, & ſanctificent urbes munitas & terram decimis ſubjiciant.* Atqui anni Sabbathici & Jubilæi ad leges agrarias vel politiam terræ Canaan, unum populum, & typicum miniſterium pertinebant: non eſt igitur neceſſum reduci tempore Meſſiæ, diffundendo ejus Regno per omnes gentes. Vide *Hotting. de Leg. Heb. p.* 83. Quin etiam ſub Templo ſecundo lex agraria non fuit plane revocata, nec fuere celebrata Jubilæorum ſolemnia, utut numerata propter annos Sabbathicos, qui Judæos in anguſtias redegerunt non ſemel, ut ipſe *Majem. Tract. Schemita Vejobel cap.* 10. §. 3. 5. Lege *Cunæum de Republ. Jud. lib* 1. *c.* 6. *Conring. de temp. An. Sabb. p.* 171. Jubilæum typo ſane ſignificatum adducere debuit Meſſias, Chriſtus *Jeſ.* LXI. 1, 2. nec *Abarbinel* in *Commentario* plane Jubilæorum typos adventum Meſſiæ ſpectantes ignoravit: cur maneat typus re præſtita?

וכל מי שאינו מאמין בו או מי שאינו מחכה לביאתו לא בשאר נביאים בלבד הוא כופר

Quicunque autem non [*a*] credit in eum; & non expectat ejus adventum, ille non tantum abnegat cœteros Prophetas, ſed & Legem ac Moſen do-

אלא בתורה ובמשה רבינו שהרי התורה העידה עליו שנאמר ושב ״. אלהיך את שבותך ורחמך ושב וקבצך וגומר אם יהיה נדחך בקצה השמים והביאך ״.

ctorem noſtrum. Nam ecce [*b*] lex de ipſo teſtatur, cum * dicitur, *& [c] reducet Dominus Deus tuus captivos veſtros, miſerebitur veſtrum ac vos recolliget &c. ſi fuerint diſperſi veſtri in finibus cœlorum, attamen inde reducet Dominus.*

* *Deut.* xxx. 3, 4.

Notæ.

[*a*] Adeo inter Judaicæ fidei articulos eſt adventus Meſſiæ, & quidem noſtro Majemonidi eſt XII. in *Expoſit. Miſn. Sanhed. fol.* 121. *col.* 1. ubi habet, quæ hic ſcripſit, fuſius. Confer *Abravanelem de Cap. fidei*, *p.* 3, 7, 62. ubi adducit rationes, cur adventum Meſſiæ numeret inter fidei articulos, cum tamen, etiamſi ſit vera fides, non ſit tale fundamentum, ut cum illius everſione corruat lex. Adeo parvi habetur fides de Meſſia apud recutitos! Imo fuere, qui collapſo Reipublicæ Judaicæ ſtatu præ deſperatione exclamarent, *nullam ſupereſſe Meſſiam, cum jam eo potiti ſunt patres in diebus Hiskiæ*, nempe cum a Senacheribo liberata eſt Jeruſalem per Angelum Dei: ſic enim *R. Hillel* (de quo quis fuerit poſt deſtructionem Jeruſalemi, vide apud *R. Mart. pug. fidei*, *p.* 264.) in *Gemara Sanhedrin cap.* xi. §. 56. in excerptis; at collegæ indignati

dignati dicebant, שרא ליה כריה *condona ipſi, Domine ipſius.* Confer etiam *Abravanelem de Cap. fidei cap.* 14. (ubi admodum ſe torquet, ut Hillelem excuſet; quam bene notavit *Vorſtius in notis*) nec non *Hulſium in Theol. Jud. p.* 9. ubi videbis quoque *Joſephum Albo* articulum de Meſſia cæteris excluſiſſe, etiam reprehenſo acriter Majemonide. Nempe iſti homines Servatore animarum opus non habent, intenti in terrenum Meſſiæ regnum, ſuperbi Phariſaica juſtitia, fidentes expiationibus propriis, id eſt, confeſſionibus, afflictionibus etiam ſponte ſuſceptis, eleemoſynis, exilio, morte; quod etiam cauſa eſt, quod J. Chriſtum rejecerint. *Rom.* ix. 31. x. 3. *Matth.* ix. 12. *Phil.* iii. 6, 7, 8. Itaque hæc legimus mercenariorum verba in *Cod. Maccoth cap.* III. §. 16. *Deum voluiſſe meritis augere Iſraëlem, cum ipſis Legem & præcepta multiplicaret.* *Jeſ.* XLII. 21.

[*b*] Præcipuum religionis fundamentum ponunt Judæi in Lege Moſis, etiam authoritate eam præponentes Prophetis & Hagiographis. Vide *Abarbin. Diſſert. de diviſ. Script. in Legem, Prophet. & Hagiographa*, quam ſuis *Exerc.* tranſlatam ſubjecit *Buxtorfius*. Confer quoque *Hakſpanium* ad *Nitzachon Lipmanni p.* 226, 266. Bene autem habet, quod in Moſe & Prophetis quærat teſtimonia pro Meſſia Maimonius. Noſter etiam Servator ex illis credi Meſſias voluit, *Joh.* v. 39. *Luc.* xxiv. 26. Sunt tamen quidam Judæi adeo infideles, ut fidem Meſſiæ ex traditione vel Kabbala ſuſpendant apud *Hulſ. Theol. Jud. p.* 14. quos ſane nimium imitantur, qui Socinizantes, loca evidentiſſima de Meſſia, non niſi ſenſu

myſtico, Kabballiſtica clavi eruendo, intelligunt, ut quidem claram & evidentem pro J. Chriſto Meſſia fidem non præſtent, quales inter Socinizans *Grotius*, jure merito caſtigatus ab *Huëtio* *Demonſtr. Euang. Propoſ.* vii. §. 4. & *Limburgius*, opponente ſe in *Collatione* Judæo *Orobio*, ac diſerta loca pro Chriſtiana fide poſtulante, ut Meſſiam credat eſſe J. Chriſtum; & ſequitur *Cunæus*, Grotii amicus, nimiumque dum viveret Arminianæ factioni implicitus, *de R. Hebr. lib.* iii. *cap.* 8, 9. hinc merito ad cenſuram revocatus ab *Hakſpanio*, *Syllog. Diſſert. p.* 27.

[c] Atqui hic locus non agit, diſerte ſaltem, de Meſſia; cur non adduxit Maimonius talia, in quibus clara & evidens eſt illius promiſſio? Nempe Meſſia Servatore animarum non egent Judæi, non niſi in terram Canaan intenti, dum ſoli & cœli extorres vivunt. Si illam obtinerent reduces, eum facile negligere poſſent. Sane hic locus jam Nehemiæ in mentem veniebat, quando ſe reſtituendâ ſuæ gentis fortuna & urbe in terra Cananæa conſolaretur, *cap.* 1, 8, 9. non eſt, quod illius implementum ad futura & longinqua adeo ſæcula differamus. Vide *Jer.* xxix. 10. *Ezech.* xxxix. 25. Et jam ex Babylone reduces ſunt tribus Juda & Iſraël, ac a noſtro Meſſia factum eſt, quod reductione Tribuum ad Deum fieri debuit. 1 *Pet.* i. 10. 25. Vide *Vorſt.* *Diſſ. ad Geneſ.* XLIX. 10. *Faſcic.* ante IV.

ואלו הדברים . ה׳ המפורשים בתורה הם כוללים

Et hæc amplius [a] in lege explicata comprehendunt omnia

כוללים כל הדברים שנאמרו על ידי כל הנביאים אף בפרשת בלעם נאמר.

quæ per manus Prophetarum ſunt dicta. Quin etiam in *ſectione Bileam* [*b*] de illis dicitur.

Notæ.

[*a*] At cur non citavit alia Moſis dicta? Cur neglexit benedicti ſeminis promiſſionem, *Geneſ.* iii. 15. de Meſſia eam exponentibus Chaldæis Paraphraſibus? Cur promiſſionem Abrahamo factam de benedicendis in ipſius ſemine omnibus gentibus? *Gen.* xvii. 16. An gentibus tantam ſalutem invidit? Cur non citavit Prophetiam de Meſſia excitando, uti Propheta, cum Moſe comparando, *Deut.* xviii, 15? Prophetam non adeo Meſſiam habet, quam Regem. Saltem negligere non debuiſſet verba Jacobi *Geneſ.* xlix. 10. Nam per *Silo* intelligunt Meſſiam veteres Judæi, ut Chaldæi Paraphraſtæ, Commentatores & Thalmudici. Saltem שבט & מחקק *Sceptrum* & *Legislatorem* exponunt de Aichmalotarchis ראשי הגלות in Babylone, atque de poſteris Magni Hillelis, qui ibidem in ſpem adventus Meſſiæ docuerint, *Gemar. Sanhedr. cap.* 1. §. 1. ſecuto etiam *Majemonide Tract. Sanhed. c.* iv. Qua mente etiam ait, Sacerdotem die expiationis egreſſum ex Sancto Sanctorum, precatum fuiſſe inter alia *ne Sceptrum a Juda recederet*, *Tract.* de *die Expiat. cap.* iv. §. 1. Confer quæ habet *Scaliger ad Euſeb. Chron. p.* 205. & quod de creatione iſtius Principis exulum in Babylonia fabulantur in *Scheb. Jehud. Gentii.* p. 301. Bene autem

habet, quod per שבט virgam afflictionis non-intellexerint, ut nunc Judæi, deſperabundi, quum quicquid ἐξοχῆς ſibi adſcripſere, collapſum eſt. Bene iterum, quod ipſi Judæi abrogandum in Babylonia principatum cenſuerint. *ibid. p.* 307. Utique vanum fuit promiſſionem Jacobæam ſpectaſſe Judæos poſt tantam πανωλεθρίαν in excidio Jeroſolymæ & clade Bittherenſi, & quidem ipſorum Præfectos & Doctores in Babylone, qui tempore Thalmudicorum ſibi admodum blandiebantur, admodum faſtuoſi, ſuo Thalmude Hieroſolymitanum opprimentes. Vide *Buxtorf. de Punct. Antiq. p.* 318, 405. Nam nihil habuere, quod in Babele Prophetiam Jacobi præſtaret, everſis templo & urbe. Et ſi quid ibi fiduciæ fuerit, id plane periit, quando A. Mxxxvii. deſtructa ſunt omnia, quæ hactenus ſpem aliquam in Infideli populo foverent, fruſtra mentiente in *Itinerario Benjamine* de Sceptro in Bagdad, ceu *Hoornbeekius*, *L'Empereur*, *Altingius* oſtenderunt, nec non *Cunæus de Rep. Hebr. lib.* I. *c.* 8, 9. ubi Majemonidem ex Majemonide refutatum videbis. Ac cum hæc in Babylonienſibus fiducia collapſa eſſet, tandem eo inſaniæ proceſſit Lipmannus, ut in carmine per שבט intelligeret *principem, ex ſtirpe Davidis deſcendentem*, qualis *adhuc in Ægypto Judæis eſſet*, apud *Wagenz. in Telis ignitis Satanæ*, & *Faſc.* III. *pag.* 308. Tali ſe fumo paſcunt infideles! De *Babylonienſibus* autem Judæis, qui negabant ſe aliquid præter jus & fas facere, quando extra terram Canaan habitabant, dum Alexandrinos odio haberent & quaſi interdicto ſubjicerent (pro[..]nte Majemonide, licet Ægyptius eſſet) nec non

non de eorum ſcholis ac præfecturis Imaginariis, lege *Buxt. Comm. Maſoretico*, *p.* 24, 28. *Altingii Schilo*, *p.* 229. & *Diſſert. p.* 292. *Cun. de Rep. Heb. Lib.* II. *c.* 23. Quin etiam de Babylonienſium vituperiis videbis mira in *Gemara Sanhed. Babyl. c.* III. §. 5. Interea impletam eſſe Jacobi Prophetiam in noſtro Meſſia apparet, quod tum temporis Herodes Judæorum Rex fuerit alieniga, Idumæus, Tyrannus, impoſitus a Romanis, qui in ſacra Judæorum, in Pontificatum, in Synedrium occiſis Senatoribus, jus ſibi arrogavit; quod Judæa in provinciam poſt relegatum Archelaum a Romanis ſit redacta; quod Tetrarchas inde aut regulos ex illorum voluntate acceperit; quod ſuperba gens, jactitans admodum θεοκρατίαν, erecta etiam per Gaulonitas quarta ſecta, & ultima per Zelotas tentans, fruſtra excutere jugum aliquoties conata ſit; quod παιδοληψίαν perverſiſſima gens, digna vel diluvio vel ignibus vicinæ Sodomæ, meruerit; quod diſſidiis, latrociniis, furoribus & rebellionibus ſuam perniciem feſtinaverit; quod Sanhedrin ſuum conclave in templo, ipſo Chriſti tempore, id eſt XL. annis ante urbis excidium, deſeruerit, cedens ad tabernas in monte templi & alio deinceps; quod illud jus pœnarum capitalium amiſerit; quod tandem, ſine ſpe reſtitutionis, Romani templum & urbem vaſtaverint, pereuntibus in excidio plus quam 1100000. Judæis, quæ omnia ex Joſepho, aliisque Judæis conſtant, nec tacendis hic, quæ admodum Thalmudici conqueruntur de impietate gentis apud *Buxtorf. L. Th. p.* 2369. & *Raim. Mart. p.* 895. adde *Miſn. Sota cap.* IX. ubi

de

de miſerando ſuo ſtatu ante & poſt excidium urbis Judæorum lacrymæ; quod denique gentes ad Deum ſint converſæ, & ad hunc Silo confluxerint. Utinam Judæi per eas ad Zelotypiam concitarentur! *Deut.* xxxii. 21.

[*b*] Mirum eſt Majemonidem præter ex Deuteronomio adducta verba, non alia Moſis dicta retuliſſe, ſed potius Bileami Prophetiam uti primariam citaſſe. An Prophetam credidit eximium & Moſi omnino comparandum? Sic ſane Magiſtri in *Bereſch. Rabba Sect.* xiv. *fol.* 177. Ibi enim R. Jehuda, *& non ſurrexit Propheta amplius in Iſraële, ſicut Moſes. In Iſraële quidem non ſurrexit, at in gentibus mundi ſurrexit...... quinam vero eſt ille Propheta par Moſi? Bileam filius Behor.* Et poſt aliqua quibus extollitur Moſes præ Bileamo, ſic pergit: *Tres qualitates habuit Bileam, quibus deſtitutus fuit Moſes* משה לא היה יודע מדבר עמו Moſes *neſcivit quinam* (NB.) *cum eo ſermocinaretur; ſecus vero Bileam, quia dicitur, dictum audientis ſermones Dei, qui viſionem omnipotentis vidit. Moſes ignoravit, quando cum ipſo ſermonem habiturus eſſet Deus; contra Bileam, q. d. & novit mentem altiſſimi. Bileam locutus eſt cum Deo omni tempore, quo volebat, quia dicitur,* נופל (cadens ni fallor, ſomno aut extaſi prophetica, vel proſtratus ac concidens præ divina majeſtate, uti jactabat, quaſi imitatus veros Prophetas, *Ezech.* 1. *ult. Dan.* x. 9. *Apoc.* 1. 17.) *& apertus oculis; erat enim velum extenſum ſuper faciem ejus, & ilico ad illud, quod poſtulabat, oculorum fiebat revelatio; at Moſes non omni tempore, quo cupiebat, cum Deo ſermonem habebat.* Hæc ex citatione *Vorſtii* ad *Majem. de Fundam. Legis*, *pag.* 98.

Digitized by Google

98. ubi etiam paria ex *Tractat. Thalm. Berach. Peſickta & Sipre* citantur. At *Moſes Gerundenſis* illum veri Dei Prophetam fuiſſe negat *Comment. in Geneſ. p.* 262. & recte. Nam revera ipſius vaticinatio duabus artibus נחש *incantatione* & קסם hariolatione, quæ quidem nitebatur aſtrologia Judiciaria, qualis apud Chaldæos erat in uſu, conſiſtebat. Certe Chaldæis accenſendus fuit, accola utpote Euphratis. *Num.* XXII. 5. *Num.* xxiii. 1, 2, 23. & xxiv. 1. 4. *Joſ.* xiii. 22. Vide interim, quæ alias de Bileamo & ejus morte fabulentur Judæi, apud *Abarbin. in Joſuæ cap.* xiii. 22. *fol.* 26. *col.* 4. Nempe ad Midianitas ille redierat, ut mercedem optime meritam nanciſceretur, ibique dum caperentur urbes occiſus eſt. Addunt alii, quod Reges Midianitæ adverſus Iſraëlem ipſius incantiones quæſiverint & dein ipſius magiâ fugientes volaverint per aëra, mox elapſi ope Pinehæ, in terras, על חלליהם ſuper vulneratos Midianitarum, Bileamo quadruplici mortis genere punito. Confer huc fabulam de Simone Mago in aëre volante, & ad preces Petri dejecto ac cervicem frangente. Vide *Spanhem. quatern. Diſſert. Tract.* 1. Fæte hic venimus ad fabulæ fontem.

ושם נבא בשני המשיחי׳ במשיח הראשון שהוא דוד שהושיע את ישראל מיד צריהם ובמשיח האחרון

Ibi enim [*a*] vaticinatur de [*b*] *duobus Meſſiis*, de *priori*, qui foret David ac liberaret Iſraëlem ab hoſtibus, & de *poſteriori*,

האחרון שעומד
מבניו שמושיע את
ישראל באחרונה
ושם הוא אומר
אראנו ולא עתה זה
דוד אשורנו ולא
קרוב זה מלך
המשיח. דרך כוכב
מיעקב זה דוד וקם
שבט מישראל זה
מלך המשיח ומחץ
פאתי מואב זה דוד.
וכן הוא אומר ויך
את מואב וימדדם
בחבל. וקרקר כל
בני שת זה המלך
המשיח שנאמר בו
ומשלו מים עד ים.
והיה אדום ירשה
לדוד שנאמר ותהי
אדום לדוד לעבדים
וגומר. והיה ירשה
וגו' זה מלך המשיח

qui naſceretur ex filiis ejus, & ultimum [c] Iſraëlem liberaret. Atque ibi dicit, * *ipſum videbo, non nunc*, atque is eſt David; *intuebor Eum, ſed non ex propinquo*, hic eſt Rex Meſſias. *Exibit ſtella ex Jacobo*, is eſt David; *ſurget Sceptrum ex Iſraële*, hic eſt Rex Meſſias. *Limites Moabi diſperget*, ille eſt David; *percutiet Moabum & metietur funiculo, ac devaſtabit omnes filios Seth*, hic eſt Rex Meſſias, de quo dicitur, & † *dominabitur a mari ad mare.* Deinde & ‡ *Edom erit hæreditas ei*, id eſt, Davidi, quia dicitur, *Edomita erant Davidi in ſervitium*, &c. Et *Seir erit hæreditas* &c. id eſt, Meſſiæ, nam [d] dicitur &

שנאמר

Digitized by Google

שנאמר ועלו מושיעים ┴ ſurgent liberatores in בהר ציון וגו׳: monte Sion.

* Num. XXIV. 17. † Pſalm LXXII. 8. ‡ 2 Sam. VIII. 14. ┴ Obad. ỳ. 21.

Notæ.

[a] Saltem Majemonides ſatis novit verba Bilcami apud ſuos eſſe obſcuriſſima & incertiſſima. Nam inter Judæos ſunt qui interpretantur illa de ſolo Davide, quales *R. Salomo* & *Aben Ezra*, ut a Prophetia iſtius hominis Meſſiam plane excludant. Atqui iſtis e diametro opponuntur, qui ea explicant de ſolo Meſſia, acriter tamen impugnato noſtro Meſſia, quos inter *Lipmannus in Nitzachon*, *Abarbinel Comment. in Legem*, *Moſes Nachmannides*, & *Baal Turim*; quin imo Paraphraſtes Chaldæus *Onkelos* eandem habuit mentem: ratio eſt, quod de excidio Edomitarum (qui Judæis ubique ſunt Chriſtiani) vaticinetur Bileamus. Verum alii æque inſenſi Chriſtianis mediam tamen ſequuntur ſententiam, cum in neutra expoſitione ſibi admodum ſatisfaciant. Itaque verba Bileami partim de Meſſia, partim de Davide intelligunt, non conſideratione typi & antitypi (ut plurimi Chriſtiani) ſed deſultoria levitate, ut quidem illa diſcerpant, licet ſyntactice connexa, atque ad lubitum diviſa nunc Davidi, nunc Meſſiæ applicent, illisque accedit noſter *Maimonius* ut & *R. Becbai* ac *R. Levi Ben Gerſom.* vide R. *Mart. Pug. fidei part.* III. *d.* III. *c.* 9. *Huet. Demonſtr. Euangelic. Propoſ.* VII. §. 9. *Alting. Silo*, *lib.* ii. *c.* 4. & præ omnibus *Clar. Hulſium in Nucleo Prophetico*,

phetico, qui Judæorum commentationes exhibet, confert & ad incudem revocat, explicata quoque Theologorum Chriſtianorum de Vaticinio Bileami ſententia. Non patitur charta, ut illa deſcribamus, multo minus pro noſtris venditemus. Adde tamen hiſce *Kipping. Exercit de Oraculis Bileami*, *Antiq. Rom. lib.* iv. *p.* 800. Interim nimis ſubtiles ſunt recentiores quidam Interpretes, qui ab hoc Bileamo periodos VI. V.T. usque ad Chriſtum currentes primum repetunt, quod admodum nobis mirum eſt.

[*b*] Duos Meſſias habet Maimonius munere & dignitate nimium pares, *Davidem* & poſt tot ſæcula *Meſſiam* ejus filium. Alias tacet de *Meſſia Ben Joſeph*, miſere in bello Gog & Magog perituro, antequam Meſſias Ben David triumphet, quem tamen alii Judæi fingunt, ut eludere poſſint loca, quæ de חבלי המשיח *paſſionibus* Meſſiæ, & futura ejus gloria agunt. Sic enim Paraphraſtes in *Cant.* iv. 5. vii. 3. vide *Mart. Pug. fid. p.* 702, 710. At refellit commentum vel unum Jeſaiæ cap. LIII, quando de uno eodemque Meſſia humillima & excelſa prædicantur. Vide interim Loci contra Abarbinelem & R. Alſchech vindicias in *L'Empereurii* notis. Dolores autem Meſſiæ, ipſius Ben David, notiſſimi apud Judæos, ſed mutantur in bellicos labores, ubi Gog & Magog ſuperandi. Credunt vero tales fore, ut nolint earum eſſe participes, ſed illas metuant & deprecentur. Nempe nolunt cum Meſſia pati, ut cum eo glorificentur, ſecus ac Chriſtiani, qui amant Chriſto συμμόρφους εἶναι, conformes eſſe paſſionibus & patientia, *Rom.* viii. 28, 29. 2 *Tim.* ii. 3, 12. Itaque in *Gemar.*

Digitized by Google

Gemar. Sanhed. cap. XI. § 35. nonnulli, *veniat.* (Meſſias) *at non videam ipſum!* Alius tamen ibidem *viam* ſciebat *evadendi dolores Meſſiæ*, *nempe obſervantiam legis & opera miſericordiæ.* Quin in *Tract. Sabbatho* ajunt, *qui ter convivatur Sabbatho, liberabitur a tribus miſeriis, a doloribus Meſſiæ, a Judicio Gehennæ, & a bello Gog & Magog.* En jucundam evadendi dolores Meſſiæ viam!

[c] In exemplari, quo uſus eſt *R. Martini Pug. Fidei, pag.* 766. legebatur מידי בני עשו *e manibus filiorum Eſau.* Per illos autem intelligunt Chriſtianos, ac præcipuos inter ipſos rerum potientes Romanos, in quos uti Eſavitas & Edomitas invehuntur Judæi ubique ſuis libris, ac illa, quæ Prophetæ Edomitis minantur judicia Dei, iracundo animo detonant. Hinc *Kimchius* initio *Commentarii* in *Obadiam* hæc habet verba, מה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים על רומי אמרו *quodcunque Prophetæ dixerunt de vaſtatione Edomi ultimis diebus, de Roma dixerunt*, quæ omnia in *editione Stephani* invenies, ſed voces על רומי in Baſileenſi fruſtra quæras. Sunt autem ipſis variæ rationes, cur Chriſtianos maximeque Romanos appellari velint Edomitas. Etenim volunt eos ex Eſavo per Magdielem, de quo *Geneſ.* xxxvi. 43. eſſe oriundos, victosque Idumæos cum confinibus nationibus Moabitis & Ammonitis in terras Romanas fugiſſe. Hinc J. Cæſarem, Titumque Imperatorem Templi II. vaſtatorem ex Eſavo natos eſſe. Addunt Idumæos primum a Diſcipulis Chriſti ſeductos fundamenta Chriſtianismi poſuiſſe, & hinc illorum nomen Chriſtianis tribui debere; ſaltem Chriſtianos Idumæis religione & moribus ſimi-

Digitized by Google

les eſſe, hinc nominandos ex factis Edomitas, ſtylo Scripturæ, quæ homines ex ſimilitudine morum eodem nomine appellitat. *Jeſ.* i. 10. Quin etiam ad horrendam hanc progrediuntur blasphemiam, ut dicant animam Eſavi migraſſe in Jeſum, qui hinc vixerit in deſertis ceu vir agreſtis & inimicus ſapientum Pharisæorum. Quo etiam ſua Kabbala utuntur, dicentes literas nominis ישוע eſſe literas nominis עשו ſi plene ſcribatur. Vide hæc & plura apud *Abarbinelem Comment. in Jeſ.* xxxiv. Hoc enim Caput contra Edomitas de deſtructione Romani Imperii tempore Regis Meſſiæ, communi quaſi conſenſu, exponunt. Adde *Kimchium* ad *Joel. cap.* iii. 19.

[*d*] Lege *Kimchium in Obadiam*, ubi vult Prophetiam Obadiæ ſpectare Templum II. ut de vaſtatione illius pœnæ ſumantur, & implendam ultimis diebus, quando Deus Iſraëlem ex captivitate (Chriſtianorum) liberabit. Hinc ad ultima verba, hic a Majemonide citata, ſic commentatur, *ſurget Rex Meſſias, & Socii ejus, ſeptem paſtores & octo principes hominum* (id eſt, plebeji ex plebe deſumpti, locus extat *Mich.* v. 5. ad quem vide *L. de Dieu in Animadverſionibus*) *ut pœnas repetant propter omnia mala, quæ Edomitæ fecerunt Iſraëlitis. Ac tum erit Regnum ſolius Domini, quia omnes gentes confitebuntur Regnum ejus*, *uti eſt Zach.* xiv. 9. Chriſtiani vero interpretes per מושיעים intelligunt vel Hasmonæos, qui Idumæos ſubjugarunt, Johanne Hyrcano quoque illos ad circumciſionem adigente, ut eſt apud *Joſephum Antiq. lib.* xiii. *c.* 17. vel ſenſu magis myſtico Apoſtolos, qui ſalutem Meſſiæ annuntiarunt, & inſtrumenta fuerunt

eri-

Digitized by Google

erigendi regnum Dei, id eſt, Meſſiæ inter omnes gentes. Confer 1 *Tim.* iv. 16. Interim bene habet quod *Kimchius* verba *Michæ cap.* v. 1. ad Meſſiam retulerit, ſic etiam fecit *Jarchius in Commentario*, poſt Chaldæum Interpretem, Jonathanem Uzielidem, cujus ætas fere coincidit cum ætate Chriſti, cum centum præter propter annis ante Templi II. vaſtationem vixerit: ut quidem Sacerdotes & Scribæ conſulti ab Herode de loco nativitatis Meſſiæ, reſponderint ex recepta fide, eum eſſe Bethlehem Judæ, *Matth.* ii. 6. & communis hæc Hebræorum fides fuerit, Meſſiam ex Bethlehem orturum, *Joh.* vii. 42. ut ut in odium jam revelati Meſſiæ Magiſtri quidam inceperint docere plebem, ignotum fore unde Meſſias veniret, abuſi forte loco *Jeſ.* LIII. 8. Vide ibidem *Joh.* vii. 27. Atqui cum jam diu plane vaſtata ſit Bethlehem, & confuſa Davidis proſapia, clarum eſt Meſſiam veniſſe, noſtrumque Jeſum eſſe Meſſiam, ſi ſtet Prophetiæ veritas.

ב. אף בערי מלקט
הוא אומר אם
ירחיב ה׳ אלהיך
את גבולך ויספת
לך עוד שלש ערים
וגו׳ ומעולם לא היה
דבר זה ולא צוה
הקדוש ברוך הוא

II. Etiam de civitatibus [*a*] refugii dixit * Moſes, *cum Jehova dilataverit fines tuos, adhuc addes tibi* [*b*] *tres urbes &c.* At id non contigit [*c*] unquam. Deus autem benedictus nihil fruſtra præcepit. In

לתוהו אבל בדברי הנביאים אין הדבר צריך ראייה שכל הספרים מלאים בדבר זה:	verbis vero Prophetarum non eſt opus probatione, quia Libri hac re pleni ſunt. [*d*]

* *Deut.* XIX. 8.

NOTÆ.

[*a*] De civitatibus refugii vide *Miſn. Macc. c.* 11. *Majem. Tract. Schem. Vejobel c. ult. de Homicidis c.* 8. *Seld. de J. N. & G. lib.* iv. *c.* 2. *de Syned. lib.* iii. 8. Ajunt autem Judæi civitates refugii ceſſaſſe ſub Templo II. *Thalm. Sota*, apud *Buxtorf. de Urim & Thum. p.* 122.

[*b*] Dicunt Judæi eo deligendas eſſe tria oppida ex urbibus Keniſæorum, Kadmonæorum, & Cenæorum, quorum terras Deus Abrahamo promiſerit, at nunquam dederit, *Geneſ.* XV. 19. Vide *Hakſp. ad Lipm. p.* 503. *Ligtf. op. T.* ii. *p.* 429. ubi Thalmudicorum de iſtis gentibus diſſidia. Adde *p.* 581. Sane delirant nimium Rabbini, ubi ajunt nunc illas gentes eſſe Sabæos & Nabathæos, nunc Ammonitas & Moabitas, nunc Aſiaticos & Turcas, nunc Hiſpanos &c. Quæ vero dicenda ſint de iſtis nationibus, vel mixtis cum aliis, vel deficientibus dudum, vide apud *Bochart. in Phaleg.*

[*c*] Deus præceperat, ut victa tota Cananæa Tribus civitatibus refugii adhuc tres adderentur. Id autem videtur Joſua feciſſe *cap.* XX. 7. Confer *Hoornb. C. Judæos p.* 259. Si id non ſufficiat, dicendum erit Tres alias civitates refugii addendas fore ſex prioribus ſub conditione, ſi

Digitized by Google

ſi Deus terminos Iſraëlis dilataret, extra fines terræ Cananææ, juxta promiſſionem *Geneſ.* xv. quod factum fuiſſet, ſi Dei mandata obſervaſſent. Vidit id *Aben Ezra Comment. in locum* ex *verſ.* 9, 10. Atqui cum Iſraël ſuas poſſeſſiones adeo dilatare non potuerit, non opus fuit addere civitates refugii. Sane David & Salomo videntur imperium ad usque Euphratem extendiſſe; at gentes ſubactæ modo factæ ſunt tributariæ, ne quidem coactæ ſunt ad recipienda VII. Noachi præcepta (loquamur cum Judæis) multo minus ipſorum regiones adjectæ poſſeſſionibus Iſraëlis. Quare non potuere ibi definiri civitates refugii. Verba ſaltem Moſis, uti Prophetica, ad Meſſiæ adventum ſpectare non poſſunt, cum illius regnum ſit extendendum ad omnes fines terræ. *Pſal.* ii. 8. Fruſtra ſane eſt in tantis latifundiis, de tribus modo refugii oppidis Keniſæorum, Kadmonæorum & Cenæorum fabulari. Stolidum eſt cum Menaſſe de iſtis civitatibus poſt reſurrectionem mortuorum ſomniare.

[*d*] Uti *Tertullianus* de *præſcientia Dei* dixit, *tot teſtes habet, quot fecit Prophetas*, lib. II. *c.* Marcionem, idem dicere de Meſſia debemus. *Act.* x. 43. *Apoc.* xix. 10. Non male Gemariſtæ, *Sanhed: c.* xi. *in Excerpt.* §. 37. *omnes Prophetæ non ſunt vaticinati, niſi de diebus Meſſiæ.* Verum Judæi ipſorum ſcripta legunt cum velo cordibus impoſito; atque hinc loca ante a Patribus ipſorum de Meſſia intellecta alio torquent; quin Danielem Prophetarum numero expungunt, propter LXX. hebdomadas præcipue, licet antiquitus inter Prophetas maximos ſit habitus,

Digitized by Google

etiam a Jaddo Pontifice , quando ipſius viſiones bene Alexandro M applicaret apud *Joſeph. Antiq. lib. x. c. ult.* Confer *Matth.* xxiv. 15.

ג. ואל יעלה על דעתך שהמלך המשיח צריך לעשות אותות ומופתים אין הדבר כן שהרי ריבי עקיבה חכם גדול מחכמי המשנ׳ היה והוא היה נושה כליו של בן כוזיבא המלך והוא היה אומר עליו שהוא המלך המשיח.

III. Ne adſcendat in mentem tuam , quod Rex Meſſias neceſſario debeat [*a*] facere miracula & ſigna. Res ſic ſe non habet. Nam ecce [*b*] Rabbi Akibba magnus ſapiens ex ſapientibus Miſnicis fuit , & hic erat armiger filii [*c*] Cozibæ Regis , ac de ipſo dixit, quod eſſet Rex Meſſias.

Notæ.

[*a*] Conferri hic merentur , quæ habet *Majemonides* de Miraculis , *Tractatu de Fundam. Legis cap.* viii. §. 1, 2, 6, 7. Atqui cum ille , ut alii Socienes non requirunt miracula a Meſſia , illuſtria Prophetarum loca de miraculis Meſſiæ non niſi parabolice exponunt , uti *Jeſ.* xxxv. 4, 5, 6, de illuminatione mentis , robore ſpirituali ab obedientiam Dei &c. Vide *More Neb. part.* 1. *c.* 2. R. Kimchi & R. Salom: Lunenſem , id eſt, Jarchium , in Commentariis. Quin etiam Maimonius tanti non habet ipſa Moſis miracu-

la ,

la, ut putet propter ea Iſraëlem Moſi credidiſſe; nempe alia erat illorum ratio & neceſſitas. *L. C. cap.* viii. §. 1. Quid? Joſephus Albo dixit omnia miracula, quæ facta per manus omnium Prophetarum, poſſe fieri per Magos & Pythoniſſas, apud *Vorſt. Not. ad Majem.p.* 110. Quamquam non deſint, qui de futuris Meſſiæ miraculis glorientur, uti Author *Abkath Rokel* ſtatim a principio, & *Abarbinel* in *Comment. ad Jeſ.* xi. Nam hic attributum vi. Meſſiæ ſtatuit, quod ſit facturus miracula & ſigna in cœlo & in terra juxta *Joëlem, cap.* 11. 29, 30. *fol.* 27. *col.* 4. Imo *folio ſeq. col.* 3. attributum x. Meſſiæ habet, *quod Deus per ipſius manus facturus ſit miraculum, quale contigit in diviſione maris rubri, quia dicitur Jeſ.* xi. 15. *Deus ſinum maris Ægyptiaci anathemate percutiet, id eſt Nili, qui in terra Ægypti in mare effluit.* Adde R. Gerſonidæ confeſſionem, *Meſſias major erit Moſe, unde patet, quod miracula ejus fuerint majora Moſaicis*, apud *Hakſp. not. ad Lipm. p.* 387. Sic illi, opinionibus diverſi. Imo *Maimonius Comment. ad Sanhedrin cap.* 10. quaſi oblitus ſui dixit, *& ſervient Meſſiæ omnes terræ propter juſtitiam ejus & miracula, quæ per ipſius manum fient.*

[*b*] Ajunt nonnulli eum fuiſſe ex Proſapia Siſeræ (prout magnus Abtalion fuit ex Sennacheribi poſteris) utpote natum Patre Gentili, Matre Judæa. Vir autem tantus evaſit, ut author *Miſnæ* dixerit in *Sota cap.* ix. ipſo mortuo *decus legis deſiiſſe.* Nempe inter primarios Miſnicæ traditionis authores & cuſtodes fuit, millies hinc in Thalmude memoratus, Itaque מוכתאה Canonicus & Authenticus eſt appellatus,

Digitized by Google

tus, ſic quidem, ut ipſius ſententia, veluti Doctoris irrefragabilis, abſolute fuerit recepta; Magiſter utique erat 24000. diſcipulorum. Vide *Zemach David*, *part.* 1.*p.* 41. *Buxtorf. Lex. Thal. p.* 1559. *Raim. Mart. Pug. Fid. part.* 11.*c* 4. *Hotting. Hiſt. Eccleſ. cap.* 11.*ſect.* 3.*p.* 67. *Wagenz. ad Sotam*, *pag.* 982.

[*c*] Sic proprio nomine appellatus eſt, id eſt, *Filius Mendacii*, nomine habente omen. Unde nummi hoc nomine cuſi apud Eruditos. At nomen infame vertit in glorioſum, בן כוכב *filius ſtellæ*, ipſi applicante Prophetiam Bileami de *ſtella egrediente ex Jacobo*, & *Hagg.* 11. 7,8. R. Akibbâ. Vide *R. Martinii Pug. Fid. L. C.* Ait autem author *Zemach David*, Eum Regem fuiſſe unctum, ac ipſo urgente innumeros ex Romanis, Græcis, & Ægyptiis eſſe occiſos. Chriſtianis autem minime pepercit, crudelis eorum perſecutor apud *Juſtin. M. Apol. pro Chriſtianis*. Neque tacuit hominis ſæviſſimi, ſaltem ſequacium furores *Dion. Caſſius*, *in Trajano*, *lib.* LXVIII. ubi ait, *Ipſos Andrea quodam duce Romanos pariter & Græcos concidiſſe*, *eorum carnes & viſcera ediſſe*, *ipſorum pelles induiſſe*, *illos ſerris medios diſſecuiſſe*, *objeciſſe beſtiis*, *ut* 200000 *hominum millia interierint.* Eſt vero apud Thalmudicos iſtius ſeductoris etiam mentio *Gem. Sanhed. in Excerpt. cap.* XI. §. 30. ubi dicunt *eum duobus annis cum dimidio regnaſſe.* Ajunt porro aliqui duos fuiſſe Reges, unum *Bar Cosba* & alterum *Ben Coſiba*, qui in clade Bittherenſi periit, Patre & Filio XXI. annis regnantibus apud *Voiſ. ad. M. Pug. Fid. p.* 765. Sit penes authores fides. Fabu-

ודמה

Digitized by Google

ודמה הוא וכל חכמי דורו שהוא המלך המשיח עד שנהרג בעונות כיון שנהרג נודע להם שאינו.

Quin cogitavit [*a*] ille & omnes ſapientes ætatis ejus [*b*], quod is eſſet Rex Meſſias, usquedum propter iniquitates interfectus eſt. Cum vero [*c*] interfectus eſſet, ipſis tum fuit manifeſtum, quod non eſſet.

Notæ.

[*a*] עקיבה Akibba aliorum erat ſeductor doctrina, authoritate, exemplo. Vide *Abarbin. Præf. in Libb. Regum.* Quin tota natio hominem ut Meſſiam ſecuta eſt. Nec mirum, R. Tarphon de ipſo dixit, *qui ſe ab Akibba ſeparat, eſt quaſi ſe a vita ſua ſepararet.* Vide *H. Otthonis Hiſt. Doct. Miſn. c. p.* 129. At miſerrime ſequaces periêre in Bitther, & innumera multitudine. Nam in *Tract. Thalm. Gitthin* ajunt, *Adrianus trucidavit in Bitther quater mille myriadas.* Nec evaſit ipſe *R. Akibba* ſeductor pectinibus ferreis dilaniatus, carne ejus vendita in macello, lege *Buxtorf. in vocibus* בתר & כזב, *Hotting. Hiſt. Eccl. L. c. p.* 69. *Wagenz. ad Sotam p.* 851. *R. Mart p. fidei. p.* 326. En tamen quam beatus iſte Martyr Akibba cum diſcipulis fuerit! Nam in *Sohar cap.* 456. ajunt, *animas illorum non deſcendiſſe, ut fluvio igneo lavarentur, uti cæteræ. Kabb. Denud. T.* 11. *p.* 109. videte, Pontificii, purgatorium!

[*b*] Idem fatetur *Majemonides Tract. Thaanith,*

id eſt, de jejunio, cap. v. §. 2. Ubi quoque hunc Coſibam מלך גדול *Regem Magnum* appellat; at magno pro noſtro Meſſia argumento. Etenim hinc apparet tempus Meſſiæ jam elapſum fuiſſe, vel ipſa Judæorum deſperata opinione, quum filium mendacii Chriſto, brevi ante crucifixo, exaltato & demonſtrato tot teſtimoniis, *quique eſt ipſa veritas, per quem eſt gratia ac veritas, & in quo omnes promiſſiones Dei ſunt ita & amen*, oppoſuerunt.

[*c*] A ſuis, qui diuturna & miſerrima obſidione ſe deceptos agnoſcebant: tam dui latebat dolus! ſic Thalmudici ad *Miſn. Sanhedrin* & in *Comment. magno in Threnos*; alii tamen in expugnatione urbis cecidiſſe ſcribunt. Vide Authores ante citatos. Tacite autem *Maimonius* hic perſtringit noſtrum Meſſiam, qui interfectus eſt, quaſi id eſſet ſeductionis argumentum. Atqui Meſſias mori debuit violenta morte, *Jeſ.* LIII. *Dan.* IX. 25, 26. propter peccata populi, non ſua, at ſimul reſurgere ex mortuis, quod dum factum eſt, *potenter definitus fuit*, quaſi ſententia de cœlo prolata contra judicia Judæorum, quod *vere foret* Meſſias *Dei filius*. *Rom.* I, 3, 4. I *Tim.* III. 16,

ולא שאלו ממנו חכמים לא אותות ולא מופת ועיקר הדברים כנה הן שהתורה הזאת ח

Atqui non petiverunt ſapientes [*a*] ab ipſo vel [*b*] ſignum vel miraculum. Rei autem iſtius ratio primaria eſt, quod Lex &

חקיה

חקיה ומשפטיה ל
לעולם ולעולמי ע
עולמים ואין מוסיפין
עליהן ולא גורעין
מהן:

inſtituta ac jura ejus in ſæculum & in ſæcula ſæculorum ſint, & illis nihil quis addere vel demere debeat [*c*]

Notæ.

[*a*] Impoſtor tamen ſigna mentiri voluit, dum ſtipulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilaret, quaſi flammas evomere videretur, apud *Hieronym. Apol.* ii. *c. Ruffin.* quod idem feciſſe fraude quendam Eunum Syrum, belli ſervilis in Sicilia authorem, refert *Flor. lib.* iii. *c.* 19. Sed hoc ſilet noſter, negans ab eo facta aut poſtulata ſigna. Interim promptiſſimi erant ipſorum Patres a noſtro Meſſia flagitare miracula, quamquam ex ἀπιστίᾳ adverſus lucem tot Prophetiarum, unde etiam jure ipſis negari potuiſſent. *Matth.* xv, 4. maxime cum ea ceu opera diabolica blaſphemarent. Verum jam confuſi miraculis Chriſti & Apoſtolorum, quin etiam fidelium primis ſæculis (de quibus vide *Pfannerum Tract. de Miraculoſ. in Eccleſ. Chariſmatis*) ac vaſtato Templo ac urbe, nec ſemel deluſi a miraculorum jactatoribus (utique eo tempore inter Judæos multi Magi & Præſtigiatores fuere, vide *H. Otthon. Hiſt. Doct. Miſn. p.* 120.) negant ſigna ac τέρατα tempore Meſſiæ expectanda. Quamquam in *Scheb. Jehuda* Judæus poſtulet a Servatore noſtro miracula Moſajcis paria, at non præſtita. *pag.* 393. Quin eo valuit argumentum petitum ab inſana olim gente, per Impoſtorem miſere ſe-

ducta & merita pœnas haud minores, quam paſſi unquam Judæi, ut negarent expectanda a Meſſia eſſe miracula; nec puduit ipſum Majemonidem. Verba ſunt loco proxime ex Tractatu *Thaanith* citato. *Bitther urbs magna erat, & erant in illa millia & myriades Iſraëlitarum, ipſisque fuit Rex magnus. Cogitabant autem omnes Iſraëlitæ & maximi ſapientum, quod ille Rex Meſſias foret. At cecidit ille in manus Idololatrarum, qui omnes eos occiderunt, & fuit anguſtia magna, qualis erat in vaſtatione ſanctuarii.* Sic ille, quaſi Impoſtorem cum ſuis Judæis magis deploraret, quam condemnaret. Ingens infidelis pervicaciæ argumentum! Sic ſane ſolent Judæi hunc Cozibam pro vero & eximio Rege habere, ut evincant poſt vaſtationem Hieroſolymæ non deſiiſſe ipſorum regnum. Vide *Lipm. Nitzach. ad Dan.* ix. Atqui magnus impoſtor fuit, ut patuit eventu rerum. Et obſervandum bene eſt, ante noſtrum Meſſiam plane non fuiſſe impoſtores, qui ſe Meſſias perhiberent, ut poſt eum varii: teſtimonio quod noſter expectato tempore venerit. Addere libet Majemonidem vixiſſe eodem tempore, quando *David el David* ſuis impoſturis Judæos varios decepit, hinc forte cautior ob recentes dolos, imo poſtquam ſua fere ætate varii ſurrexere Pſeudo-Meſſiæ in Gallia, Perſia, Hiſpania, Africa, Arabia, Moravia, de quibus idem Majemonides *Epiſtolis ad Auſtrales & ad Fratres Maſſilienſes.* Lege *Schcb. Jehuda*, vertente *Gentio*, *pag.*162. *& ſeqq.* & *Lentium de Pſeudo-Meſſ. cap.* 11.

[*b*] Atqui nihil verat religionem ſtatam & receptam miraculis confirmare, ad hoſtium confuſionem,

ſuſionem, convictionem, converſionem, prout in V. T. factum non ſæpius. Cur non Meſſias eadem præſtare poſſet eodem fine, ſi vel jura quævis Moſaica reduceret? Quid? teneretur ad Chriſtanos confundendos & convertendos, quorum religio tot miraculis eſt probata. Neque hæc neget eſſe vera niſi ipſa pervicacia. Saltem quid vetat novam œconomiam miraculis probari uti antiquam? Solis tamen illis Meſſiam probari nec nos voluimus, cum debeant Prophetias ſupponere, ut c. Socinianam methodum, oſtendunt Theologi. De uſu autem miraculorum ad ἀπόδειξιν Euangelicam ex Theologia Patrum, *C. B. Diſſert.* diximus plurima, quibus nunc adde *Hakſp. ad Lipman. p.* 384. 390.

[*c*] Confer hiſce, quæ habet noſter de *Fundam. Legis cap.* viii. 3, 5, 6, 7. ubi tacite Chriſtum perſtringit uti deceptorem, quod leges quasdam Moſis abrogaverit, negans Prophetiam Moſis per aliqua ſigna confirmari. Quaſi neſciret quibus ſignis contra murmurantes in deſerto ipſius Moſis miniſterium ſit probatum! Bene autem habet, quod Legis perfectionem agnoſcat, intendens digitum in illa, quæ leguntur, *Deut.* xii. 32. At non vidit Judæus hæc legi orali & præceptis hominum repugnare, atque adeo damnare audaciam Rabbinorum, qua aſſerunt Domum judicii habere poteſtatem illicitam rem faciendi licitam, quia quum facit ſepimentum ad legem illicitum facit, quod non eſt lege vetitum, apud *Vorſt. ad Abrav. de cap. fidei p.* 61. Deinde non attendit Deum non ſibi, ſed hominibus Legem poſuiſſe, ut ipſe Author libri *Ikkarim* apud *Joſeph. de Voiſin ad Pug. Fid. p.* 121.

Digitized by Google

121. ubi etiam ait idem Judæus, עולם & לעולם tempus non æternum, ſed finitum notare, citato loco, *Exod.* xxi. 6. Porro non intellexit Maimonius verba Moſis ad præcepta moralia, vel etiam ad œconomiam V. T. dum durare debuit, ſpectare, quæ utique nulli Iſtaëlitæ fuit mutanda. Denique neſcivit rationem & ſcopum legis ceremonialis, μὴ ἀτενίζειν εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου, 2 *Cor.* iii. 13. Atqui ipſe Deus oſtendit promiſſione N. Fœderis, vocatione gentium prædicta, vaticinio de perpetua vaſtatione templi ac diſperſione Judæorum, qualis nunquam ante contigit, ceremonialia non niſi ad tempus ἀφωρισμένως eſſe impoſita, utpote typos Chriſti, abolendos corpore veniente, *Dan.* ix. 24, 25. *Heb.* x. 1. *Coloſſ.* ii. 17. Interea Maimonius adeo videtur ceremonialibus adhærere, ut œconomiam Moſis, in ipſo Regno Meſſiæ, voluerit in omnem æternitatem obtinere, credens æternitatem hujus mundi, repugnantibus Judæis, qui poſt mille aut pauciores annos Meſſiæ, vitam beatam expectant, vide *More Neb. Part.* 11. *c.* 28, 29. *Menaſſe de Reſurr. lib.* iii. Sane phraſis Maimonii לעולם ולעולמי עולמים antiquitus laudibus Dei ob Epicureos ab Eſra creditur adjecta. Confer *Cod. Berachoth cap.* ix. & *Abravanelem de cap. fidei*, *c.* 13. *H. Otthon. Hiſt. Doct. Miſnic. in vita Ezræ* §. 8.

ד. ואם יעמוד
מלך מבית דויד ה
הוגה בתורה ועסק

IV. Si ſurgat [*a*] Rex ex domo [*b*] Davidis meditans in Lege, & occupatus in

במצות

במצות כדוד אביו כפי תורה שבכתב ושבעל פה ויכוף כל ישראל לילך בה ולחזק בדקה וילחם מלחמות ה׳ הרי זה בחזקת שהוא משיח אם עשה והצליח ובנה מקדש במקומו וקבץ נדחי ישראל הרי זה משיח בודאי׳.

præceptis, uti pater ejus David, juxta Legem [c] ſcriptam & non ſcriptam, atque adigat omnem Iſraëlem ut in illis ambulet & teneat juſtitiam, ac ipſe gerat bella [d] Jehovæ, ecce ille eſt præſumptione Meſſias. Si porro id faciat & proſperetur, atque ædificet templum [e] ſuo loco, colligatque diſperſos Iſraëlis, ecce ſufficiente (vel certo) argumento ille eſt Meſſias. [f]

NOTÆ.

[a] En ſigna Meſſiæ priora, ob quæ quis quodam jure illi adhæreat, ut ſimul cum eo bella gerat; licet ſucceſſu fruſtretur. Utique probabile tantùm præbent argumentum! Ratio eſt: quod expiraverit omne jam tempus, & nulla ab eo petenda ſint miracula. Quid mirum ſi decepti ſint ante nec ſemel Judæi, quos hic non auſus eſt condemnare Maimonius, ut nimium credulos? Adeo meticuloſi ſunt quia decepti ſunt non ſemel. Sane cum nulla amplius reſtent temporum ſigna, dicunt

cunt in *Sanhedrin tria eſſe, quæ inexpectato veniant, Meſſiam, rem inventam & ictum ſcorpionis.*

[*b*] In articulis fidei §. XII. ait Maimonides, *hoc eſſe fundamentum, ut Meſſias non ſit niſi ex domo Davidis, & tantum ex ſemine Salomonis, ut ſi quis contradicat; neget Deum & verba Prophetarum.* Atqui confuſæ ſunt Genealogiæ omnes. Unde ergo quis certus ſit hominem, qui ſe Meſſiam dicit, eſſe non tantum ex Davide, ſed etiam ex ipſo Salomone?

[*c*] Confer *Majem. de Fundam. legis, cap.* IX. §. I. 8. *Abravan. de cap. fidei, cap.* 13. Adeo tenaces ſunt Rabbanitæ traditionum! Nempe Meſſias debebit eſſe totius Miſnæ obſervator, aut nullus erit. Igitur precantur ad *Deum, placeat tibi ut lex tua ſit nutritia noſtra hoc ſæculo, & maneat nobiscum in æternum*, in fine *Tract. Megilla*. Interea volunt ſcripta Prophetarum & Hagiographa eſſe abolenda tempore Meſſiæ, excepta Heſteris Hiſtoria, ut ſe ad ſævitiem in Chriſtianis arment. Vide *Maj. Hilcoth Megilla, c.* II. §. 18. Quæ autem de laudibus Legis non ſcriptæ dicant, notum eſt. Pluris eſt iſtis obſervantia illius, quam Legis ſcriptæ. Imo illa eſt hujus fundamentum, cum ſine ea nec intelligi nec obſervari poſſit. Vide *Tract. Sanhed. cap.* §. 3. *Maimonius de Fundam. Legis cap.* IX. *de Reſipiſc.* §. 3. *Buxtorf. Recenſ. Oper. Thalm. p.* 222. Quamquam querantur aliquando Thalmudicos ſibi omnem libertatem ſuis inſtitutis ademiſſe. *Scheb. Jehud. p.* 34. Imitatores ſunt Pontificii.

[*d*] Bella Jehovæ ad ſubjuganda regna & perdendas gentes, quæ ipſius conſiliis repugnabunt. Vide *Abkath Rokel cum Comment. Hulſii.* Scilicet

cx

Digitized by Google

ex crudeli perſecutione in Chriſtianos, & proſperis belli in eos ſucceſſibus primaria ſunt petenda ſigna Meſſiæ! Quo interim odio flagrent in Chriſtianos norunt moræ impatientes. Pari autem argumento pro ſuo Mahumede diſputant Iſmaëlitæ. At vero quousque expectabunt Judæi, ut dicant hic eſt Meſſias? An initio belli? An inani ſpe lactati mox Promiſſori aures præbebunt ut ſub ipſius vexillo bella gerant, at dein ſucceſſu infelicia? Nempe Judæis jus eſt, incerta licet ſpe, vel deceptorem ſequi & regnum ordiri Meſſiæ! Refero hic, quod lego, in *Scheb. Juda*, *pag.* 169. „Quendam Pſeudo-„Meſſiam ſeduxiſſe plurimos Judæos in Perſia „A. MCXXXVIII. at alios interrogaſſe, quo ſigno „probaret ſe Meſſiam eſſe? Ipſo autem rege-„rente, proſperis rerum ſucceſſibus, nec aliis „argumentis ad fidem Meſſiæ faciendam opus „eſſe; reſpondiſſe, multi idem tentarunt, quod „tu, ſed infælici eventu. Nec fefellit eos prudentia, nec fallet deinceps, ſi quis mendax homo magno hiatu ſe Meſſiam ferat. At Judæi (quod incerta ſint Meſſiæ ſigna) cecinere ſæpius idem, quod hoc verſiculo Horatius:

—— careat ſucceſſibus opto,
Quisquis ab eventu facta putanda velit.

[*e*] Judæi cum Sabinis *ſomniant quod volunt*, vel *qualiacunque voles Judæi, ſomnia vendunt* uti *Juvenalis* dixit *Satyr.* II. At diruto Templo II. in quod venturus erat Meſſias, Tertium non eſt expectandum, *Hagg.* ii. 8. *Mal.* iii. 1. Vaſtities apud *Danielem* prædicta *cap.* IX. æterna foret. Hinc turbata non ſemel Judæorum conſilia, etiamque tempore Juliani, qui in odium Chri-

ſtianorum ipſis licentiam dederat novum templum condendi & urbem reſtaurandi, ignibus ex terra erumpentibus, uti refert *Nazianz. Orat. in Julianum.*

[*f*] De ſignis Veri Meſſiæ amplius agit *Maimonides Epiſtola ad Auſtrales*, ubi poſtquam de variis Pſeudo-Meſſiis dixiſſet, multa de iſtis ſignis diſſerit. Referamus ſummam: obſervat igitur, tempore, quo Meſſias revelandus eſt, fore magnam Iſraëlis afflictionem ex potentia late extenſa *Edomitarum* (id eſt, Chriſtianorum) & *Arabum* (id eſt Muhammedanorum) citatis locis, *Deut.* xxxii. 36. *Jeſ.* xxi. 7. *Zach.* ix. 9. Deinde ait verum tempus adventus Meſſiæ ignorari; & illius κριτήρια eſſe admodum debilia, quod ſint in parabolis ſita. Porro Meſſiam fore Prophetam magnum, & majorem omnibus Prophetis excepto Moſe; atque adeo hominem, qui non pollet ſapientia, nequaquam Meſſiam eſſe poſſe, ſi vel ſucceſſibus fælicibus non careat. Quin illum, omnemque alium, qui ſe falſo Meſſiam gloriatur, mortis eſſe reum, *Deut.* xviii. 20. Id poſtulare ipſius dignitatem, qui licet Moſe non major, tamen habebit peculiaria quædam, quæ Deus non dedit Moſi, juxta *Jeſ.* xi. 2, 3, 5. ix. 6. Ulterius quærit qualis ſit futurus ortus Meſſiæ & quo loco ſit conſpiciendus? reſpondet autem, primo videbitur in terra Iſraëlis, *Mal.* iii. 1. & ortum quod ſpectat, non manifeſtum fore eundem, antequam de illo dicatur, quod ſit alicujus filius, & ex aliqua proſapia. Si tamen ſurgat aliquis, qui ante apparitionem ſuam non fuerit notus, tum ſigna & prodigia, quæ ejus opera videbuntur, fore

fore probationes de vera ejus proſapia. *Zach.* vi. 12. *Jeſ.* LIII. 2. Summum autem addit ſignum Meſſiæ, ſi poſt varia molimina conturbentur omnes Principes ejus fama, ſi contremiſcat eorum regnum, ſi machinentur contra illum omnia, nec tamen conſiſtere queant, ſi conturbati ipſius miraculis (attende, Meſſias faciet miracula, contra quam alias docuerat) manum ori apponant, cœteris, qui nolint miſerrime pereuntibus, ex *Jeſ.* LII. 15. *Jeſ.* xi. 4. Nempe Meſſias erit certo agnoſcendus, non ante, quam plene revelatus erit de gentibus triumphator! Meſſias erit, ubi jam erit Meſſias ex deſcriptione Judæorum! Hæc ille, qui interim oſtendit, quam plurima loca Prophetarum cum Chriſtianis de Meſſia exponat, contra ac faciunt deſperatæ infidelitatis quidam Judæorum interpretes.

ויתכן את העולם כולו לעבוד את ה' ביחד שנאמר כי אז אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרוא כולם בשם ה' ולעבודו שכם אחד.

Si porro diſponat totum mundum, ut Jehovam colat in Unitate, ſicut dicitur * *nam tum convertam ad omnes populos linguam puram, ut omnes invocent nomen Jehovæ, ipſique uno humero ſerviant.* [b]

* *Zephan.* III. 9.

Notæ.

[*a*] Judæi fide unitatis Dei ſe non tantum Gentibus, ſed etiam Chriſtianis, Deum trinum colentibus, opponunt. Itaque eo recitant, mane præſertim & veſperi *ſuam* קריאת שמע, *Lectionem audi, Iſraël, Jehova Deus tuus Jehova unus eſt*, ex *Deut.* vi. 4. vide *Miſn.* ברכות *cap.* 1. & paſſim תפלות Judæorum, ubi leges, אשרינו שאנו משכימים ומעריבים ערב ובוקר ואומרים פעמים בכול יום שמע ישראל וגו׳ *Beati nos, qui matutini & veſpertini, mane & veſperi bis quotidie dicimus, audi Iſraël &c.* Atque hinc ſe appellant אום המיחדים שם אלוהים *gentem, quæ unicum facit Dei nomen*, uti ſuis *Thepillin* inſcribunt היחוד, id eſt Dei unitatem, vel verba, quæ habentur *Deut.* vi. 4. vide *Coſri part.* iii. *p.* 171. Quin ut eo religioſius legant quotidie hæc verba Moſis שמע ישראל ײ אלוהינו ײ אחד in illis multa ruſpantur myſteria, quæ in *Baal Thurim* invenies. Quippe ע in שמע ſcribitur majuſcula (ſic fit in *Bibliis Judaicis*) quod Iſraël 70 nomina habeat, & diſtinguatur a 70 nationibus. Et ד in אחד eſt majuſcula, quod Deus agnoſcendus ſit Rex in quatuor partibus mundi, ſive in cœlo ſive in terra, & ne erres forte legendo ר & adores לאל אחר alium Deum. Porro ע & ד ſunt majuſculæ, & conficiunt vocem עד *teſtis*, quia dicitur, *& mihi teſtes eſtis, inquit Jehova*; etiamque Deus teſtis eſt Iſraëli, uti dicitur, ero *teſtis feſtinans*, *Mich.* i. 2. Ulterius literæ in voce שמע valent 410 numero, quia tot annos prius templum ſtetit. Denique verba inci-

cipiunt cum ש & finiuntur cum ר, quæ literæ conficiunt שר id eſt *Diabolus*, quod Diaboli ab eo fugiant, qui lectionem hanc שמע dicit cum attentione. En fœcundum Kabbaliſticis nugis Judæorum ingenium! At licet hoc dictum Moſis uti Symbolum opponant Chriſtianis, non deſunt tamen in antiquitate Hebraica S. S. Trinitatis antiqua veſtigia, ut oſtendunt alias Theologi. Quamquam ſeſe illi myſterio Thalmudici jam fortiter oppoſuerint, vindicatis ſcilicet locis, *Geneſ.* i. 26. xi. 7. xxxv. 7. 2 *Sam.* vii. 23. quæ allegant Chriſtiani. Scilicet pluralia, quæ ibi inveniuntur, hunc ſenſum habent, *quod Deus nihil* faciat *niſi cum* פמליא של מעלה *ſuperna familia* (id eſt, cum primariis Angelis, qui etiam cum Deo בית דין, domum Judicii conſtituunt, hinc dicti אלהים) *habito conſilio.* Vide *Gemar. Sanhed. in Excerptis cap.* iv. §. 11. Interea licet Judæi plerique graviſſime damnant S. S. Trinitatis fidem, quaſi Tritheiſmum diceret, illiusque Profeſſores; ſunt tamen qui non negant ipſis omnem ſpem ſalutis, quod præceptum *Deut.* vi. 4. *Audi Iſraël* &c. ſit datum modo Iſraëlitis, non Gentibus, apud *Wagenzel. ad Sot. p.* 753. Cœterum Judæos imitantur Muhammedani, Judæorum, Arianorum & Gentium Arabum colluvies. Illi enim ſuam cantilenam continuò ingeminant لا اللة الا اللة وحد

non eſt Deus niſi unus. Atque adeo hoc velut religionis Symbolum Chriſtianis, Gentilibus & Koreiſchitis opponunt; hoc recitant erecto pollice, cum pueri circumciduntur; hoc canunt

præcones ante orationem in templis; hoc murmurant ſacerdotes, ubi funera ſequuntur; hoc moribundi pronuntiant; hoc clamant milites, ubi caſtra movent, aut pugnam occipiunt, & tribus quidem vicibus, ſolentque الله اكبر *Allâ admodum magnum* nominare. Igitur fideles الموحدون *unitatem credentes*, uti Chriſtianos cum gentibus المشركون *aſſociatores*, id eſt, شريك *ſocium Deo adjungentes*, appellitant (ignari revera Euangelici dogmatis) tanto odio ut *Surat.* iv. & ix. Alcoranus neget aſſociantem vitam æternam adipiſci poſſe, aut pro illo apud Deum eſſe intercedendum. Vide *Hotting. Hiſtor. Orient. lib.* I. *c.* 3. & *lib.* II. *c.* 2. Quam autem futilia habeant contra S. S. Trinitatem argumenta vide apud *Forbeſ. Inſtruct. Theol. lib.* iv. *c.* 6.

29. Atque cum proxime *verſ* 8. dictum ſit, *quod tota terra igne mei zeli zelantis conſumetur*, & id tam ante tot ſecula contigerit (Judæis in *Miſna Sota cap.* ix. vaſtitiem terræ calidis lacrymas deplorantibus) & quidem eo tempore, quando vocatio gentium facta eſt ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi; apparet Prophetiam aliquam, hic citatam, diu impletam eſſe, atque adeo J. Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

A P-

Digitized by Google

APPENDIX.

Atque hæc hactenus in Editione Veneta Maimonidis invenimus. Monent autem Viri Eruditi in alia editione plura haberi, quæ noſtrum Meſſiam concernunt, neque adeo permiſſu Chriſtianorum Venetiis imprimi potuerunt, vide *Coccej. Not. ad Sanbed. c.* xi. §. 36. *Joſ. de Voiſin ad R. Martin. Pug. Fid. p.* 127. *R. Martin. p.* 872. *Alting. Silo, lib.* iv. *cap.* 14. *Schikbard. de Jure Regio Hebr. p.* 189. præcipue *Wagenz. ad Sot. pag.* 346. ubi omnia habes Hebraica verba Maimonidis, quarum hanc verſionem nos damus. *Et ſi non hucusque proſperetur, aut occidatur, manifeſtum eſt, quod non ſit ille, quem promiſit. Ille autem erit ſicut omnes Reges Davidis juſti & probi, qui mortui ſunt, & quos Deus non conſtituit niſi ad tentandum multos per illum, ſicut dicitur, Dan.* xi. 35. & ex Doctoribus cadent ad purificandum eos, & ad purgandum & ad dealbandum, usque ad tempus finis, nam adhuc ad conſtitutum tempus &c. *Etiam de Jeſu Nazareno, qui putavit ſe Meſſiam eſſe* (vel viſus eſt Meſſias) *& occiſus eſt per Synedrium, olim vaticinatus eſt ſic Daniel*, & filii effractorum populi tui efferent ſe ad ſtabiliendam viſionem, & cadent. „Nam quodnam offendiculum majus eſt „eo, quod omnes Prophetæ dixerunt, quod „Meſſias ſit liberaturus, ſervaturus & colle„cturus Iſraëlitas, & apprehenſurus eorum præ„cepta? At ille in cauſa fuit (occaſionem præ„buit) ut Iſraël gladio periret, & diſpergeren-

præcones ante orationem in templis; hoc murmurant ſacerdotes, ubi funera ſequuntur; hoc moribundi pronuntiant; hoc clamant milites, ubi caſtra movent, aut pugnam occipiunt, & tribus quidem vicibus, ſolentque الله اكبر *Alla admodum magnum* nominare. Igitur ſcipſos الموحدون *unitatem credentes*, uti Chriſtianos cum gentibus المشرقون *aſſociatores*, id eſt, شريك *ſocium Deo adjungentes*, appellitant (ignari revera Euangelici dogmatis.) tanto odio ut *Surat.* iv. & ix. Alcoranus neget aſſociantem vitam æternam adipiſci poſſe, aut pro illo apud Deum eſſe intercedendum. Vide *Hotting. Hiſtor. Orient. lib.* I. *c.* 3. & *lib.* II. *c.* 2. Quam autem futilia habeant contra S. S. Trinitatem argumenta vide apud *Forbeſ. Inſtruct. Theol. lib.* iii. *c.* 6.

[*h*] Atqui cum proxime *verſ.* 8. dictum ſit, *tota hæc terra igne meæ iræ zelantis conſumetur*, & id jam ante tot ſæcula contigerit (Judæis in *Miſna Sota cap.* ix. vaſtitiem terræ calidis lacrymis deplorantibus) & quidem eo tempore, quando vocatio gentium facta eſt ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi; apparet Prophetiam Zephaniæ, hic citatam, diu impletam eſſe, atque adeo J. Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

A P-

APPENDIX.

Atque hæc hactenus in Editione Veneta Majemonidis invenimus. Monent autem Viri Eruditi in alia editione plura haberi, quæ noſtrum Meſſiam concernunt, neque adeo permiſſu Chriſtianorum Venetiis imprimi potuerunt, vide *Coccej. Not. ad Sanhed. c.* xi. §. 36. *Joſ. de Voiſin ad R. Martin. Pug. Fid. p.* 127. *R. Martin. p.* 872. *Alting. Silo, lib.* iv. *cap.* 14. *Schikhard. de Jure Regio Hebr. p.* 189. præcipue *Wagenz. ad Sot. pag.* 346. ubi omnia habes Hebraica verba Maimonidis, quarum hanc verſionem nos damus. *Et ſi non hucusque proſperetur, aut occidatur, manifeſtum eſt, quod non ſit ille, quem promiſit. Ille autem erit ſicut omnes Reges Davidis juſti & probi, qui mortui ſunt, & quos Deus non conſtituit niſi ad tentandum multos per illum, ſicut dicitur, Dan.* xi. 35. & ex Doctoribus cadent ad purificandum eos, & ad purgandum & ad dealbandum, usque ad tempus finis, nam adhuc ad conſtitutum tempus &c. *Etiam de Jeſu Nazareno, qui putavit ſe Meſſiam eſſe* (vel viſus eſt Meſſias) & *occiſus eſt per Synedrium, olim vaticinatus eſt ſic Daniel*, & filii effractorum populi tui efferent ſe ad ſtabiliendam viſionem, & cadent. „Nam quodnam offendiculum majus eſt „eo, quod omnes Prophetæ dixerunt, quod „Meſſias ſit liberaturus, ſervaturus & colle„cturus Iſraëlitas, & apprehenſurus eorum præ„cepta? At ille in cauſa fuit (occaſionem præ„buit) ut Iſraël gladio periret, & diſpergeren-

præcones ante orationem in templis; hoc murmurant ſacerdotes, ubi funera ſequuntur; hoc moribundi pronuntiant; hoc clamant milites, ubi caſtra movent, aut pugnam occipiunt, & tribus quidem vicibus, ſolentque الله اكبر *Alla admodum magnum* nominare. Igitur ſeipſos الموحدون *unitatem credentes*, uti Chriſtianos cum gentibus المشرقون *aſſociatores*, id eſt, شريك *ſocium Deo adjungentes*, appellitant (ignari revera Euangelici dogmatis.) tanto odio ut *Surat.* iv. & ix. Alcoranus neget aſſociantem vitam æternam adipiſci poſſe, aut pro illo apud Deum eſſe intercedendum. Vide *Hotting. Hiſtor. Orient. lib.* I. *c.* 3. & *lib.* II. *c.* 2. Quam autem futilia habeant contra S. S. Trinitatem argumenta vide apud *Forbeſ. Inſtruct. Theol. lib.* iii. *c.* 6.

[*h*] Atqui cum proxime *verſ.* 8. dictum ſit, *tota hæc terra igne meæ iræ zelantis conſumetur*, & id jam ante tot ſæcula contigerit (Judæis in *Miſna Sota cap.* ix. vaſtitiem terræ calidis lacrymis deplorantibus) & quidem eo tempore, quando vocatio gentium facta eſt ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi; apparet Prophetiam Zephaniæ, hic citatam, diu impletam eſſe, atque adeo J. Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

A P-

Digitized by Google

APPENDIX.

Atque hæc hactenus in Editione Veneta Majemonidis invenimus. Monent autem Viri Eruditi in alia editione plura haberi, quæ noſtrum Meſſiam concernunt, neque adeo permiſſu Chriſtianorum Venetiis imprimi potuerunt, vide *Coccej. Not. ad Sanhed. c.* xi. §. 36. *Joſ. de Voiſin ad R. Martin. Pug. Fid. p.* 127. *R. Martin. p.* 872. *Alting. Silo*, *lib.* iv. *cap.* 14. *Schikhard. de Jure Regio Hebr. p.* 189. præcipue *Wagenz. ad Sot. pag.* 346. ubi omnia habes Hebraica verba Maimonidis, quarum hanc verſionem nos damus. *Et ſi non hucusque proſperetur, aut occidatur, manifeſtum eſt, quod non ſit ille, quem promiſit. Ille autem erit ſicut omnes Reges Davidis juſti & probi, qui mortui ſunt, & quos Deus non conſtituit niſi ad tentandum multos per illum, ſicut dicitur*, *Dan.* xi. 35. & ex Doctoribus cadent ad purificandum eos, & ad purgandum & ad dealbandum, usque ad tempus finis, nam adhuc ad conſtitutum tempus &c. *Etiam de Jeſu Nazareno, qui putavit ſe Meſſiam eſſe* (vel viſus eſt Meſſias) *& occiſus eſt per Synedrium, olim vaticinatus eſt ſic Daniel*, & filii effractorum populi tui efferent ſe ad ſtabiliendam viſionem, & cadent. „Nam quodnam offendiculum majus eſt „eo, quod omnes Prophetæ dixerunt, quod „Meſſias ſit liberaturus, ſervaturus & colle- „cturus Iſraëlitas, & apprehenſurus eorum præ- „cepta? At ille in cauſa fuit (occaſionem præ- „buit) ut Iſraël gladio periret, & diſpergeren-

præcones ante orationem in templis; hoc murmurant ſacerdotes, ubi funera ſequuntur; hoc moribundi pronuntiant; hoc clamant milites, ubi caſtra movent, aut pugnam occipiunt, & tribus quidem vicibus, ſolentque الله أكبر *Alla admodum magnum* nominare. Igitur ſcipſos الموحدون *unitatem credentes*, uti Chriſtianos cum gentibus المشركون *aſſociatores*, id eſt, شريك *ſocium Deo adjungentes*, appellitant (ignari revera Euangelici dogmatis) tanto odio ut *Surat.* iv. & ix. Alcoranus neget aſſociantem vitam æternam adipiſci poſſe, aut pro illo apud Deum eſſe intercedendum. Vide *Hotting. Hiſtor. Orient. lib.* I. *c.* 3. & *lib.* II. *c.* 2. Quam autem futilia habeant contra S. S. Trinitatem argumenta vide apud *Forbeſ. Inſtruct. Theol. lib.* iii. *c.* 6.

[*b*] Atqui cum proxime *verſ.* 8. dictum ſit, *tota hæc terra igne meæ iræ zelantis conſumetur*, & id jam ante tot ſæcula contigerit (Judæis in *Miſna Sota cap.* ix. vaſtitiem terræ calidis lacrymis deplorantibus) & quidem eo tempore, quando vocatio gentium facta eſt ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi; apparet Prophetiam Zephaniæ, hic citatam, diu impletam eſſe, atque adeo J. Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

A P-

APPENDIX.

Atque hæc hactenus in Editione Veneta Majemonidis invenimus. Monent autem Viri Eruditi in alia editione plura haberi, quæ noſtrum Meſſiam concernunt, neque adeo permiſſu Chriſtianorum Venetiis imprimi potuerunt, vide *Coccej. Not. ad Sanbed. c.* xi. §. 36. *Joſ. de Voiſin ad R. Martin. Pug. Fid. p.* 127. *R. Martin. p.* 872. *Alting. Silo, lib.* iv. *cap.* 14. *Schikbard. de Jure Regio Hebr. p.* 189. præcipue *Wagenz. ad Sot. pag.* 346. ubi omnia habes Hebraica verba Maimonidis, quarum hanc verſionem nos damus. *Et ſi non hucusque proſperetur, aut occidatur, manifeſtum eſt, quod non ſit ille, quem promiſit. Ille autem erit ſicut omnes Reges Davidis juſti & probi, qui mortui ſunt, & quos Deus non conſtituit niſi ad tentandum multos per illum, ſicut dicitur, Dan.* xi. 35. & ex Doctoribus cadent ad purificandum eos, & ad purgandum & ad dealbandum, usque ad tempus finis, nam adhuc ad conſtitutum tempus &c. *Etiam de Jeſu Nazareno, qui putavit ſe Meſſiam eſſe* (vel viſus eſt Meſſias) *& occiſus eſt per Synedrium, olim vaticinatus eſt ſic Daniel*, & filii effractorum populi tui efferent ſe ad ſtabiliendam viſionem, & cadent. „Nam quodnam offendiculum majus eſt „eo, quod omnes Prophetæ dixerunt, quod „Meſſias ſit liberaturus, ſervaturus & colle„cturus Iſraëlitas, & apprehenſurus eorum præ„cepta? At ille in cauſa fuit (occaſionem præ„buit) ut Iſraël gladio periret, & diſpergeren-

præcones ante orationem in templis; hoc murmurant ſacerdotes, ubi funera ſequuntur; hoc moribundi pronuntiant; hoc clamant milites, ubi caſtra movent, aut pugnam occipiunt, & tribus quidem vicibus, ſolentque الله اكبر *Alla admodum magnum* nominare. Igitur ſeipſos الموحدون *unitatem credentes*, uti Chriſtianos cum gentibus المشركون *aſſociatores*, id eſt, شريك *ſocium Deo adjungentes*, appellitant (ignari revera Euangelici dogmatis.) tanto odio ut *Surat.* iv. & ix. Alcoranus neget aſſociantem vitam æternam adipiſci poſſe, aut pro illo apud Deum eſſe intercedendum. Vide *Hotting. Hiſtor. Orient. lib.* I. *c.* 3. & *lib.* II. *c.* 2. Quam autem futilia habeant contra S. S. Trinitatem argumenta vide apud *Forbeſ. Inſtruct. Theol. lib.* iii. *c.* 6.

[*h*] Atqui cum proxime *verſ.* 8. dictum ſit, *tota hæc terra igne meæ iræ zelantis conſumetur*, & id jam ante tot ſæcula contigerit (Judæis in *Miſna Sota cap.* ix. vaſtitiem terræ calidis lacrymis deplorantibus) & quidem eo tempore, quando vocatio gentium facta eſt ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi; apparet Prophetiam Zephaniæ, hic citatam, diu impletam eſſe, atque adeo J. Chriſtum eſſe verum Meſſiam.

A P-

APPENDIX.

Atque hæc hactenus in Editione Veneta Majemonidis invenimus. Monent autem Viri Eruditi in alia editione plura haberi, quæ noſtrum Meſſiam concernunt, neque adeo permiſſu Chriſtianorum Venetiis imprimi potuerunt, vide *Coccej. Not. ad Sanhed. c.* xi. §. 36. *Joſ. de Voiſin ad R. Martin. Pug. Fid. p.* 127. *R. Martin. p.* 872. *Alting. Silo, lib.* iv. *cap.* 14. *Schikhard. de Jure Regio Hebr. p.* 189. præcipue *Wagenz. ad Sot. pag.* 346. ubi omnia habes Hebraica verba Maimonidis, quarum hanc verſionem nos damus. *Et ſi non hucusque proſperetur, aut occidatur, manifeſtum eſt, quod non ſit ille, quem promiſit. Ille autem erit ſicut omnes Reges Davidis juſti & probi, qui mortui ſunt, & quos Deus non conſtituit niſi ad tentandum multos per illum, ſicut dicitur, Dan.* xi. 35. & ex Doctoribus cadent ad purificandum eos, & ad purgandum & ad dealbandum, usque ad tempus finis, nam adhuc ad conſtitutum tempus &c. *Etiam de Jeſu Nazareno, qui putavit ſe Meſſiam eſſe* (vel viſus eſt Meſſias) & *occiſus eſt per Synedrium, olim vaticinatus eſt ſic Daniel*, & filii effractorum populi tui efferent ſe ad ſtabiliendam viſionem, & cadent. „Nam quodnam offendiculum majus eſt „eo, quod omnes Prophetæ dixerunt, quod „Meſſias ſit liberaturus, ſervaturus & colle„cturus Iſraëlitas, & apprehenſurus eorum præ„cepta? At ille in cauſa fuit (occaſionem præ„buit) ut Iſraël gladio periret, & diſpergeren-

„ tur illius reliquiæ, & deprimerentur, & ut lex
„ mutaretur & perverterentur multi in orbe, &
„ colerent alium præter Jehovam. Sed cogita-
„ tiones Creatoris mundi aſſequi non eſt in viri-
„ bus hominis. Nam noſtræ viæ non ſunt viæ
„ ejus, nec cogitationes noſtræ illius. *Et* omnes
„ hæ res Jeſu Naziræni, & Iſmaëlitarum (*id
„ eſt Arabum Muhammedanorum*) qui poſt eum
„ ſurrexerunt, non ſunt niſi ad parandam viam
„ Regi Meſſiæ, & ad præparandum totum mun-
„ dum, ut ſerviat Jehovæ in unitate, *ſicut di-
„ citur*, tum vertam ad omnes populos labium
„ purum, ut omnes invocent nomen Jehovæ,
„ uno humero. Quomodo? jam olim repletus
„ eſt plane totus mundus verbis Meſſiæ, verbis
„ Legis, & verbis præceptorum (id eſt Meſ-
„ ſiæ Legisque fama) & diffuſæ ſunt hæ res in
„ Inſulis multis, & populis multis, præpupia-
„ tis corde & carne, & inde ipſi objiciunt & re-
„ ſpondent de illis rebus, vel Arcanis legis,
„ atque adeo dicunt præcepta hæc ſunt veritas;
„ at jam diu hoc tempore ceſſarunt, nec am-
„ plius ſunt uſu habenda. Porro illi dicunt, in
„ hiſce myſteria fuere, nec expoſita; ſed olim
„ venit Meſſias Rex & revelavit arcana eorum.
„ Atqui quando exſurget in veritate Meſſias
„ Rex, proſperabitur, & exaltabitur, & illi o-
„ mnes revertentur, & cognoſcent, quod fue-
„ rint mendacia.

Hæc Judæus, quæ tamen Libro, quo utor, non ſunt excuſa. Nos breviter hæc obſervemus.

I. Meſſiam debuiſſe mori & quidem exſcindi violenta morte; quod adeo verum eſt, ut hinc Judæi,

Judæi, ſed falſo duos Meſſias finxerint. Vide *Abarb. ad Jeſ.* 53. *p.* 78. *col.* 4. & ad *Zach.* xii. 10. quamquam in *Gemara Sanbedr. cap.* xi. de duplici Meſſia nullus ſermo, ſed potius uni humilia & excelſa adſcribuntur, vide *R. Mart. P. Fidei*, *part.* 11. *c.* 11. *Hakſp. Dialog. de Paſſ. Domin. in Sylloge Diſſert. p.* 557. Interea defendenda eſt cauſa noſtri Servatoris interfecti a Judæis tanta injuria. Nam 1. *Nefas eſt* Thalmudicis, notante Majemonide, *Iſraëlitam tradere in poteſtatem Gentium, quod tam de bonis ejus, quam de perſona eſt intelligendum*; adduntque *traditori ſortem non fore in futuro ſæculo*; *quin traditorem jure occidi poſſe.* Vide *Selden. de J. N. & Gent. lib.* iv. *cap.* 3. Atqui Judæi, prædicente Chriſto, ipſum tradiderunt in manus gentium. 11. Ipſe *Majemonides Tract. Sanbed. cap.* 3. diſerte ait, *noctu non incipiebant judicia, ut nec noctu accipiebant teſtimonia, quod Judicia ſint inſtar plagarum, quarum examen interdiu fieri debet*, quæ quoque invenias *Miſn. Sanbed. cap.* iv. §. 1. Atqui Chriſtus noctu judicatus eſt & damnatus. 111. Scribit iterum Majemonides, *Sanbed. cap.* ix. *Judicia capitalia ſententia abſolutoria eodem quidem die finiri potuiſſe, neutiquam vero damnatoria*; *nam craſtino erant finienda.* Atqui ſecus factum eſt in cauſa Chriſti. Peſſime, cum *in Pirk. Aboth cap.* 1. §. 1. tria præcipue præcepta habeantur Synagogæ magnæ tradita a Prophetis, uti traditio a Sinai הוו מתונים בדין וכו *eſtote moram trabentes in judicio, conſtituite diſcipulos multos & facite Legi ſepem.* Conf. *Tharg. Jonath. Num.* xv. 34. Quin etiam ipſe Pilatus judex differre debuit pœnam ſecundum leges Romanorum, quum Tiberius ſententiæ

executionem in facinoroſos ad x. diem differri juſſerit. *Sueton. in Tiberio c.* LXXV. IV. Addit ibidem, *Cauſas capitales pridie Sabbathi aut alicujus feſti non fuiſſe judicandas, ne ſi forte damnandus foret reus morte, nequiret die craſtino puniri.* At peccarunt contra hæc jura iterum in negotio Chriſti crudeles Judæi. Judæos porro V. in Chriſtum ſæviiſſe obſervamus, cum ipſis adempta jam erat poſtas pœnarum capitalium, egreſſo Synedrio ex לשכת הגזית, *conclavi cæſi lapidis*, in quo ſane de cauſa Chriſti judicatum non fuit. Et fatentur Judæi XL. annis ante Jeroſolymæ excidium hunc locum in templo deſeruiſſe Sanhedrin, quia non amplius poteſtatem pœnarum capitalium haberet (ſic ſcribit ipſe *Majem. Tract. Sanhedr. cap.* 14. *in fine.*) quod tempus in annos ultimos vitæ Chriſti incidere conſtat; teſtimonio שבט *Sceptrum jam tum a Juda receſſiſſe.* Vide plura apud *Seld. de Syned. lib.* ii. *c.* 15. §. 7. Sane Judæi Chriſtum tradentes Pilato oſtenderunt, ſua in poteſtate non amplius fuiſſe judicia capitalia, quod eo tempore incepit, quando Archelaus relegatus eſt. Præſides enim, ſeu Procuratores ad ſe jura capitalia trahebant, nec merum imperium Judæis permittebant, ut recte obſerv. *Scaliger Animadverſ. ad Euſebium.* Ne porro VI. dicam Deum eodem tempore demonſtraſſe, quam ingrata ſibi eſſent Judæorum ſacra, *quum* deſiit lingua coccinea in expiationis hirco albeſcere, notantibus id Judæis in *Joma* & alibi apud Eundem *Selden. l. c.* §. 8. (nempe Chriſto patiente expiravit omnis per ſacrificia expiatio) imo *cum* ſponte templi fores apertæ, prædicente hinc R. Jochanan, Ben Zachai, qui deinde

נשיא princeps Synedrii evaſit, *Templi excidium*, ac clamante *templum cur adeo feſtinas?* dum interea preces execratoriæ contra מינים Chriſtianos conciperentur, *ibid.* & præcipue apud *R. Martini p.* 369, 872. & *Galat. lib.* iv. *c.* 8. ubi plura alia in templo prodigia leges.

Obſ. II. Locum Danielis nihil ad Chriſtianos pertinere, ſed potius ad Schismaticos Samaritanos aut Alexandrinos. Agitur ſane de bellis inter Syros & Ægyptios, quibus preſſi Judæi plurimi fugêre in Ægyptum, ut ſecuram ſedem & religionem haberent.

Obſ. III. Recte Judæum ſuam cladem adſcripſiſſe noſtro Meſſiæ. Nam omnino ut Judex illius cauſa fuit, hinc probatus verus Meſſias. *Matth.* xvi. 28. vide *Gentii Scheb. Jeh. pag.* 339. *Hoornb. c. Jud. lib.* iii. *c.* 4. *Galat. lib.* iv. *c.* 23.

Obſ. IV. Omnino graviſſimam eſſe tentationem Judæis objectam, nec graviorem objici poſſe, ſi recte Meſſiam noſtrum rejecerint. Nam ſupponetur, quod tanta in cauſa, unde pendet ſeductio tot nationum, Dei gloriam ſint tuiti juxta legem *Deut.* xiii. 1. *Jerem.* x. 11. At ipſe Deus poſt publicam & juridicam ſententiam viſus ſit favere cauſæ tanti Deceptoris, quod cogitare indignum eſt. Dic autem, Judæe, cur Deus voluerit tuos Patres cadere ſua cauſa, editis in cœlo & terra, cum pateretur Chriſtus, tot prodigiis, ſepulcro dein vacuo licet cuſtodito, ſanctiſſima loquentibus mox variâ linguâ Apoſtolis, ac patrantibus tot miracula, confuſa ſpiritu vertiginis per malos conſiliarios, latrones, Zelotas, impios, tota Judæorum gente, vaſtata Jeruſalem, terra Anathemati ſubjecta, vel

vel ex quæſtibus ipſorum in *Miſna*, diruto templo, cœſis tot millibus fame, gladio, peſte, vel affixis crucibus, diſperſa natione, iterumque poſt paucos annos occumbente in Bitther, ac dein per impoſtores ſæpius deluſa, & adhuc omni fruſtrata ſpe? Gravis tentatio! maxime, ubi vocatæ gentes ad Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi, & lectionem Moſis ac Prophetarum; quod futurum Prophetæ prædixerunt. Utinam Judæi ad zelotypiam convertantur, & cum Gentibus gaudeant! *Deut.* xxxii. 21, 43. Tanti vero fuit hæc tentatio, ut in *Thalmude Hieroſolymitano Codice Berachoth* finxerint, *illa die, qua natus eſt Meſſias, deſtructam eſſe domum ſanctuarii.* Nempe Meſſias jam olim venit, at necdum revelatus eſt! Vide autem ut excuſent ſtolida hæc verba in *Scheb. Jebuda p.* 253. & *Diſp. Nachmannidis* apud *Wagenzel. Tela Ign. Sat: p.* 2. *pag.* 33, 37. Quin etiam hæc habentur in *Eicha Rabbathi*, ſeu *Commentario magno in Threnos*, & *Bereſchith Rabba*, apud *R. Mart. Pug. Fidei part.* 11. *c.* 6. Nec defuere in *Thalmude Babylonico*, qui effutirent, jam *tum Meſſiam in porta Romæ* (id eſt in horto Eden, qua ſpectat portam Romæ, ut habet Gloſſa) *inter Leproſos ſedere.* Verba habes apud eundem *Martinium.* Quid? perſuaſum fuiſſe quibusdam Gemariſtis Babylonicis *R. Jehudam*, Miſnæ authorem, *fuiſſe Meſſiam*, nos docet *Lightfootius, Oper. T.* ii. *p.* 257.

Obſ. V. Male Chriſtianis Muhammedanos conjungi. Sunt illi potius Judæis comparandi, veluti fratres ex communione dogmatum, rituum, & morum. Habeantur per nos licet præcurſores imaginariæ reſtitutioni Judæorum, novi-

novimus ipſos Iſmaëlitiſſimum cum Judaiſmo, docente Abdalla, conjunxiſſe, de quo legas præ omnibus *Pokock. Not. ad Abulſarajum & Hakſp. Not. ad Lipmannum.*

Obj. VI. Falſum eſt, quod Chriſtiani edocti a ſuo Meſſia, colant alium quam Deum Iſraëlis. Atque adeo peſſime ajunt Jeſum, quem ſuſpenderunt in veſpera Paſchatis (alibi primò lapidatum dicunt apud *Wagenz. ad carmen Lipmanni, p.* 195.) ſuos Patres ad Idololatriam adegiſſe *Gem. Sanhed. cap.* 7. Vide *Buxt. L. Tb. pag.* 2458. *Pfeiff. Theol. Jud. p.* 218. Utique Meſſias debuit eſſe verus Deus, ſervator populi ſui. *Pſal.* XLV. 7, 8, 9. *Jeſ.* ix. 5. *Jer.* xxiii. 5. Neque adeo idolum eſt noſtrum, qui eſt unus cum Patre Deus.

Obſ. VII. Fieri non poſſe ut Rex aliquis, qui ſe Meſſiam gerit, at decipit Judaicam gentem, ſimilis *ſit Regibus juſtis & probis ex domo Davidis.* Sic peſſime excuſat Impoſtores.

Obſerv. denique VII. Majemonidem in propagatione Euangelii & miſerando ſuæ gentis ſtatu fateri cum admiratione divini conſilii, quod mens humana aſſequi non poſſit. Atqui debuiſſet manifeſtas Prophetarum de hiſce prædictiones attendiſſe, atque arcana profundarum cogitationum Dei conſideraſſe, ubi cum ſuis offendebatur ad paſſiones & crucem Meſſiæ noſtri, ſolito jam antiquitus ſcandalo, 1 *Cor.* i. 18, 19, 20, 21. Nomen Meſſiæ eſt פלא *mirabilis*, & ſi Deus unquam revelavit abyſſos ſuæ ſapientiæ, id fieri debuit in redemptionis per Chriſtum myſterio, quod nos abnegata carnali ſapientia, & adoratis Dei viis humili fide

reci-

recipimus. *Jeſ.* ix. 5. 1 *Cor.* ii. 6, 7. iii. 19, 20. Verba *Jeſaiæ* LV. 8, 9. ad quæ digitum intendit Maimonius, omnino ad tempora Meſſiæ, ex contextu capitis, ſunt referenda.

CAP. II.

De Sæculo Meſſiæ, de Genealogiis reſtituendis de conditione temporis Meſſiæ ejusque beneficiis.

א. אל ועלה על הלב שבימות המשיח יבטל דבר ממנהגו של עולם או יהיה שם חידוש במעשה בראשית אלא עולם כמנהגו הולך וזה שנאמר בישעיה וגר זאב עם כבש ונמר עם גדי ירבץ משל וחידה. עניין הדבר שיהיו ישראל יושבים לבטח עם רשעי העולם המשולים כזאב ונמר שנאמר

I. Ne adſcendat in cor tuum, quod in diebus Meſſiæ res [a] quædam ab ordine mundi ſit defectura, aut futura quædam innovatio in creaturis. Sed potius mundus ex ordine conſueto labetur. Et iſtud * quod dicitur in Jeſaia, *Lupus cum ove verſabitur, & Leopardus cum Hædo*, [b] parabola eſt & ænigma. Res autem ipſa eſt, quod Iſraël tuto ſit habitaturus cum impiis mundi, qui Lupis & Leopardis compa-

באז

זאב ערבות ישדדם
ונמר שוקד על ע
עריהם ויחזרו כולם
לדת האמת ולא
יגזלו ולא ישחיתו
אלא יאכלו דבר
המותר בנחת כ
כישראל שנאמר ו
ואריה כבקר יאכלו
תבן כל יוצא באלו
הדברים הכתובים
בעניין המשיח הם
משלים ובימות ח
המלך המשיח יודע
לכל לאי זה דבר
היה משל ומה עניין
רמוז בהן.

rantur, ubi dicitur, † *Lupus nocturnus vaſtabit eos, & Leopardus vigilabit contra urbes illorum.* Itaque [c] revertentur omnes ad veram religionem, nec rapient nec perdent aliquid, ſed edent rem licitam in quiete, uti Iſraëlitæ, quia dicitur *& Leo*, uti *Bos, gramen* edet. Et ſic quæ hiſce ſimilia ſcripta in negotio Meſſiæ, ſunt parabolæ. In diebus autem Meſſiæ notum erit, cujus rei fuerit parabola, & quid per eam ſit ſignificatum. [*d*].

* *Jeſ.* xi. 8. † *Jer.* v. 6. ‡ *Jeſ.* xi. 7.

Notæ.

[*a*] Idem habet *Majemonides More Nebuch. part.* II. *c.* 29. & *Reſipiſc cap.* ix. §. 2. ubi ait *dies Meſſiæ erunt dies hujus ſæculi & hoc procedet ex ſua conſuetudine.* Sic quidem Judæus iſte ut a Meſſia nulla plane expectet miracula, uti *cap.* xi. eſt vi-

viſum. Unde non probavit cordatior ſuorum vana ſomnia, ubi nihil non miraculi in rerum natura, aut carnalis voluptatis ac deliciarum in Regno Meſſiæ ſibi promittunt. Neque adeo hæc opinio Majemonidis eſt communis omnium, uti mox videbimus, §. 2.

[*b*] De Parabolis in Scripturis bene multa *Majemonides*, *Præf. ad More Nebuchim*, ubi ait, *intelligentiam parabolarum eſſe clavem ſcientiæ eorum, quæ a Prophetis dicuntur*, adde *More Neb. part.* ii. §. 39. de *Fundam. Legis cap.* 1. §. 14. Et ſane id verum eſt Scripturam V. T. ſcatere parabolis, ob œconomiam tum typicam, tum Propheticam, cujus ingenium eſt non hiſtorice faſtos narrare rerum futurarum, ſed ſymbolice earum imagines, σκιὰς, ſeu umbras depingere. Peccat autem hic varia Majemonides I. Quando detorquet loca Prophetarum ad parabolas, ne miracula Meſſiæ prædixiſſe videantur, ac noſtri Meſſiæ τέρατα pro impoſturis habere poſſit. II. Quum proprie Prophetias explicat, quæ parabolice erant intelligendæ, ut ceremoniales leges ſperet reducendas, *Jeſ.* LXVI. 20. *Zach.* xiv. 7, 16. *Mal.* i. 11. III. Quum exiſtimans mundum hunc eſſe æternum & nunquam finem habiturum, cum Philone Judæo & Gerſonide omnia loca, quæ contrarium docent, metaphorice & allegorice vult explicanda, e. g. vaticinia de deſtructione mundi de everſione aut excidio alicujus gentis vel imperii, puta Babylonis, Sanherib, Edom & ſimilium, vide *More Nebuch. part.* ii. *c.* 27, 28, 29. At reprehendit ipſum *Menaſſ. de Reſurr. lib.* iii. *c.* 4. Bene autem habet, quod ſic multis Suorum argumentis adverſus

Digitized by Google

verſus Chriſtianos nervos inciderit, nobisque reſponſionis methodum aperuerit, ubi objicitur in noſtro Meſſia Prophetias bene multas necdum eſſe impletas. Dicemus enim jure merito, illas parabolice intelligendas eſſe. Confer *Hoornb. c. Jud. lib.* I. i. *c.* 2. *R. Martin. Pug. Fid. Part.* II. *c.* 12. & *Voiſinii notas.*

[*c*] At veram gentium ad Meſſiæ Leges converſionem ex animo non optant Judæi. Sperant potius tempore Meſſiæ earum internecionem aut ſubjugationem, nec habendas ut fratres, ſed veluti mancipia, in *Thalm. Sanhed. cap.* XI. quo ſpectant communiter Judæorum *commentaria in Jeſ.* XXXIV. LX. LXI. LXVI. & execrationes in Chriſtianos; de quibus *Buxtorf. L. Thalm. p.* 2442. At melior iſtis videtur quodammodo Majemonides; uti apparet *Tract. de Reſipiſc. cap.* IX. ubi hæc habet, *Rex ille, qui exiſtet ex ſemine Davidis, præditus erit ſapientia præ Salomone, & magnus Propheta proximus Moſi. Is docebit omnem populum, venientque omnes gentes ad eum audiendum, ſicut dicitur Jeſ.* ii. 1. & ſimilia habet cordatior *Abarbinel* ad eundem *Jeſaiæ* locum *fol.* 7. *col.* 34. nec non ad ejusdem Prophetæ *cap.* xi. *fol* 28. *col.* 1. *cap.* XLII. *fol.* 64. *f.* 3, 4 *f.* 88. *col.* 3. & in *Joël c.* II. *f.* 242. *col.* I. ubi ſperat *effuſionem Sp. S. in omnem carnem*, id eſt, *omnes filios hominis ex quacunque natione*, ex *Jeſ.* LXVI. 23. *Pſal.* CXLV. 21. *Zeph.* iii. 9. Ac quum iſtiusmodi gentes ad Meſſiam converſæ forent Proſelyti juſtitiæ, ejusdem debuerint quoque juris & libertatis eſſe participes, juxta promiſſionem Abrahamo factam, *Geneſ.* xii. 3. ceu non male Abarbinel ad hunc locum commentatur *fol.* 54. *col.* 1, 2. Nem-

pe eadem erunt privilegia peregrinarum Gentium & Domeſticorum (vide *Eundem ad Jeſaiæ* xLiv. 5. *fol.* 68. *col* 1.) quando ſuſcipient מלכות שמים *regnum cœlorum*, quod ut adveniat precantur aſſiduo, ut quidem preces non valeant, niſi in quibus eſt illius regni mentio. Sane regnum cœlorum amplius venire etiam precantur Chriſtiani, ſed alieno a Judæis ſenſu.

[*d*] Confer *Joh.* iv. 25. & jam in diebus Meſſiæ noſtri videmus quid parabolis Prophetarum, imo tota lege ænigmatica ſignificatum ſit, dum Judæi verſantur adhuc in tenebris, *leguntque Moſen & Prophetas cum velo cordi impoſito*, 2 *Cor.* iii. 14, 16. quæ ignorantia prædicta eſt a Prophetis, nominatim *Jeſ.* xxix. nec diffitente *Abarbinele* in *Comment. fol* 47. *c.* 3. Imo in *Miſn. Sot. c.* ix. §. 15. queruntur vaſtato Templo II. ceſ- „ ſaſſe lucubrantes, acutos interpretes, erudi- „ tos divites, ſplendorem ſapientiæ, at inva- „ luiſſe impudentes, calumniatores, violentos, „ ut non ſupereſſet דורש interpres & interrogans, „ ac ſapientes ſimiles fuerint ſcribis, ſcribæ ædi- „ tuis, æedituos vulgo hominum, ut fidendum eſ- „ ſet tantum *Patri qui in cœlis eſt*. Obſerva interim poſterioribus hiſce verbis titulum Dei, quo Chriſtus in oratione Dominica uſus eſt, & quo Judæi Deum invocare amplius non poſſunt. Conf. *Deut.* xxxii. 5. Eundem loquendi modum habes in *Pirke Aboth c.* v. הוי עז כנמר וקל כנשר ורץ כצבי וגבור כארי לעשות רצון אביך שבשמים *ſis robuſtus uti pardus, levis ſicut aquila, currens ſicut hinnulus, & fortis ſicut leo, ut facias voluntatem patris tui in cœlis.* Nos autem cum tremore hoc Dei judicium in Judæos adoramus;

non auferendo a cordibus hoc velo, niſi Iſraël convertatur ad Dominum Chriſtum. Lege alia inferius *ad* §. 5. Specimen interea ſtuporis Judaici in ſacris, vide apud *Dilberr. Faſc.* viii. *p.* 51.

ב. אמרו חכמים אין בין העולם הזה לימות המלך המשיח. אלא שיעבוד מלכיות בלבד.

II. Dixerunt ſapientes, [a] *non eſt inter hoc ſæculum & dies Meſſiæ differentia, niſi, quod ſubjuganda ſint regna.*

NOTÆ.

[a] Eadem legas apud *Majem. Tract. de Reſip. c.* 9. §. 2. & ſic volunt Judæi, Majemonidem ſecuti, eadem in univerſo futura, *modo regnum* תחזור לישראל, *redeat ad Iſraëlem.* Et plura habebis apud eundem *Ben Maimon. Comment. in Miſn. Sanhed. cap.* 10. ubi fuſius exponit regnum Meſſiæ, *cum quo omnes nationes pacem ſunt ituræ, perituris judicio Dei, qui ſe opponant; ſic tamen, ut nihil in mundo mutetur quoad rerum naturam. Quin etiam tunc erunt divites & pauperes, robuſti & debiles, ſimilesque.* Conſenſit autem R. *Bechai in legem, fol.* 221. *c.* 2. ubi inquit, *tempora Meſſiæ ſimillima hiſce fore ratione actionum naturalium & conſuetudinis mundi, ut omnis naturæ curſus idem ſit futurus, qui in creatione conſtitutus eſt.* Nec abludunt, qui in diebus Meſſiæ cœleſtia aut ſpiritualia magis, quam mundana ſperant, quos inter R. *Alſchech* cœterique. Vide *infra* §. 4. At in diverſa abeunt, qui apud *Majemoni-*

dem ad Sanhedr. cap. 10. ajunt, *in diebus Meſſiæ fore filios hominum Angelos, viventes ſemper, auctos ſtatura ac robore ad victoriam Gentium, ipſamque terram producturam eſſe coctos panes & textas veſtes aliaque*: ſed ridet illos Maimonius. Nec eſt qui ignoret quam fabuloſa hinc ſomnient carnales Judæi de Convivio tum inſtruendo, Leviathane, Bove Behemoth, Ave Bar Juchane apud *Buxtorf. Synag. Jud. cap.* xxxvi. Quamquam hæc cordatiores mutent in parabolas, uti alia, quæ in Thalmude narrantur fabulæ, alias pudorem merituræ. Ac ſane Judæi ſuis hyperbolis admodum abundant abſque ulla ſæpe modeſtia, ubi facta narrant. Neque hic tacebo, quod nuper occurrebat in *Miſn. Thamyd cap.* iii. §. 8. *a Jericho auditus eſt ſonus portæ majoris, ubi* (mane) *aperiebatur* (diſtabat autem a Jeruſalem X. paraſis, id eſt, leucis Germanicis ſecundum Bartenoram in Commentario) *a Jericho auditus eſt ſonus* המגריפה (ſpecies eſt inſtrumenti pulſatilis in templo, in quo decem foramina, quorum quodlibet centum ſpecies melodiæ reddebat apud *Eundem*) *a Jericho auditus eſt ſonitus ligneæ machinæ, quam Ben Katijn* (ſacerdos M. fuit Bartenoræ) *fecerat Lavacro; a Jericho audita vox Gabinii præconis* (qui quolibet mane in ſanctuario clamabat, ſurgite ſacerdotes ad veſtra miniſteria, ſic idem Interpres) *a Jericho auditus eſt ſonus tibiæ* (Schalmeye vertit Batenora) a *Jericho auditus eſt ſonus Cymbali; a Jericho auditus eſt ſonus cantici; a Jericho auditus eſt ſonus Buccinæ; & ſunt qui dicunt, etiam vox Sacerdotis M. quando pronuntiabat nomen Jehovæ in die expiationis; a Jericho odorari quis potuit mixtionem ſuffitus.* R. *Eleazar*

Digitized by Google

Eleazar inquit, capri in Beth-abba in monte Macvar ſternutabant ex odore conditura ſuffitus. En Judæorum ingenium! nec relinquet *Græciæ mendaci* titulum. Non enim hyperbolarum hic modus eſt. Porro, ut redeamus in viam, optant iidem ingentes in ipſo cœlo mutationes, ad gloriam Meſſiæ & Judæorum gaudia, apud *Joſ. de Voiſin ad R. Martinii Pug Fid. p.* 134. Ac jam in Thalmude de iſtis Rabbinorum ſunt diſſenſiones. Nam *Cod. Sanked. c.* XI. in *Gem. Excerpt.* §. 37. & codice *Berachoth* apud *Menaſſ. de Reſurr. lib.* iii. *c.* 2. R. Samuel negat, *quicquam intereſſe inter dies Meſſiæ & hæc tempora, præter ſervitutem regnorum*, quæ ipſa ſunt hic a Maimonio citata verba: ſed diſſentit R. Chaja verbis R. Jochanan, quando dixit, *omnes Prophetæ non ſunt vaticinati, niſi tantum de diebus Meſſiæ, quod vero attinet futurum ſæculum, oculus non vidit, præter te, o Deus, quid faciat te expectans. Jſ.* LXIX. 9. Ex quo ſatis apparet hoſce poſteriores facile eo perveniſſe, ut nihil non mutationis in rerum natura, adveniente Meſſia, expectarent, maxime quando verba Prophetarum parabolica proprie & carnali mente (non uti Chriſtiani de mutata fœderis œconomia & Eccleſiæ conditione) interpretarentur. Vide Pirke *R. Eliezer cap.* LI. & *Vorſt. in notis*, ubi decem miracula & innovationes rerum tempore Meſſiæ. Atque adeo nec mirum eſt Rabbinos ex hypotheſi diverſa, non eodem modo loqui de עולם הבא *futuro ſæculo*, uti videre eſt apud *Menaſſe Ben Iſraël de Reſurrect. lib.* iii. *c.* 1, 2. ubi ait inter Majemonidem & Moſen Gerundenſem in hoc argumento diſſidium. Nam ille arbitratus eſt futurum Sæculum eſſe

mundum animarum, poſtquam per mortem a carne ſunt ſeparatæ, ſic quidem ut in eo nullum ſit corpus, ſed tantum animæ juſtorum ſine corpore, *Tract. de Reſipiſc. c.* 8. ſed reprehendente ipſum Scholiaſte. At Gerundenſis aliter ſenſit, ubi mundum futurum eſſe volebat, qui ſit in diebus Meſſiæ futurus, quando in eum omnes pii, cum anima & corpore, per reſurrectionem introducentur. Ut negari non debeat עולם הבא aliquando apud Magiſtros dies Meſſiæ quoque ſignificare. Confer *Vorſt. Not. ad Pirke R. Eliezer*, *p.* 249. Nec debebat hic lis moveri Viris Eruditis.

יראה מפשוט של
דברי הנביאים ש
שבתחלת ימות ה
המשיח תהיה מ
מלחמת גוג ומגוג
ושקודם מלחמת גוג
ומגוג יעמוד נביא
לישר ישראל ולהכין
לבם שנאמר הנה
אנוכי שולח לכם
את אליה וגו' ואינו
בא לא לטמא הטור
ולא לטהר הטמה

Apparet autem ex ſimplici intellectu Prophetarum, quod initio dierum Meſſiæ ſit futurum bellum [*a*] Gog & Magog, & quod ante iſtud Bellum Gog & Magog ſurrecturus ſit [*b*] Propheta, qui Iſraëlem in rectam viam ducat & præparet cor eorum, uti dicitur, * *ecce* [*c*] *ego mitto vobis Eliam* &c. Et ille non [*d*] veniet ut purum faciat impurum, vel impu-

ולא

ולא לפסול אנשים
שהם בחזקת כשרות
ולהכשיר מי ש
שהוחזקו פסולים א
אלא לשום שלום
בעולם שנאמר ו
והשיב לב אבות על
בנים: ויש מן ה
החכמים שאומרים
שקודם ביאת ה
המשיח יבא אליהו
וכל אלו הדברים
וכיוצא בהן לא ידע
אדם איך יהיו עד
שיהיו הדברים ס
סתומים אצל ה
הנביאים וגם ה
החכמים אין להם
קבלה בדברים אלו
אלא לפי הכרע ה
הפסוקים ולפיכך יש
להם מחלוקת ב
בדברים אלו ועל כל

rum faciat purum, vel ut profanos faciat qui præſumuntur legitimi, vel legitimos faciat, qui præſumuntur eſſe profani: ſed ut ponat pacem in mundo, ſicut dicitur, *& convertet cor patrum ad filios.* Et ſunt ex Sapientibus, qui dixerunt, quod ante adventum Meſſiæ venturus ſit [e] Elias. Sed hæc omnia & ſimilia non ſciet homo, [f] quomodo ſint futura, utpote clauſa penes Prophetas. Ipſi etiam Sapientes de hiſce non habent traditionem, niſi ſecundum præponderantes (ſcripturæ) verſus; atque inde in hiſce rebus inter ipſos eſt diſſenſio. Nec in illis habenda eſt certa omnimodo diſpoſitio; neque ſubtiles hic diſpu-

פנים אין סדור הויית דברים אלו ולא דיקדוקיהן עיקר בדת ולעולם לא יתעסק אדם בדברי ההגדות ולא יאריך במדרשות האמורים בענינות אלו וכיוצא בהם ולא ישימם עיקר שאין מביאים לא לידי יראה ולא לידי אהבה.

putationes in religione ſunt fundamentum. Non debet autem homo unquam in enarrationibus in myſticis occupari, aut extendere diſputationes ad ea, quæ de hiſce negotiis & ſimilibus dicuntur, neu ponere ea uti fundamentum. Non enim deducunt eum ad timorem & amorem (Dei.)

* *Mal.* IV. 5.

Notæ.

[*a*] De hoc bello Gogi & Magogi, Edomitarum & Arabum, id eſt, Chriſtianorum & Muhammedanorum, vide *Menaſſ. de Reſurrect. lib.* III. *c.* 5. & in *Abkath Rokel* apud *Hulſium Theol. Jud. p.* 503. adde *Hoornb. c. Jud.* iii. *c.* 2. *R. Martin. part.* II. *c.* 14. Eo refert *Kimchi Pſal.* L. In iſthoc autem bello expectant Judæi חבלי המשיח *dolores Meſſiæ*, de quibus ſœpius Rabbini: vide *Gem. Sanhed. cap.* XI. §. 35. Adeo autem metuunt illos, ut dicant ibidem *veniat Meſſias, at ego non videam ipſum, quid faciemus ut liberi ſimus a doloribus Meſſiæ?* vide *R. Mart. Pug. Fid. p.* 387.

[*b*] Forte ex pari opinione quærebant Judæi

a

a Johanne, *an tu es Propheta? an tu es Elias?* illum utique diſtinguebant Prophetam a Meſſia Rege, veluti præcurſorem, doctorem & conſiliarium. *Joh.* i. 21. vii. 40, 41. Eſt autem error Judaicus Meſſiam non adeo Prophetam, quam Regem credere, ne Moſe major eſſe videatur, ſolum forte imbuendus Spiritu Sancto, quem a Prophetico diſtinguunt.

[*c*] Igitur ex hac opinione non male Chriſtiani Johannem Baptiſtam, ſic docente Chriſto, promiſſum Eliam credidere, eo quod venerit in *Spiritu Eliæ.* Sunt autem magnifica quæ ipſe *Joſephus* de Johannis Baptiſmo, honore apud populum, ſanctitate, ac martyrio teſtatur, *Antiq. lib.* xviii. *c.* 7. adde *Gorionidem L.* v. *c.* 45.

[*d*] Vult dicere non judicabit purum eſſe impurum, vel impurum eſſe purum, nec pronuntiabit profanum vel illegitimum ad munera, maxime ſacra, eſſe aptum aut legitimum, aut legitimos & idoneos eſſe illegitimos ac profanos. Confer *Miſn. Succoth c.* 1. §. 1. Obſerva phraſin Hebraicam in Juſtificationis controverſia c. Pontificios. Eo autem tendunt hæc omnia, quod Propheta iſte non ſit functurus officio Judicis, aut Arbitri de piis aut impiis, legitimis ac illegitimis, ſed quod præparans viam Judici, Arbitro & Regi Meſſiæ ſit ablaturus odia, iras, diſſenſiones mutuas, inter Judæos, ſic etiam inter gentes, & prædicaturus ſingularem reſipiſcentiam & inſtantem Meſſiæ adventum, redacturusque adeo parentes ad filios, qui præ pavore fugientes ob afflictiones ſe mutuo deſeruerant, ſic enim alii Rabbini apud *Alting. Sil. L.* v. *c.* 45.

Digitized by Google

[*e*] De adventu ipſius Eliæ vide *Menaſſ. de Reſurr. lib.* II. *c.* 3. ubi ait ex vario Thalmudis loco eum reverſurum in terras, ut doceat multa, de quibus adhuc dubium eſt, poſt moras in Paradyſo, ex quo epiſtolam ad Joramum ſcripſerit, de qua *S. Smit* egregiam *Diſſert.* ſcripſit. Adde *Hoornb. c. Judæos, lib.* II. *c.* I.

[*f*] Sic fibulam videtur imponere audaciæ ſuorum Interpretum. Nec indignum eſt Chriſtianos attendentes ad λόγον προφητικὸν, diſcere modeſtiam, ne audacter Prophetias ad fata & hiſtorias Eccleſiæ aut Gentium per certas periodos trahantur. Bene eſt ſi ibi Chriſtum, vocationem gentium, pœnas Judæorum, eorumque ad Meſſiam reverſionem attendamus. At ineptæ eſt περιεργίας Prophetas ſic interpretari, ut faſtos N. T. ante ſcripſerint abſque ulla vel exigua utilitate V. T. Quod dum fit aliquando a recentioribus Interpretibus, detorquentur verba ab eo ſcopo, in quem citata ſunt a Scriptoribus N. T. quod evidenter apparet, ex *Rom.* iii. 16, 17. ſi conferamus ipſorum *Commentarios.* At ſubeſt hic in Majemonidæ verbis quid aliud. Nam videt deſperata eſſe ſuis omnia ex Prophetis, a quibus avertere ſuorum mentem quodam aſtu voluit, ne convertantur ad Chriſtum vi claræ demonſtrationis. Prophetas excutit manibus vulgi ſpecie pietatis & ſimplicitatis. Quin etiam eodem conſilio eosdem habet minori in pretio quam Moſis ſcripta, *More Nebuch. part.* II. *cap.* 45. habent Pontificii doctores, quos imitantur.

וכך לא יחשב הקיצין

Pariter homo [*a*]

Digitized by Google

הקיצין אמרו חכמים תפח רוחם של מ מחשבי הקיצים א אלא יחכה ויאמין בכלל הדבר כמו שבארנו.

non *computabit tempora*, dixerunt ergo ſapientes, *rumpatur* (illaqueetur, expiret) *ſpiritus eorum, qui ſupputant periodos temporum ceu fines*. Sed expectabit & credet generatim verbo, ceu expoſuimus.

Notæ.

[*a*] Deſperata hæc Judæorum conſilia lege, *Gem. Sanhed. cap.* xi. §. 30. Ratio autem iracundæ execrationis erat, *quia ſolet contingere, ut cum adeſt terminus, nec venit promiſſio, homines dicant, nunquam eſſe venturam.* Sic Magiſtri, & retulit Noſter hanc ſuaſionem in ipſos articulos fidei, *Comment. in Sanhed. c.* x. & apud *Abarbin. de cap. fidei, cap.* 7. Utique exemplum Thalmudicis erat recens Ben Coſibæ, & Maimonio impoſtoris David el David; & quot non deinde ſecuti Deceptores? vide *Lentium* de *Pſeudo-Meſſiis*. Sane ſentiebant Gemarici tempus adventus Meſſiæ jam expiraſſe. Itaque §. *l. c.* xxxi. queruntur, *elapſi ſunt omnes termini; res non pendet niſi a reſipiſcentia & bonis operibus.* Scilicet Judæi merebuntur Meſſiam! Et cur non merentur ſuperbi defenſores & jactitatores libertatis arbitrii cum *Majemonide Tract. de Reſipiſc. cap.* 5, 6, 7? Confer quæ huc ſpectant apud *Hakſp. in Lipman. p.* 507. Iſtud tamen iterum negant, ubi ajunt,

ajunt, *Meſſias non veniet propter converſionem noſtram aut merita, ſed quando placuerit*, vide *Abrav. de cap. fid. p.*64. Ac ſane idem credere debuiſſent Thalmudici, ubi expectant impientiſſima fore tempora, quæ Meſſiam anteceſſura. *Gemar. Sanh. cap.*xxviii.*& ſeqq.* Ut non valeat exceptio quorundam, *tempus Meſſiæ præteriit, ſed ipſius adventus differtur ob peccata Iſraëlis.* Interea audi querulos Judæos in *Gemar. Sanbed. c.* xi. *Excerpt.* 29. ex dicto domus Eliæ (non Thisbitæ, ſed Doctoris cujusdam eximii) *dividuntur mundi tempora in* VI. *mille annos, ut quidem bis mille fuerit vaſtitas & inanitas, bis mille lex, bis mille dies Meſſiæ.* Atqui *plusquam* 4000. *millia annorum erant elapſa & necdum venerat Meſſias:* quid cauſæ? *propter peccata noſtra*, יצאו inquiunt, *egreſſi ſunt* (annos præfixos, ſic enim vertendum) *qui deinde egreſſi ſunt.* Habes hæc eadem apud *Menaſſ. de Reſurr. lib.* iii. *c.* 3. ex *Aboda Sara, c.* I. ubi quidam Rabbi erumpens in lamenta dixit, *vitia & peccata populi cauſa ſunt cur differat adventum Meſſias, adeo ut jam* CCC. *anni ultra* IV. *millia ſint elapſi.* Confer *R. Martin. p. f. p.* 394. Quid? juxta ejusdem Eliæ computum, eodem capite Sanhedrin, *mundus non eſt minor* LXXXV. *Jubilæis, atque in ultimo veniet filius Davidis.* Adeo antiquitus quæſita & determinata ſunt Meſſiæ tempora, eademque, ſpe nondum impleta, dudum expirarunt! Ut tamen ſe ſolentur deſperantes finxere traditionem domus Eliæ conſiſtere, ſi modo Meſſias veniat ultimo millenario, imo fine illius, credentes, Meſſiam adventantem ſuſcitaturum Judæos (de gentibus & impiis id negant) fine chiliadis ſextæ, ut-

utpote depletis tunc animarum cum corporibus naſcendis conjungendarum promptuariis, vide *Scheb. Jehud. Gentii, p.* 238. Unde in *Miſn. Jebamoth c.* 6. Magiſtri, *non aderit filius David, priusquam exhauſtæ ſint univerſæ animæ in Goph*, id eſt, regione cœleſti, ubi detinentur ab initio creatæ, usque dum in corpora mittuntur, de quo *Gaulmin. not. ad vitam & mortem* Moſis. & *Windet. Faſc.* iv. *p.* 110. Interea non defuere, qui poſt execrationem Thalmudicam, iterum ſupputarent tempora, at mira vanitate, dum Prophetis deſtituuntur. Nam apud *Abarbinel Comment. in Danielem, p.* 136. ajunt, *Liberatio noſtra procul dubio futura eſt, cum fiet conjunctio efficax in piſcibus A. mundi* 5224. (potius 6224. ſic corrigente ex contextu *Vorſtio* ad *Abravanelem p.* 67. ut conſtet numerus, juxta ætatem Abravanelis) id eſt, A. Chr. 2464. Quo non tendunt nugæ hominum, qui a Scripturis deſerti, ab Aſtris Meſſiam petunt! Damnent ulterius עכום, id eſt ſtellarum & planetarum cultores! Nec illi ſoli ſic inſani vere, nam ſimilia aut eadem dixerat quidam R. *Abraham Avenaris*, apud *Voſſ. de Theol. Gent. lib.* ii. *c.* 48. qui hic legendus; & præterea alia de genere hoc invenias apud *Joſeph. de Voiſin ad R. Mart. pag.* 267. Quin etiam inter Thalmudicos videbis, qui ætatis Meſſiæ in terris tempus magiſtraliter determinarent, *Gemar. Sanhed. cap.* xi. § 37. Ibi enim R. Eleazar ait, [dies] Meſſiæ XL. anni, ex collatione locorum, *Deut.* viii. 3. *Pſal.* xc. 15. at R. Doſa, erunt cccc. anni, ex *Geneſ.* xv. 13. rurſus alter CCCLXV. pro numero dierum, periodi ſolaris, ex *Jeſ.* LXiii. 4. & Alii, dies, quibus Chriſtus

ſius habitaturus eſt in Iſraële ſunt ſepties mille anni; ex *Jeſ.* LXII. 8. vel dies Meſſiæ totidem erunt, quot fluxerunt ab initio mundi hucusque, ex *Deut.* XI. 21. ſive quot a Noacho ex *Jeſaiæ* LIV. 9. Sic palpant in tenebris, qui Chriſtum abnegarunt! Confer *Menaſſe de Reſurr. lib.* iii. *c.* 2. *p.* 262.

ג׳ בימי המלך ה
המשיח כשתתישב מ
מלכותו ויתקבצו א
אליו כל ישראל
יתייחסו כולם על
פיו ברוח הקודש ש
שתנוח עליו שנאמר
וישב מצרף ומטהר
וגו׳ ובני לוי מטהר
תחילה ואומר זהו מ
מיוחס כוהן וזה מ
מיוחס לוי ודוחה א
את שאינן מיוחס
לישראל הרי הוא
אומר ויאמר ה
התרשתא להם וגו׳

III. In diebus Meſſiæ cum firmatum [a] erit ejus regnum, & omnes Iſraëlitæ ad ipſum congregabuntur, omnes in genealogiam reducentur [b] ex ore ejus per Sp. S. qui ſuper Eum quieſcet, uti dicetur, * *& [c] ſedebit purificans & mundans &c.* Et primum purificabit filios [d] Levi ac dicet ille ex proſapia eſt Sacerdotis, & ille ex genere Levitarum, atque repellet eos, qui non ſunt ex proſapia Iſraëlis. Nam ecce dictum eſt, & † *ait Athirſata illis..... usque dum ſurgat Sa-*

רע

ל כהן עמור שׁ *cerdos cum* [*e*] *Urim &*
לאורים ותמים. *Thummim.*

* *Mal.* III. 13. † *Ezr.* II. 63.

Notæ.

[*a*] Cum jam probaverit ſe Meſſiam eſſe, ac poſt geſta cum hoſtibus bella. Etenim talem vult Maimonius Meſſiam, qui per pugnas, cædes, ſubjugationes Gentium, regnorum deprædationes, ſpoliaque divitiarum, regnum ſibi tranquillum acquirat, vexilla rubentia hoſtium rebellium ſanguine circumferat, ac nihil non meditetur, ut ſolium obtineat glorioſius Salomonis throno, etiam poſt ſiccam mortem liberis tranſmittendum. Nam ſæculum Meſſiæ, ut vita ejus, erit ad modum hujus ſæculi, vide *Menaſſ. de Reſurr. lib.* iii. *c.* 11.

[*b*] Diſtinctio familiarum & Tribuum accurata fuit in V. Teſt. Illi incumbebant etiam Prophetæ. 2 *Chr.* xiii. 22. xii. 15. & Reges 1 *Chron.* v. 17. ix. 1. & propterea conſervatæ genealogiæ fideliter in captivitate ac deinceps. Confer *Joſeph. Antiq. lib.* xi. *cap.* 4. Atque hinc ſtudium Ezræ (*qui Iſraëlem reddidit purum, inſtar farinæ*, ut Magiſtri) genealogias firmandi, eosque excludendi, qui falſo ſuum genus jactitarent. Ajunt autem Judæi Ezram (de quo vide quæ ſcribant encomia *apud H. Otth. in Hiſt. Doct.* Miſn. *pag.* 1. *Hotting. Theſ. Phil. p.* 23.) tres genealogiarum tabulas reperiſſe, *pauperum*, *plebejorum & magnatum*, vide *Jarchi ad* 1 *Chron.* viii. 39. Adde quæ ex *Kidduſchin c.* iv. *Ligtf. Hor. Hebr. ad Matthæum*,

mox

mox ab initio, ubi decem ſtirpes exeunt ex Babylone *Sacerdotes, Levitæ, Iſraëlitæ, Profani ad ſacerdotium, Proſelyti, Liberti, Nothi, Spurii, Nethinæi, Collecticii, id eſt, incertæ originis.* Quamquam non diffitentur Judæi multa fuiſſe in familiis recenſendis dubia. Pudendum eſt autem eos aſſerere farinam optimam & florem Judaicæ gentis ab Ezra in adamata Babylon relictam, *ibidem.* Interim habebat Ezras ſaltem aliquid, unde de proſapia arbitraretur, vide 1 *Chron.* i. ii. iii. iv. v. ix. Verum jam nihil ſupereſt tabularum Judæis, quod Meſſias inveniat. Majus ergo opus per Spir. S. (quem שפע מן יי *influxum divinæ operationis* volunt Judæi, & Muhammedani ex illis; apud *Selden. de Syned. lib.* ii. *c.* 4. §. 4.) quam Ezras, exequetur. Utique genealogias jam dudum abolitas fatentur ipſi (ſi vel verum non foret, quod ait *Euſebius*, *Hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 7. & in *Chron. ad A. M. M.* cxii. Herodem, ut tegeret ignobile genus, ſervatas in Archivis genealogias flammis tradidiſſe) in *Tract. Peſachin*, *cap.* v. Quin etiam eorum Patres eaſdem abolevisse, cum nobiliores ad necem quærerentur ab Imperatoribus maximeque Domitiano, ut ſpem jactitati ex illis Meſſiæ præſcinderent, ajunt Veteres; lege *Euſeb. Chron.* & *Scalig. notas p.* 204, 205. nec non *Mornæum de Verit. R. Chr.* c. xxix. Vide interim, quâ genealogiæ & proſapiæ fiducia ſe miſeri ſolentur maxime in Hiſpaniis, quo eorum Patres fuerint delati, etiam a vaſtatione Templi I. juvantibus Nebucadnezarem Hiſpanis, *in Schebeth Jehud. p* 40. Jam vero reſtitutionem Genealogiarum ſperat Majemonides. Fruſtra, cum nulla ſint Judæorum præ vocatis gen-

gentibus in regno Meſſiæ privilegia. Quin ſunt inter Judæos ſapientes, qui dixerunt אין עושק ביוחסין, *non eſt oppreſſio in Genealogiis* (quod quis ſe ex hac vel illa tribu jactitet, cum non ſit) *nam quicunque vocantur nomine Iſraëlis, genus ſuum referent ad veritatem, & lex, ſeu doctrina erit pater omnium.* Nempe ſpectabitur non carnalis, ſed ſpiritualis cognatio, quam conſiderat Chriſtianiſmus, credens communionem ſanctorum. Vide *Alting. Sil. lib.* v. *c.* 2. & confer *Matth.* xii. 46. *Gal.* iii. 26. qua obſervatione illuſtrari poteſt locus 2 *Cor.* v. 16. Neque fieri poteſt, ut Judæi admodum conjugiis permixti, nec tantum mutuis, ſed etiam Gentilibus (maximam ſane eorum partem cum filiis Kethuræ eſſe confuſam agnoſcunt, ut ſupra ad *cap.* x. obſervatum) ſuis originibus aſſignentur. At quid de X. Tribubus futurum, quas ajunt Judæi hactenus non rediiſſe? Quanta enim eſt iſtarum Tribuum & defectio & permixtio inter Gentes, cum nullus illarum nomen, ſedes, aut ſocietatem invenire potuerit? Verum illas redituras nunquam, dixerunt quidam immites Iſraëlitarum fratres, uti obſerv. *cap.* xi. §. 1. At alii benignius, ubi ajunt in *Libro Sohar* col. 72. *Novies numerati ſunt Iſraëlitæ, & adhuc ſemel numerabuntur tempore Meſſiæ,* uti dicitur *Jer.* xxxiii. 13. vide *Kabb. Denud. T.* 1 1. *p.* 130.

[*c*] Locus *Maleachi* non ſpectat Genealogiæ cenſum, ſed veram ſanctificationem Miniſtrorum Dei, qui Chriſto, etiam ex Sacerdotibus Leviticis, nomen dederunt. Conf. *Jeſ.* iv. 4. *Act.* vi. 7. Recte autem habet, quod locum Maleachi referat ad Meſſiam. Cur non vidit

Digitized by Google

eum veniſſe ex *verſ.* 1? Debuit enim venire ad *Templum ſuum*, id eſt, ſecundum. Vide *R. Mart. Pug. Fid. p.* 376.

[*d*] Quaſi reſtituendum eſſet Sacerdotium Aaronicum in diebus Meſſiæ! Atqui ſacerdotium Meſſiæ erit *ſecundum ordinem Melchizedek*, abolito priori, mutata lege, & ſubſtituto veri nominis expiatorio ſacrificio, imo etiam dato ſpirituali omnibus fidelibus Sacerdotii munere. *Jeſ.* LIII. 10. LXI. 6. *Pſal.* CX. 4. ad quem locum vide plura apud *Hulſium Theol. Judaic. p.* 100.

[*e*] Urim & Thummim, ut ut expectatum, ceu videtur in Templo II. *Ezr.* ii. 63. (de quo loco vide *Buxtorf. Diſſ. de Urim & Thummim pag.* 323.) nunquam reſtitutum fuit. Reparatum eſt quidem pectorale, inſertis novis lapidibus, ſed defecit illius oraculum. Sic *Majem. de Appar. Templi, c.* 10. §. 10. Obſervanda hic *Joſephi* verba, *Antiq. lib.* iii. 9. *deſiit pectorale & ſardonyx* λάμπειν *fulgere ducentis annis, antequam hæc ſcriberemus, irato Deo:* imo dicam longe ante (nam ducenti retro anni modo ad Joh. Hyrcanum pertingerent) quippe toto Templo II. defeciſſe oraculum Judæi fatentur, aliis quatuor adnumeratis, quæ defecerint in hoc Templo, & ad gloriam Templi I. admodum fecerint, ceu eſt Sp. Prophetiæ, Ignis cœleſtis, Arca fœderis, cum propitiario, & Oleum unctionis. Sane reſponſum coram Arca Pontifex dabat; quomodo dare poſſet ea non ſuperſtite? vide *Kimchi & Jarchi ad Hagg.* ii. 7. *Menaſſ. Probl. de Creat.* XI. *Bochart. Hieroz. part.* I. *lib.* ii. *c.* 35. *R. Mart. Pug. Fidei p.* 381. Teſtimonia hæc ſunt Meſſiam (ad cujus oracula animi præparabantur) veniſſe, juxta Haggæi

Pro-

Prophetiam. Bene *Abarbinel* in locum, *opera Domus ſecundæ erant opera humana, ſed opera Templi primi erant divina.* De *gloria Templi* II. vide interim eruditam *Schertzeri Diſſertationem.* Mirum eſt autem, non eſſe reductam ſaltem Arcam in Templum II. ſi verum eſt, quod ait *Majemonides de Domo electa, cap.* iv. §. 1. *Salomonem cum ædificaret templum, metu vaſtationis juſſiſſe, ut fieret quædam latebra inter varios terræ receſſus* (*Abarbinel Comment. ad* 1 *Reg.* vi. 18. ait fuiſſe eam ſub דביר adyto) *in qua Arca reconderetur, ac Joſiam quoque eam ibi curaſſe recondi ſuo tempore, ſimul cum virga Aaronis, urna Mannæ, & Oleo unctionis*, allegato ad id loco, 2 *Chron.* xxxv. 3. qui ut parum eo faciat videbit Lector. Sane Arcam cum Templo periiſſe patet ex *Jer.* iii. 16. Ut fruſtra quidam Magiſtri, *Miſn. Schekalim c.* vi. §. 1. dixerint *in Sanctuario* XIV. *loca adorationis fuiſſe, & ultimum quidem e regione conclavis lignorum, quod traditio Patrum eſſet, arcam ibi occultatam eſſe.* adde §. 2. ubi quadam ex viſione ibidem arcam eſſe abſconditam probatur. At cur non iſtud ſciverunt Patres ſub Templo II? Cur inde Arcam non reduxerunt? Novit Hircanus & Herodes in Davidis ſepulchro Theſauros reconditos invenire, uti eſt apud *Joſephum Antiq. lib.* xiii. *c.* 16. xvi. *c.* 11. cur non pietas Arcam juſſit aliquando ex latebra arceſſere, & collocare ſuo loco?

הנה למדת ש
שברוח הקודש מ
מיוחסין המוחזקין ו

Ecce didiciſti, quod [*a*] per Sp. S. genealogiæ accenſebuntur, qui præſumuntur, &

ומודעין המיוחס ואינו
מייחס ישראל אלא
לשבטיהם שמודיע
שזה משבט פלוני
וזה משבט פלוני א
אבל אינו אומר על
שהן בחזקת כשרות
זה ממזר וזה עבד
שהדין הוא שמשפחה
שנטמעה נטמעה.

qui indicare queunt proſapiam. Non autem ille recenſebit proſapiam Iſraëlis, niſi ſecundum ſuas tribus. Nam judicabit, quod hic ſit ex illa tribu, & ille ex iſta tribu. Sed non dicet de iis, qui præſumuntur legitimi [*b*] hic eſt ſpurius, & ille eſt ſervus. Nam Judicium ejus erit, ut familia, quæ abſcondita eſt, abſcondita maneat.

Notæ.

[*a*] An vero quis alius proſapiam Meſſiæ indicabit? An Meſſias ipſe judicabit per Sp. S. de ſua genealogia, ut credatur ex familia Davidis? An agnoſcetur Rex, antequam de ipſius genere conſtet? At in *Epiſtola* ad *Auſtrales* Maimonius amplius ſententiam ſuam de ortu Meſſiæ explicuit. Nempe *non cognoſcetur exortus ejus, antequam de illo dicatur* (a quo?) quod ſit filius illius aut illius, & ex hac vel illa proſapia. Si autem ſurrexerit quis, qui ante apparitionem ſuam non ſit notus, tum ſigna & prodigia, quæ faciet, probabunt veram ejus proſapiam juxta *Jeſ.* LIII. 2. *Zach.* VI. 12. Scilicet incertum erit genus

Digitized by Google

genus, confuſis Genealogiis, unde eſt proditurus. Quamquam Judæi habent quo medeantur ſuæ incertitudini, quando clamant עריין לחלוחות רבית דויד קימת *Viror* (humor) *Domus Davidis adhuc conſtat*, vide *Scalig. Not. ad Euſeb. p.* 205. Inde fabulantur cum *Abarbinele ad Daniel. f.* 22. *col.* 3. „ eſt hoc providentiæ divinæ ſuper Iſraëlem teſtimonium, quod cum Rex & Princeps ejus „ inter gentes exulent (quaſi adhuc ipſis daretur inter exules Rex & Princeps) illi tamen „ qui ſunt ex ſemine Davidis excellentia & gloria ſupra reliquos Judæos, & quidem aliqua „ præfectura, præſtent. Quod ſi obſervaveris familias genere præſtantiores, ſcias quod ſint „ ſurculus ex trunco Iſai & ex ſemine Davidis. Sic ille, ut ſtatuat, deſtructa, quæ in Babylone uſque ad ſæculum XI. in Aimalotarchis Judæis videtur obtinuiſſe, poteſtate, necdum expiraſſe Jacobi Prophetiam *de Sceptro non receſſuro a Juda*, confer quoque ejusdem ad *Geneſ.* XLIX. 10. *Commentarium.* Imo vero, ut ſibi adularetur, qui cum nobiliſſimus inter Judæos eſſet, & aliquandiu a Conſiliis Regibus Luſitanicis & Hiſpanicis, at dein expulſus (lege *Præfat.* ejus in *Joſuam & Reges*) optabat futurum ut ex ſuo ſemine Meſſias naſceretur. Ergo non ſemel præfigit ſuis operibus hoſce titulos. „ Ego Heros „ Iſaac, filius Viri Nobilis, magni negotiis in „ Iſraële, eximii nominis, Domini Jehudæ, fi„ lii Samuelis, filii Jehudæ, filii Joſephi, filii „ Jehudæ, ex filiis Abarbenelis, qui omnes fue„ re Viri principes filiorum Iſraëlis, ex radice „ Iſai Bethlemitæ, ex familia Davidis, Prin„ ceps & Dictator populi mei. *Vel brevius.* Iſaac

 „ Hiſpa-

,, Hiſpanus, filius Viri Principis, Domini Je-
,, hudæ, Abarbenelis, ex ſancto ſemine fami-
,, liæ domus Davidis. Tanta eſt Virorum poſt tot confuſiones & afflictiones fiducia! Nos vanitatem hominis ridemus, uti Judæorum antiquam *ματαιολογίαν* circa genealogias, præeunte Paulo, 1 *Tim.* i. 4. *Tit.* i. 14. iii. 9.

[*b*] Spurii & Nethinæi erunt mundi in futuro ſæculo. Sic Judæi in *Kidduſchin* apud *R. Mart. Pug. Fidei*, *p.* 639. Cur non omnes gentes, quibus facta eſt promiſſio, *Jeſ.* XLIX. 8? Vide interim, ut Nethinæos antiquitus contemptim habeant Judæi, cum tamen Proſelyti eſſent & ſuo labore Templo inſervirent. Confer ſupra *cap.* vii. §. 8.

ד. לא נתאוו ה
החכמים והנביאים
ימות המשיח לא
כדי שישלטו על כל
העולם ולא כדי ש
שירדו בכותים ולא
כדי שנשאו אותם
העמים ולא כדי ל
לאכול ולשתות ו
ולשמוח אלא כדי
שיהיו פנויין בתורה
וחכמתה ולא יהיה
להם

IV. Non deſiderarunt ſapientes & [*a*] Prophetæ dies Meſſiæ, nec [*b*] dominentur toti orbi, nec ut imperent Gentibus, nec ut negotientur cum iſtis populis, nec ut edant & bibant, & gaudeant; ſed ut ſint exercitati in Lege & ſapientia illius, ne ſit exactor, aut impediens, quo minus ſe dignos faciant vita æterna, ſicut explicui-

Digitized by Google

להם נוגש ומבטל | mus in *Tractatu de Re-*
כדי שיזכו לחי״ ה | *ſipiſcentia.* [*c*]

העולם הבא כמו שביארנו בהלכות
תשובה.

Notæ.

[*a*] Deſiderarunt ſane Prophetæ V. T. dies Meſſiæ, quia ipſorum quoque ſalus ex Rege Meſſia, uti animarum Servatore, dependebat. *Matth.* xiii. 17 Ex Judaico autem Meſſia nihil emolumenti eſſe poterat Prophetis Vet. T. cur admodum deſideraſſent? Non eſt ergo verus Meſſias.

[*b*] Bene eſt, quod Maimonius ſe ab inſanis & ſtultis inter ſuos diſtinguat, quos etiam notavit diſertius *Comment. ad Sanhedr. c.* 10. Stolida enim illi fabulantur, etiam *Codice Baba Bathra*, ſive *Porta Ultima*, *cap.* v. de conviviis Meſſiæ, de bove Behemoth, de piſce Leviathan, de ave Barjuchene, de Vino in Paradyſo confecto, & in cella Adami ſervato, de omnis generis voluptatibus tum fruendis, quæ fuſe legi poſſunt apud *Buxtorf. Synag. Jud. cap.* 36. *Hulſ. Theol. Jud. p.* 230. Viderunt autem cordatiores haſce ſtultitias, dum puduit. Itaque verterunt veterum fabulas in Apologos, apud *Menaſſ. de Reſurr. lib.* ii. *c.* 19. (qui tamen etiam poſt reſurrectionem delicias cibi & potus ſperat, *lib.* iii. *c.* 9.) uti ad Theologiam mythicam ſe plane contulerunt, apud *Carpzov. ad R. Martini, p.* 37. *Schertz. in Judaica Theol. ſpecimine.* Itaque ad ex-

emplum Muhammedanorum, qui ridiculâ & febriculoſa ſui Prophetæ commenta de Horto Paradyſi mutarunt in parabolas, vide de illis *Surat.* iv. §. 60, 74. xxxvii. §. 40. & lege *Hakſp. not. ad Lipm. p.* 348, 354. Attamen omnes Judæi nihil non ſperant fortunæ mundanæ in terra Canaan, poſt tertium ingreſſum, i.e. victoriæ & opulentiæ, in regno Meſſiæ ſubactis gentibus, quarum jugum effero animo patiuntur. Ac quidem inter X. conſolationes Judæorum duæ ſunt præcipuæ, Regnum Iſraëlis in toto mundo & Exitium hoſtium Chriſtianorum, qui ſunt Idumæi (anima quippe Eſavi habitante olim in Chriſto, ut ante obſ. ex Abarbin. *Comment. in Jeſ.* xxxiv.) & perdendi, ex *Ezech.* xxv. 14. vide *Abkath Rokel* apud *Hulſ. Theol. Jud. p.* 159. Atque eo magis acuunt ſua deſideria, quod inde a vaſtata Jeruſalem, ſuas miſerias, dum Soli Cananæi extorres vivunt, animo acerbo ſentiant, & brevi ante Meſſiam graviſſimas adhuc in orbe afflictiones metuant. Sane *Rabbi Eliezer in ſuis Capitulis c.* xxxiv. dicit, *a die, quo vaſtatum Sanctuarium, terra Iſraëlis languet præ malitia incolarum, terra debilis facta eſt, nec poteſt ferre fructus ſuos juxta Jeſ.* xxiv. 5. & in *Sota cap.* IX. § 12. ſic queritur Miſnæ author R. *Jehuda Sanctus*, ex *eo die, quo Templum devaſtatum eſt, nulla dies micuit ſine plaga; nullus ros ſalubris deſcendit; ſapor ademptus eſt fructibus, etiamque pinguedo.* Utique terra Iſraëlis anathemate erat percutienda, *Mal.* iv. 6. Quin etiam hac comminatione Canon V. T. obſignatus eſt Judæis, fruſtra jam *verſ.* 5. repetentibus, ut conſcientiæ malæ medeantur. Deinde, quid paſſi ſint labentibus ſæculis admodum

deplorat

Digitized by Google

deplorat Author libri שבט יהודה, quem *Gentius* vertit. Ac denique quid proxime ante Meſſiæ tempora mali timeant, legi poteſt in *Gemar. Sanhed. cap.* XI. §. 32. Nempe *piſciculus quæſitus ægro non reperietur, peribit viliſſimus ex Magiſtratu, omni Judice carebit Iſraël, ærumnæ fluminis inſtar ſæculum obruent, oculi angore contabeſcent, ſagittæ famis jacientur ubique.* Scilicet Meſſias erit בר נפלין *filius lapſorum*, id eſt rebus plane collapſis eſt venturus. Igitur carnales iſti homines, ut mutarentur ſuæ fortunæ, nihil non expectant a Meſſia beneficii, quod iſtis miſeriis opponant. Cur non potius ad ſpiritualia reſpirant cum quibusdam Rabbinis, quos inter *Rabbi Alſcbech*, qui quidem *Comment.* ad *Jeſ.* LII. 13. dixit, tres ſunt in mundo afflictionum triades, I. Davidis & Patriarcharum. II. ſæculi hujus captivitatis. III. Sæculi Meſſiæ? At exinde ſpiritualia omnia ſperabat, ut mox dicam.

[*c*] Extat *cap.* IX. 2. ubi ait, *Deſiderarunt ſapientes Meſſiæ dies, ut requieſcant a regno impietatis, quod non permittit eos Legi operam dare, uti decet, & ut inveniant requiem, quo aucti ſapientia digni evadant vita futuri ſæculi. Jeſ.* XI. 9. *Jer.* XXXI. 34. *Ezech.* XXXVI. 26. *Jeſ.* II. 1. Confero hiſce preces, quæ leguntur in *Gem. Berachoth. Domine ſæculorum, libenter voluntatem tuam perficeremus, at iſtud quod impedit, tu ſubige, fermentum quod eſt in maſſa,* (id eſt, *pravos affectus, qui in cordibus fermentant*) *& tyrannidem regnorum.* Exponat hæc amplius Majemonidis Sectator, *R. Abraham Jagel* (qui ni fallor, deinde ad Chriſtum eſt converſus) ſuo *Catechiſmo pag.* 13. ubi inquit, „ Fieri ſane poſſe, ut etiam ante Meſ-

Q 5 ſiam

„ tiam quis ad perfectionem ſanctitatis perve-
„ niat: at ſe ſuosque reprimi multis miſeriis &
„ ærumnis, multa quoque dari præcepta legis,
„ quæ nusquam præſtare liceat, niſi in terra Ca-
„ naan extructo Templo: atque adeo Deum eos
„ precari, ut locum hunc, ubi extruendum eſt
„ Templum, reſpiciat miſericors; ac mittat Sio-
„ ni Liberatorem, cujus beneficio animus nove-
„ rit Deum & amoveatur ac tollatur quidquid
„ obſtet & impediat. Sic ille, ad exemplum
Maimonii, Liberi Arbitrii & meriti defenſor.
Sane Ben Maimon admodum ſui plenus fuit,
ad inſtar Pelagii, inter ſuos, uti apparet ex
Tract. de Reſipiſcentia, ubi de triplici hominum
genere, juſtis, peccatoribus ac intermediis loqui-
tur *C.* iii. deſtinato conſilio vires Liberi Arbitrii
in omni homine ad bonum tuetur *c.* v. & gra-
tiam Dei ceu fontem omnis boni oppugnat re-
ſpondens ad loca, quæ videt ſibi objici poſſe,
c. vi. At fortior eſt objectio, quam ut ſolvi poſ-
ſit, ex loco *Ezech.* xxxvi. 26. quem pro gratia
Meſſiæ citavit ipſe *de Reſip.c.*ix.§.2. Nam ibi pol-
licetur *Deus ablationem cordis duri*, quæ ſane tantæ
eſt efficaciæ, *ut Deo auferente cor durum, nullum re-
pugnare cor durum poſſit, quia aufertur ne repugnet*,
uti *Auguſtinus*, qui recte Pelagianismum Judais-
mo comparavit *Epiſt.* cc. Maimonio autem cor-
datius ſperanti adſtipulatur, uti ſæpe, Abarbi-
nel, Vir nobilioris ingenii & proſapiæ, ad *Jeſ.*
LIV. 13. credens interea cum ſuo Doctore, ſu-
ſcitatos ex mortuis univerſali reſurrectione ad
exemplum Meſſiæ (qui moriturus deinde ſit,
& regnum liberis relicturus) iisdem, quibus
nunc animalibus functionibus vacaturos, id eſt,
eſuros,

eſuros, bibituros, voluptatibus corporeis ſe re-creaturos, usque dum depoſito corpore animæ ſolutæ hac materia in futuro ſæculo beatæ vivant. vide *Menaſſ. de Reſurr. lib.* iii. *c.* 11. Nempe Judaismo Platonismum de corpore uti carcere conjunxit *Maimonides Tract. de Reſipiſc. c.* 8. Obſerva interim, Lector, Chiliasmi Patres Judæos. Quamquam *Jachiades* modo ccc. annos iſti beato ſæculo in horto Edenis tribuat, apud *Windet. Faſc.* iv. *pag.* 112. at diſſentiunt Magiſtri. Imo *Majemonides ad Sanhed. c.* x. ait perpetua ibi futura gaudia, dum cœlum & terra ſemper durent, morituris tamen, qui ibi diutius vixerint, & ſine corpore in עולם הבא ſæculum futurum migraturis. Quod dogma videtur ex *Tractatu Berachoth c.* 11. hauſtum. Lege rurſus *Windet. p.* 115, 118. Verum hæc Maimonidis non placent perpetuo ejus adverſario *Nachmannidæ*; qui altiora ſpirat, exiſtimans, aliam tum vitam fore, nempe ſpiritualem, procul carnis deliciis aut corporeis negotiis, apud *Menaſſ. de Reſurrect. l.* iii. *c.* 9. atque etiam probat contra Majemonidem *ſuſcitatos nunquam denuo morituros*, *c.* xi. utut corporeas delicias cibi & potus illis promittat, *c.* ix. Nachmannidæ conjungendus *R. Alſchech ſuo in Hagg.* ii. *Commentario*, ubi ait notum eſſe ex veteribus Sapientibus, quod liberatio futura ſit מעשה רוחני *ſpirituale opus Dei*, non ſicut priores liberationes. Itaque gloriam ibi promiſſam *Domus Dei*, vult eſſe ſpiritualem, mutata quoque Domo ſecunda in ſpiritualem. Confer plura aliorum dictata apud *Vorſt. ad Abrav. de Cap. fidei*, *p.* 68.

ה. ובאותו

ה. ובאותו הזמן
לא יהיה שם לא
רעב ולא מלחמה
ולא קנאה ותחרות
שהטובה תהיה מ
מושפעת הרבה ו
וכל המעדנים מצויין
כעפר ולא יהיה ע
עסק כל העולם
אלא לדעת את ה׳
בלבד. ולפיכך יהיו
חכמים גדולים ו
ויודעים דברים ה
הסתומים וישיגו דעת
בוראם כפי כוח א
אדם שנאמר כי מ
מלאה הארץ דעת
את ה׳ כמים לים מכסים.

V. Et iſto tempore [a] non erit [b] fames, non [c] bellum; non invidia aut ira. Nam bonum abundabit admodum, & deliciæ [d] omnes erunt frequentes, uti pulvis. Nec erit aliquod negotium mundi, niſi ut tantum Deum [e] cognoſcant. Adeoque (Iſraëlitæ) erunt magni [f] ſapientes & intelligentes res arcanas, atque pro conditione humanarum virium aſſequentur cognitionem ſui creatoris, ſicut dicitur, * *& plena erit terra cognitione Jehovæ, ſicut aquæ mare obtegunt.*

* *Jeſ.* XI. 9.

Notæ.

[a] Atqui ſic multa in orbe novanda, quod ante negavit.

[b] Quidam Judæi ajunt Meſſiam eſſe daturum Manna de cœlo, ex *Pſal.* LXXII. 16, de

de pane autem Meſſiæ, vide *Joſ. de Voiſin ad R. Martinii pag.* 140. Nempe *Tritici natura transſubſtantiabitur* ipſius beneficio! De qua opinione, quaſi Papiſticæ transſubſtantiationis arcana contineret, gaudeat, per nos licet, *Voiſinius.*

[*c*] Vide quæ ante diximus. Loquitur de ſtatu poſt Meſſiæ triumphos, vel reſurrectionem mortuorum. Vide *R. Mart.pag.* 435.

[*d*] Vide ante *cap.* iv. Adeo Saturnia regna ſibi pollicentur Judæi! Etiam Majemonides, ut ut cordatior, videtur redire ad ingenium.

[*e*] Præeunte Meſſia, ad quem audiendum etiam concurrent gentes. Vide *Tract. de Reſip. c.* 9. ubi Maimonius vult, quod ſit *major* futurus *Rege Salomone*, & Propheta קרוב למשה *proximus Moſi.* Quaſi hic Meſſiâ ſemper maneat major. At tamen *Abarbinel* hic deſerit Majemonidem. Nam *Comment.* in *Jeſ.* xi. agnoſcit *Meſſiam fore majorem Abrahamo, Moſe, Davide, atque ipſis Angelis miniſterii, ſubigens plane concupiſcentiam, ne peccet.*

[*f*] At jam ſunt ſtolidiſſimi hominum. Nec diffitetur Abarbinel populum ſuum in ignorantia ac caligine verſari, *Comment. ad Jeſ.* xxix. & Author *Schebeth* Jehuda ex edit. *Gentii p.* 398. ſic ait: *Olim magna rerum ſcientia pollebamus, ſed longis ac perpetuis errorum malis ſapientia ſapientum fatigata defecit, neque mentis noſtræ anguſtia res auguſtiſſimas capimus, & exiguis ingenii terminis circumſcripti, levia tantum mente comprehendimus.* Quin in *Miſn. Sot. c.* ix. §. 15. queruntur diruto Templo ſecundo *defeciſſe acutos Interpretes, evanuiſſe decus Legis, ceſſaſſe Thaumaturgos, expiraſſe Religioſos,*

gioſos, diſparuiſſe ſplendorem ſapientiæ, pudore ſuffuſos ſapientes; ac porro id futurum, *paulo ante Meſſiæ adventum, ut Synagogæ in Lupanaria vertantur, fœteat ſapientia Magiſtrorum, deficiat veritas.* Et paria habemus *Gem. Sanhed. cap.* xi. §. xxvi.&ſeqq. Nempe *Lex tradetur oblivioni, Diſcipulorum erit paucitas, putebit ſapientia Scribarum.* Quam vero de ſua plebe contemptim ſentiant, quam ignarum & brutum habeant ſuum vulgus עם הארץ lege apud *Wagenzel. ad Sot. p.* 518. ſic quidem, ut plebejos fere, reſurrectione mortuorum excludant. Atqui Judæi reddendam ſibi ſapientiam præſtolantur, uti revelatum iri a Meſſiâ nomen יהוה & ſenſus Legis arcanos, uti eſt in *Jalkuth ad Pſ.* xci. 14. & in *Bereſchith Rabba* ad *Geneſ.* XLIX. 10. *Ligtf. op. T.* 1. *p.* 496. *R Mart. Pug. Fidei pag.* 689. *Hackſp. Sylloge Diſp. p.* 189. Subeſt vero ſpei Judaicæ ingens ſuperſtitio. Nam ajunt ante Moſen nomen Jehova Patribus fuiſſe ignotum, at ubi Moſi innotuiſſet, tanta ab ipſo per illud facta eſſe miracula. Nunc autem illud rurſus ignotum eſſe, & hinc ſe vociferantes in Synagogis non exaudiri. Futurum vero eſſe, ut Meſſias illud revelet rurſus, atque inde nihil non beneficii fore expectandum, uti ex citatis Authoribus colligas. Atqui nos gratulamur admodum nobis, quod Meſſias noſter Nomen Dei vere patefecerit, uti arcana Legis & Prophetarum, impletis promiſſionibus, quæ non tantum ad Judæos, ſed etiam ad Gentes pertinent, *Jeſ.* ii. 1, 2. *Joh.* i. 18. xvii. 3, 6.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM,

IN

Tractatu de Regibus eorumque Bellis.

CAPUT I. *De Rege conſtituendo & illius Unctione.* Pag. 1

Cap. II. *De Honore Regi debito ejusque Moribus ac Juribus.* 17

Cap. III. *De Regum pietate, temperantia, ſobrietate, Jure judicandi & puniendi.* 31

Cap. IV. *De Jure Regum circa vectigalia, eligendos ſibi miniſtros, heröas, conjuges, accipiendas decimas, terras ſubjugatas &c.* 48

Cap. V. *De Jure Belli, tum præcepti, tum arbitrii, de terris ſubjugatis, de non deſerenda terra Canaan.* 57

Cap. VI. *Amplius de Jure Belli, de offerenda pace hoſtibus, de exſcindendis, qui illam non recipiunt, de arboribus parcendis, de licitis in caſtris & vetitis.* 81

Cap. VII. *De Sacerdote ad Bellum uncto, de illius Sermone ad Exercitum, de dimittendis ex caſtris ante pugnam.* 102

Cap. VIII. *De Cibis in caſtris licitis, de jure Formoſæ captæ in bello, De non cogendis gentibus ad Legem Moſis ſuſcipiendam, quidem ad* VII. *præcepta Noachi recipienda.* 115

Cap. IX. *De* VII. *Noachi præceptis ac de Noachidarum juxta illa præcepta officiis & peccatis.*

Digitized by Google

peccatis. 133

Cap. X. *De Noachidis errore peccantibus, de Apoſtatis, de ſuppliciis eorum, de circumciſione, de prohibito gentibus Moſaicæ Religionis ſacro, de Judicibus Noachidarum.* 153

INDEX CAPITUM
de Rege Meſſia.

Cap. I. *De Regno Meſſiæ, illiusque adventu, ſignis ac negotiis.* 175

Cap. II. *De Sæculo Meſſiæ, de Genealogiis reſtituendis, de conditione Temporis Meſſiæ ejusque Beneficiis.* 222

ERRATA.

Pag. 13. lin. 7. lege *Becbai.* p. 129. lin. 29. lege *ex præcipuis.* p. 140. lin. 20. lege *ſive* blaſphemat. p. 195. lin. 22. lege מקלט. Cætera benigne emendato.

Digitized by Google

XXXX.

APPARITIONUM DIVINARUM DUARUM

Ejus quæ de Rubo, & proximæ quæ in Ægyptum revertenti in diverſorio Moſi facta,

Hiſtoria accuratiſſime conſiderata & explicata

Operis majoris dudum in lucem enitentis brevique erupturi, ſpecimen, quod

DE

APPARITIONIBUS DIVINIS

Inſcriptione, & argumento eſt futurum.

Auctore

FRANC. MONCÆIO

Fridevalliano.

Digitized by Google

Digitized by Google

ALBERTO AUSTRIO

CARDINALI

Imperatoris Filio, Imperatoris Fratri

Magni Regis Magno

VICARIO.

SIbylla Herophile, ſive, quæ fuit anus illa, quæ Tarquinio, ſeu Priſco, ſeu Superbo (non enim ſolum de ea, verum etiam de rege, apertam Var-

* Hujus hiſtoriæ Lactantius Varronem, Gellius annales priſcos, auctores laudant, diſſimiliter loquentes.

Digitized by Google

ronis eſſe à priſcis annalibus diſſenſionem comperio) venum oracula ſua expoſuit, verbis ea vel pro juſto collaudare & magni facere, indecorum & vile duxit: Solâ precii, quod exegit immenſitate: & in exigendo, nihilque remittendo, conſtantiâ, pereximium quid ea eſſe intellectum voluit, ac tandem, parte cremata ſeſqui altera etiam perſuaſit. Cordatæ fæminæ, SERENISSIME PRINCEPS, *placet exemplum.*

Divinationes, & (ſi ſinis) oracula; nulli adhuc viſa, nulli audita, venum obnuncio Divinationes, quòd quæ à nemine antè prodita, quis conjectando, præter vulgi ſenſum, probabili ratione, ex ſe habeat, ſic ferè cenſeantur. Sed & oracula eadem: Etenim, ſi Scripturæ interpretes, Scriptura ipſa Prophetas vocare non veretur, nonne & interpretamenta ex conſequenti oracula? Ejuſmodi igitur meæ merces. Ecquid hoc habitu Scripturæ inter-

terpretem novum ducis? Nempe gubernatio tua Belgica, novarum rerum & incredibilium productrix eſt. Et hanc ad cæteras adjice. Imparem fateor: quid enim tot oppidorum momentaneis illis expugnationibus, miraculo proximis, comparandum aut ſimile? Sed tamen ad gubernationis tuæ gloriam & iſta pertinet. Enimverò, ſi viri neque habitu, neque profeſſione Theologi, Te Belgis imperante, non indecore neque infeliciter (de aliis quàm de me dictum id volo) divina & ardua hæc tractant, quantum erit (præſis ac regnes modo) quod deinceps à profeſſis exſpectes? Sic oro rem eam, pro ſolitâ illâ gentis imperio natæ clementiâ, commode & faventer accipe. Accipis Tu quidem: ſed & omnes accipiant jube. Nam ſi in odii, & calumniæ occaſionem ſinis, abigis, imò verò ad oraculorum meorum cremationem (quod poſt factum nolles) adigis: Atqui non mihi hac parte Sibyl-

lam imitari decretum. Quâ magis velim jam dixi, & repeto. Merces meas verbis ſupervacaneis commendare aut ornare præconum & inſtitorum more, qui bonas ducam, magis eſſe hoc dehoneſtare & deprimere, judico. Pretium eis ingens pono: indè eas æſtima. Non huic quidem, quam vides, particulæ illud pono: pro guſtatione aut ſpecimine ſolùm, ea eſto, gratis eam habeto. Operi pono ſextuplo majori, ſi molem: ſi molimen ſpectes, haud paulò etiam ſublimiori. Sed ecquod tandem? Ocium. Ocium in pretium peto: non illud quidem inſueto novum dari, ſed per vim ademtum nuper, vim paſſo reſtitui. Abnuis? & tanti qualiacunque mea illa non emis? Et tibi & publico igitur pereant reſtat. Non ut à crematione periculum ſit, quibus ſecuritatem feci modò: Verùm Sibillynorum carminum fatum aliud impenſius timendum eſt.

Ne

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Quippe Schedæ ſunt inconſutæ, diſparatæ, perflatiles Sibyllæ frondes: minimo tumultu (at quantis obnoxii jam ſimus, momento incurrentibus, ecquem latet?) miſceri, turbari, in partem aliam atque aliam dividi, ac diſpergi idoneæ. Si fiet, certè tum ego Sibyllæ re nullâ aliâ ingenio ſimilior.

Nec revocare ſitus, nec jungere carmina curem. At præſentaneum huic malo remedium nonne vides? typis committi, atque edi quid prohibet? Per ocium concepi, per ocium enixus ſum: (ſuppetebat tunc qnippe è re mea familiari per honeſtum) ut decorè, & quo decet ornatu, & apparatu in publicum emittam, ocio haud minus opus eſt. Verum per hoſtes nullum jam mihi factum reliquum. Neceſſariò itaque indicendum meis Mercibus id pretium. Repara il-

lud, Princeps, qui ſolus potes, aut pacem redde: & hanc potius, ſaluti populo quem regis & diligis futuram, Tibi immortali gloriæ.

AU-

Digitized by Google

AUCTORIS

Scitum ad opus Divinarum apparitionum.

H*Æc Auctor, catholicis parentibus in Eccleſia Catholica editus, inſtitutus, vivere denique ac mori decretum habens, ejuſdem eccleſiæ cenſorum judicio reverenter ſubmittens, ſic prior cenſet ipſe, ſic judicat, ita ſentit ſancitque, ut ſiquid perperam, minuſve cautè & prudenter, ut in argumento, propter obſcuritatem, nullius dum adhuc ſcriptorum, ſatis idoneis luminibus illuſtratam, ad lapſum & errorem lubrico, ſcriptum pronunciatumve, ſi quid denique quod offendat, offendant, perinde ac noxium ac adulterum germen, præter Agricolæ mentem, in ſegete cæteroqui non infrugifera occulte enatum, nunc jam erutum abolitumque, atque in perpetuum obliteratum cupiat.*

FRANCISCO MONCAEIO FRIDEVALLIANO

Decurionum Betunienſium Præſidi. S.

COnſultiſſime & Nobiliſſ. Domine, avidis oculis Paraphraſin, aut potius ſacrarum rerum ſynopſin tuam legi; idque cum fructu & voluptate, quia paſſim non modo, ſcintillas veras, ſed flammas & ignes, mellaque recolligo, & conſector germani ſtudii, & doctrinæ: & fortiter (ex unguibus) approbo egregium atque per utile futurum opus, non plebeii ſaporis: eo magis, quia decurtim ſine ambage lucem præfert locis hiſtoriarum in queis æternum fortaſſis caligaſſemus. Proinde ex animo, & amore tibi, itemque publico valdè gaudeo & gratulor: illi magno ejus bono, fructuque, tibi, quia hoc argumento ac materie famam tuam celebriorem paras; licet dudum patraveris immortalem. Ita voveo & ſigno, Atrebati 24 Apr. M. D.XCVII.

Hieronymus de France Præpoſitus Arienſis.

Ope-

Digitized by Google

Operis integri cenſura,

EX

RICHARDI HALLII

Britanni Theologi

AD

AUCTOREM,

Epiſtola.

REcepi librum, de *Divinis apparitionibus*, à D. T. artificiosè & eleganter elaboratum: in quo ſic mihi omnia placent, ut cum ſemel his feriis Paſchalibus percurrerim, ſit mihi adhuc animus, eundem à capite ad calcem, per ocium relegendi. In quo, non ut tu modeſtiæ cauſa ſcribis, veritatem potius reperiſti, quàm inveniſti, ſed eam po-

Digitized by Google

potius, ex intimis Scripturæ Sacræ penetralibus inveſtigatam eruiſſe mihi videris. Quod autem unum eſt ex præcipuis capitibus hujus ſcriptionis: An Moſes viderit divinam eſſentiam, licet quæſtio hæc in ſcholis ſit, ut ajunt, problematica, & in utramque partem ſalvâ fide agitari poſſit, quia *a* Baſilius, *b* Ambroſius, *c* Auguſtinus, & hunc ſecutus *d* D. Thomas Aquinas, cum ſuis ſectatoribus, liquido aſſerunt, & Moſem, præſertim in Numeris, & D. Paulum in raptu, tranſeunte videlicet, ſuſpenſo omnium ſenſuum officio, non permanenter divinam eſſentiam vidiſſe. Et *e* Dionyſius Areopagita, *f* Euariſtus pontifex à D. Petro quintus, *g* Gregorius Nazianzenus, *h* Chryſoſtomus, *i* Ciryllus, *k* Theophy-

a Hom. 1. in hexameron. *b* Lib. 1. hexam cap. 2. *c* Epiſt. 112. cap. 13. & lib. 12. de gen. ad lit. cap. 27. *d* Cap. 12. Num. 2. Cor 12. *e* Lib. de myſt. theol. cap. 1. *f* Epiſt. 1. *g* Orat 2. de theol. *h* Homil 14. in princ. *i* Lib. 1. in Joan. cap 22. *k* In cap. 1. Joan.

Digitized by Google

phylactus ex Græcis, ex Latinis verò *a* D. Hieronymus & *b* Gregorius Magnus, diverſum ſentiunt, tamen & rationi, & Scripturæ Sacræ magis conſentaneum eſt, huic ſententiæ, quam in hoc libro defendis, acquieſcere. De aliis locis, qui ab aliis aliter, à te verò ut huic opinioni inſerviant, ſecus exponuntur, ſequendum illud cenſeo, quod *c* D. Auguſtinus, initium Geneſeos explicaturus, ait, ubi ſatis inſinuat, unius atque ejuſdem textus Scripturæ, plures poſſe eſſe ſenſus literales, ſive ab ipſo ſcriptore, ſive à Spiritu ſancto intentos, his verbis: *Cum dixerit alius, hoc ſenſit* (Moyſes) *quod ego & alius, imò illud quod ego religioſius me arbitror dicere, cur non utrumque potius, ſi utrumque verum eſt? & ſi quid tertium, & ſi quid*

a Dial. 3. contra Pelagi, & in epiſt. ad Damaſc. *b* Lib. 18. moral. cap. 37. *c* D. Aug. lib. 12. col. cap. 31. & 32.

quid quartum, & ſi omnino aliud verum, quiſpiam in his verbis videt, cur non omnia illa vidiſſe credatur, per quem unus Deus ſacras litteras, vera & diverſa viſuris multorum ſenſibus temperavit?

Habes igitur de ſcriptione tua, judicium meum, in qua tantum ab eſt, ut aliquid contra fidem, bonoſve mores deprehenderim, ut mihi videantur omnia Catholicæ fidei quam maximè convenire. Audomaropoli. Kal. April. M. D. XCVII.

Hæc duarum apparitionum divinarum hiſtoria docta eſt, & ad elucidationem ſacrorum bibliorum, apprimè conducibilis, & quæ in lucem prodeat digniſſima. Actum in civitate Atrebatenſi, 25. Aprilis 1597.

Franciſcus de la Dienneo, Presbyter J. V. L. Cathedralis Eccleſiæ Atreb. Canonicus, & librorum Cenſor.

Hoc

Hoc ſpecimen majoris operis, De divinis apparitionibus, auctore clariſſimo viro, Franciſco Moncæio Fridevalliano admodum ſpecioſum eſt, & luculentum, & ſacram bibliorum hiſtoriam mirifice illuſtrat, nihilque habet à ſanâ & Catholicâ interpretatione alienum. Atrebat. 25. Apr. 1597.

Gulielmus Gazæus, S. Mariæ Magdalenes apud Atrebates Paſtor, librorumque Cenſor.

AU-

Digitized by Google

AUCTOR

AD

LECTOREM

De opere, divinarum apparitionum argumento.

Si te antiqua juvant, nihil his antiquius, aut te
Si nova, nemo hominum prodidit iſta prius.

A P-

Digitized by Google

APPARITIONIS DIVINAE,

Quæ Moſi de rubo ad Horebum facta Accuratiſſima

EXPLICATIO.

CAP. I.

De monte Horebo.

MUltiplices Dei cum Moſe congreſſus, variaſque apparitiones, ſacra recenſet hiſtoria, & has quidem aliis alias quibuſdam veluti gradibus magis excellentes, donec ad excellentiſſimam illam perventum, qua oſtendiſſe ei Deum *omne bonum ſuum*, vidiſſe autem ipſum † *Poſteriora Dei*, eadem perhibet hiſtoria. Prima autem omnium ea eſt,

S quæ

† Exod. 33.

quæ de rubo paſcenti gregem facta memoratur ad Horebum, montem Dei & montem ſanctum appellatum, utpote quem Deus ad manifeſtandam in eo aliquando præſentiam & virtutem ſuam delegiſſe dudum antea, & ſanctificaſſe videatur.

Nam hoc ipſum prima ſtatim hac apparitione Moſi haud obſcurè indicavit: cum propius inconſulto accedentem*, calceamentum de pedibus ſolvere eum juſſit: addita ratione, *quia locus in quo ſtaret, terra ſancta eſſet* unde & Rex David de educto ex Ægypto populo, inductoque in eum montem loquens, † *& induxit eos*, inquit, *in montem ſanctificationis ſuæ, montem quem acquiſivit dextra ejus.* Videtur tamen denuo ſanctificari eundem à ‡ Moſe Deum voluiſſe, ex illis Moſis ad eum verbis, *tu enim teſtificatus es & juſſiſti dicens, pone terminos circa montem, & ſanctifica illum.* Verùm ex verbis Dei præcedentibus, ad quæ Moſes hoc dicens manifeſtò reſpicit, clarum eſt, ſanctificari quidem à * Moſe populum eſſe juſſum, (uti & factum eſt, lotione veſtimentorum, & ſecubitu imperato) opus etiam montem: ſunt enim ea hujuſmodi: * *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie*

&

* Exod. 3. † Pſal. 76. ‡ Exod. 19. * Ibid * Ibid

& cras; conſtituesque terminos populo per circuitum, verbo inſuper tibi nullo addito de ſanctificando monte. Unde apparet præmiſſis verbis illis, *pone terminos circa montem, & ſanctifica illum*, nihil aliud Deum voluiſſe, quàm ut poſitis terminis, eo uſque ſanctificatum & Sacrum Deo eſſe montem, ac per hoc populo inacceſſum ſignificaret. Joſephus propius ethnicorum ſenſui, & moribus accommodare ſe mihi videtur: utpote quibus Græce Antiquitatum ſuarum libros peculiariter ſcriberet: dum locum hunc exponens ſic amplificat, ut jam tum antequam Moſes primum ad eum montem acceſſiſſet, dicat vulgato rumore. Numen in eo habitare fuiſſe creditum: ac proinde paſtoribus ob religionem loci inacceſſum extitiſſe. Enim verò quam eſt hoc Virgilii verbis affixæ, eadem de rupe Tarpeja perhibentis?

Hinc ad Tarpejam ſedem, & Capitolia du-
cit
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida du-
mis,
Jam tum relligio pavidos terra ut agre-
ſtes,

* Æneid· 1.

Dira loci; jam tum ſilvam ſaxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem
Quis Deus, incertum eſt, habitat Deus, Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Jovem, &c.

Sic, inquam, ethnici ſentiebant & loquebantur de pleriſque ſuis montibus & lucis: immo & viſa ſilva aliqua ſitu & vetuſtate paulo horridiore, & præter modum opaca, religione fere tangebantur, Dei alicujus domicilium eſſe, conjecturam hinc ducentes. Unde ſunt illa poëtæ ſuperſtitionum, gentilitiarum & rituum callentiſſimi:

Stat vetus, & denſa prænubilus arbore lucus:
Aſpice, concedes Numinis eſſe locum.

Item,

Lucus Aventino, ſuberat niger ilicis umbra,
Quo poſſes viſo dicere, numen ineſt.

Item alibi rurſum in eandem ſententiam:

Stat vetus & multos incædua ſilva per annos:
Credibile eſt illi Numen ineſſe loco.

Et

Et revera quidem loca ejuſmodi multo frequentius jam olim à Dæmonibus inſideri & occupari conſueviſſe, certum eſt; vetere haud dubie Dei, quem perpetuo æmulari noſcuntur exemplo; initio & omnino ante legiſlationem, in excelſis & lucis (ut ſuo loco oſtendemus) præſentem ſæpius manifeſtare ſe, ſed & coli minimè averſantis.

Cæterum, ad amplificationem illam Joſephi ut redeam, taliſne aliquis rumor de monte Horebo, ante Moſis ad eum acceſſum, vulgatus, paſtores alios inquilinos aditu deterruerit, ipſe viderit: Moſem certè (forte quia exquilinus & naturæ locorum ignarus) latuerit neceſſe eſt: tametſi annum jam 40 in ea regione & functione verſatus, paſtoribus inquilinis meritò connumerari poterat. Sed ille nihilo minus locorum peritiam deſerti illius Hobabo uxoris fratri dum tribuit, ſibi certe adimit.

Tribuit autem cum ei diceret: * *Noli nos relinquere, tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris dux noſter.* Certè latuiſſe hoc eum (ut dixi) nimis inde fit evidens, quòd ſecurè, nullaque religione & metu præditus, ad eum

* Num. 10.

montem uſque cum grege provectus ſcribatur: ne tum quidem cum viſionem divinam in rubo videret, rumoris talis alicujus recordatus, aut quidquam de Deo cogitans: cum ad montem contra hoc magis propiuſque ideo acceſſiſſe perhibeatur, ut ignis ille quis eſſet, qui rubum flamma complexus nihil ei officeret, rimaretur. Ait enim; * *Vadam & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburat rubus.*

Demum autem miraculi hujus tanti fama vulgata perſuaderi tamen etiam Iſraëlitis potuiſſe nihil abnuo, quod dictum à Joſepho præmiſi, quodque addit inſuper, à Deo montem hunc amari & ſæpe inviſi ſolitum præſertim cùm & ſacrificari in eo ab Iſraëlitis ſibi velle, eoſque ad hoc dimitti à Pharaone expreſſe petere notum eſſet: † *Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius.* Atque hinc quidem etiam factum conſequenter ſtatuo, ut populus poſtquam è regione montis tentoria fixit, Moſe ſubinde ad Deum palàm in illum aſcendente, ipſe tamen ſponte, nullis utique adhuc terminis, nulloque inter-

dicto

* Exod. 3. † Exod. 3.

dicto prohibitus, ſolam autem loci religionem reveritus, acceſſa abſtinuerit, toto triduo & quod à * Moſe ad radices uſque ſolùm deductus eſt, caſtris ſe continens.

Porrò erat mons Horebus uſque adeo monti Sinæ ſive Sinai contiguus ut pro eodem diverſas appellationes ſortito ferè cenſeretur. Hoc inde colligo quòd in apparitionum, de quibus mihi inſtitutum ſcribere, immò & in unius ejuſdemque apparitionis enarratione, indifferenter modò hoc, modò illo nomine indigitatus occurrat.

Certè quod liber Exodi in Sinai factum perhibet, in Horeb contigiſſe in † Deuteronomio legitur. Joſephus Sinam & Sinæum montem perpetuò vocat, nuſquam ‡ Horebum.

CAP.

* Exod. 19. † Exod. 19. ‡ Deut 4.

CAP. II.

De Jethrone Sacerdote Madian, Moſis ſocero.

PRimam autem apparitionem ſibi ad eum montem factam expoſiturus Moſes, contigiſſe ſtatim initio præmittit, per occaſionem gregis ocium, quem ſoceri ſui Jethronis, Sacerdotis Madian, tunc forte in deſerto non procul ab eo monte paſcebat; his verbis: *(a) Moſes autem paſcebat oves Jethro ſoceri ſui, Sacerdotis Madian.* Quæ veluti præfatiuncula tametſi ad apparitionum materiam non pertinet, tamen quia illi annexa eſt, & viam primæ hujus ſternit conſiderationem, merito propius & ipſa conſideranda, & examinanda mihi veniat. Nam & videtur huic capiti, quod ipſa totum ſibi vendicabit, rerum quarundam minimè adhuc vulgarium idoneum argumentum ſuffectura.

Ac primùm quidem duo quærenda hîc ſubeunt: primum enim cur Jethronem Moſes opus nunc vocet, quem paulo antè ſub finem

(a) Exod. 3.

finem capitis præcedentis Raguelem nominaverat, his verbis:
(*a*) *Erant Sacerdoti Madian ſeptem filiæ &c. quæ cum revertiſſent ad Raguel Patrem ſuum, &c.* Ac deinde cur vocem Hebræam (*Chothen*) Hieronymus cum hoc loco, ſed & capitis ſequentis unico alio, & nuſquam alibi, ſocerum vertiſſet, deinceps cognatam perpetuò reddiderit. (*b*) *Cumque audiſſet Jethro Sacerdos Madian cognatus Moſi.* Cujus poſterioris quæſtionis inveſtigatio, quia prioris etiam explicationem commodè videtur incluſura, ab ea meritò inceperim. Et quidem de Hieronymo quod dixi, aliter atque aliter vocem eandem (quam dixi) exponente, nam initio quidem ſocerum; poſteà cognatum, etiam Auguſtino Steucho admirationem movit; (*c*) Nam, ut ei quidem videtur) tametſi cognati nomine (ſunt hæc ejus verba) omnis affinitas ſignificetur, dicendum tamen fuerat ſoceri ſui, ſicut & ſeptuaginta fecerunt:

Sed tanto magis fuiſſe magnam aliquam Hieronymo retractandæ veluti prioris ſuæ expoſitionis cauſam (neque enim temerè priorem deteriore mutaverit) ſtatuendum fue-

(*a*) Exod. 2. (*b*) Exod. 18. (*c*) Annotat in Pentat.

Digitized by Google

fuerit. Hanc ego autem exiſtimo: quod in libro Numerorum Hobabo Jethronis filio, eadem quæ hîc ejus patri, cum Moſe affinitatis appellatio Hebraicè tribuatur, hoc modo. (a) *Dixitque Moſes Hobab filio Raguel, Madianitæ cognato ſuo.* Cum enim minimè conveniret, ut ſoceri filius (qui nobis ſororius vulgò nunc dicitur) ſocer & ipſe Moſis diceretur, duxiſſe inde conjecturam Hieronymus videtur, dum aliam magis accommodam affinitatis appellationem non invenit, quæ æque patri & filio cum Moſe conveniret, ut intercesſiſſe Moſi cum eis nonnullam etiam ſanguinis neceſſitudinem ſive cognationem crederet. Et melius certè ille, meo judicio, quàm Pagninus, qui quo ſua per omnia conſtaret dictionis illius Hebraicæ verſio, cum prius Jethroni attributam, ſocerum vertiſſet, etiam poſtea ubi Hobabo eadem tribuitur, ſocerum vertit, ſed textum Hebraicum de mendo ſuſpectum propemodum habens: nam quod in textu poſuerat: *Et dixit Moſen ad Chobab filium Rebuel Madianiten Socerum Moſeh:* quaſi per errorem filio vox ea ibi attributa eſſet, cum Ragueli deberetur, in margine aſſcripſit;

(a) Num. 10.

Filium Rehuel Madianitæ ſoceri Moſeh.

Hoc Steucum non animadvertiſſe miror; ac ne tum quidem, cum in librum Numerorum, & ad ipſum illud caput, ex quo locus hic deſumtus eſt, annotaret: quod ſi feciſſet, nulla ei tanta fuiſſet admirandi cauſa, cur Hieronymus dictam illam vocem, cum prius ſocerum expoſuiſſet cognatum poſtea reddiderit: & minus rurſum, ſi verè interceſſiſſe quandam Jethroni cum Moſe ſanguinis affinitatem cognationemque percepiſſet: ut percepiſſe Hieronymum, & hinc retractandi priorem ſuam vocis illius expoſitionem, majorem etiam cauſam habuiſſe conſentaneum eſt. Nam hoc ille Demetrium (a) Hiſtoricum affirmare, apud Euſebium haud dubie legerat, utique Abrahamum ex Cethura Jecſan genuiſſe, ex Jecſan autem natum Dadan, (non Adam, ut corruptè vulgaria exemplaria Euſebii habent) à quo Raguelem genitum, ex Raguele Jethronem, cujus filiam Sephoren Moſes uxorem duxit: quæ ab Abrahamo ſexta fuerit, cum Moſes ſeptimus eſſet. Sic autem affirmare præmemoratum Demetrium Euſebius teſtatur, ductâ à nominibus conjectura: ſed miror ego, ſi ab ejuſmodi

(a) De præp. Euang. Lib. 9. cap. 4.

modi ſolum conjectura, cur non Jethronis genus ab Abrahamo deducat, per Madian potius, qui ipſe ubi Madienæ à ſe conditæ nomen dederit, atque in ea, ut eſt probabile, primus regnarit quàm per Jecſan, ex eadem quidem Cethura communi matre ejus fratrem, ſed qui non potuerit ipſe, vel ejus poſteritas, niſi defuncto ſine liberis fratre Madian, ad ejuſdem cognomine regnum Madianiticum vocari. Ea res facit, ut ſuſpicari meritò quis poſſit, præter nominum conjecturam, quæ nulla aut certè pertenuis eſt, genus Jethronis per Jecſanab Abrahamo ducenti, etiam aliam potiorem Demetrio aſſertionis ſuæ non defuiſſe quandam rationem, nobis incognitam.

Verùm intereà, & illud obiter ex eodem Demetrio ſimul diſcimus (unde quæſtionis alterius ſuprà nobis propoſitæ ſolutio ducetur) Raguelem vocatum, non quidem propriè Jethronem ipſum, ſed ejus patrem. Atque ideo cùm Jethroni nomen quoque illud tribuitur, in caſu genitivo uſurpatum, proferendumque, patronymica ſignificatione tribui intelligendum; quod fortaſſe Hebraicè percipi minus poteſt, in qua vox ea ſit indeclinabilis: atque ideo ſitne in genitivo, an alio caſu concepta, ambiguum,

re-

relinquatur. Ad Latinorum autem morem inflexa nihil ambiguitatis habeat; hoc modo: (*a*) *Quæ cùm revertiſſent ad Raguelis patrem ſuum.* Ad Raguelis, ſupple, filium, qui Jethro: quo modo & alias conſueviſſe olim loqui Hebræos ſæpe obſervare eſt, ut cùm in Euangelio dicitur *Zacharias Barachia.* Sed neque tamen eſt infrequens in poſteris Abrahæ binomines aliquos (quod de Jethrone vulgò exiſtimatum eſt) inveniri. Nam vel ipſum quem dico Abraham, etiam Abram eundem dictum, eundem Eſau & Edom; eundem Jacob & Iſraël, eundem Oſee & Joſue, eundem Gedeonem & Jerobaal, vulgò notum eſt. Verùm mutandorum his omnibus nominum cauſam eadem, per quam mutata fuiſſe comperimus, hiſtoria, ſimul ferè magnam & memorabilem aliquam aperit. Binominis autem Jethro quomodo evaſerit, nulla exponitur. Rabbini ingenioſi homines, quia binominis cenſeretur, hoc non contenti, etiam ſeptinominem facere æquum judicarunt. Mihi autor hujus rei (*b*) Genebrardus, qui & totidem hæc ejus nomina ex illis recenſet. Raguel, Jether, Jethro Heſef, Hafer, Kevi, & Putiel. Appa-

ret

(*a*) Exod. 2. (*b*) Annot. in Joſephum Gall.

ret igitur Hieronymum à Demetrii ſententiâ fuiſſe minime alienus, Jethronem ab Abrahamo genus duxiſſe, & Moſis gentilem, ſive ut ipſe vertit, cognatum fuiſſe affirmantis. Quod ſi & nos admittimus, jam obſervanda & comparanda emerget, inſigniter parallela Moſis noſtri, & Jacobi Patriarchæ hiſtoria. Siquidem terrâ natali fratrum tyrannorumque meta profugi, hic è terra Chanaan, ille Ægypto, ad gentiles ſuos, partim ſecuritatis, partim nuptiarum gratiâ, ut uxores videlicet de conſanguineis adſciſcerent, fugam arripuiſſe; utrique civitatibus ad quas iter inſtituerant propinquanti occurriſſe juxta fontem cognatæ virgines paſtrices cum gregibus perhibentur; à quibus poſt officium ab utroque circa aquationem comiter eis præſtitam, ad parentes deducti, ſummaque humanitate excepti, uxores tandem eas ipſas cum pecorum & campi præfecturam accipiunt; quam deinceps apud ſoceros annis pluribus, Jacob viginti, Moſes quadraginta feliciter & ſumma cum laude exercuerint. Et quidem fuiſſe jam tùm ab antiquo ævo peculiarem eam gentis Hebrææ profeſſionem notandum eſt, adeò ut cùm primùm Ægyptum Jacob cum familia adveniens, ad Pha-

Digitized by Google

Pharaonem intromiſſus eſt, factâ filiis ab rege ſortem quam vellent eligendi & exercendi poteſtatem nullam ei prætulerint. Quærenti enim Regi, (a) *Quid habetis operis? reſponderunt, paſtores ovium ſumus.* Quo ille audito, opus ſolum quod petebant nimirum ut in terra Goſen propter ubertatem herbarum ſummè pecoribus opportunam habitarent, verum etiam, ut regiorum pecorum magiſtri ſi commodum videretur, ex eis deligerentur. (b) *Si in eis noviſti viros induſtrios* ((ſunt regis verba ad Jacob) *conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.* Ex verò tametſi deteſtabantur (c) Ægypti (ut fert eadem hiſtoria) paſtores omnes ovium; erat tamen pro ceterarum gentium ingeniis, regiorum pecorum magiſterium & præfectura, qualis illa dicti Jacobi, & Moſis apud ſoceros (nam & hos regulos quoſdam fuiſſe putandum eſt) tam non deſpicabilis aut contemnenda, ut temporibus etiam ſequentibus, quantumvis politiore vivendi ratione excultis, qui apud reges gratiâ & auctoritate pollebant, in ſe collatam decori & honori nec mediocri ducerent: ut Doëg ille Idumæus, quem Scriptura perhibet, (d) *Primum fuiſſe inter ſervos Saul*, & pau-

(a) Gen. 47. (b) Ibid. (c) Ibid. (d) 1 Reg. 22.

Digitized by Google

paulo poſt, fuiſſe eundem *potentiſſimum paſtorum Saul.* Hoc munere apud reges fungi olim viros præſtantes conſueviſſe, Virgilius etiam admodum indicat, dum Latino regi armentarium ſuum, Tyrrheum attribuit;

(a) Thyrrida, Thyrreuſque pater, cui regia parent,
Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Item, cum ad exemplum regum terrenorum, regi maris Neptuno Proteum hanc operam navare fabulatur.

(b) Quippe ita Neptuno viſum eſt, immania cujus
Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas.

His cum judicio expenſis nemini jam mirum eſſe debeat, ſic Jacob, ſic Moſes, ſortem cùm gentis, tùm ſeculi ſui moribus honeſtiſſimam, tum non defugerint, ut ſoceris deferentibus libentiſſimè, contra amplexi eam ſint.

Phi-

(a) Æneid. 7. (b) Geor. 4.

Philo altiùs aſſurgit: dum eo animo præfuiſſe gregibus Moſen dicit, ut ad principatum ſe præparet. Nam paſtoralem artem ad regnum prælu-dium eſſe, hoc eſt ad regimen ho-minum, gregis manſuetiſſimi. Ad-ditque inſuper ſolum poſſe eſſe regem undequaque perfectum, qui bene cal-leat artem paſtoritiam. Nimis ille meo judicio philoſophicè! Verùm ejuſdem mihi admodum hoc proba-tur, quod in ſeceſſu illo Arabico, Moſem in virtutis ſtudio ſe exer-cuiſſe dicat, ſub ratione magiſtrâ pa-rantem ſe ad optima vitæ genera activum, contemplativumque; ſi-mulque recondentem in memoriam, poſtea in uſum ſuum depromere, quæ poſſet.

Sed & traditioni illi faveo, cujus auctor lau-datur Origines, ſcriptum à Moſe fuiſſe, per ea tempora quibus pecuariam apud ſocerum exercuit, librum Job. Rei videlicet haud dudum in finitimâ regione geſtæ, hiſto-riam continentem, quam forte ab accolis, veriſimilius autem à ſocero auditu acce-perit fratribus ſuis Iſraelitis, duriſſimâ in Ægypto ſervitute ſuppreſſis, levamento &

conſolationi futuram; cujus utique lectione in ſpem rerum meliorum erigi debuerint, poſt decurſum patienter, afflictionis quâ viſitare, & probare eos Deo viſum fuit, legitimum, præſtitutumque ſpatium.

Omnium, ni fallor, de Moſe greges paſcente admirationem ſuſtuli, major nunc emergit. Fieri enim qui poſſit, juſtius quis miretur, ut ſacerdotis idololatræ, & quidem idolo turpiſſimo ſervientis filiam, vir ſanctiſſimus & patriæ religionis obſervantiſſimus uxorem aſciverit. Siquidem quem ſacerdotem Madian fuiſſe audimus, quid niſi idoli Phegor (quod hiatum interpretantur, & peculiare Madianitarum idolum exſtitit) ſacerdotem fuiſſe intelligamus? Imò verò quantulum in ſpeciem aberant tales Moſis cum Madianitide nuptiæ, ab ſcelere Jambri, cujus ad principum Madianitarum unius filium Cozbin ingreſſum, * Phinees quàm ſeverè, & animoſè, tam laudabiliter vindicavit! Nam ſi hoc viro Jambri non ferendum, † qui de tribu neque clarâ & profana, quanto magis in eo, qui de ſtirpe Levi nobiliſſimâ & ſacerdotio attributâ. Si cum filia unius è principibus Madianitarum factum, quanto ſervitute ſuppreſſis, levamento quan-

* Num. 25. † Simeonis utique.

quanto magis cum filia impiiſſimi idolorum ſacerdotis aut potius impoſtoris. His vitandis incommodis nihil habeo præſentius, quam ſi ſentire me dicam ut & reverâ ſentio, Jethronem non ſolùm de poſteris Abrahæ, ac per hoc de circumciſione cum familia fuiſſe, verum etiam patriam religionem profeſſum, cum ſacerdos Madian fuiſſe dicitur, ſacerdos Dei altiſſimi inter Madianitas exſtitiſſe, intelligendus ſit. Sed & eorundem fortè regulus, ut dixi. Cujus utique originem, ab urbis Madian conditore, primoque rege (ſive Madian ſive Jecſan) deduxerimus. * Nam præter Melchiſedech qui Abrahami ævo utramque dignitatem in Salem ſimul obtinuiſſe legitur etiam in gentibus, quoſdam hoc modo cum regno ſacerdotum aliquando conjunxiſſe, Virgilius teſtimonio mihi eſt: haud temere enim alioquin de Anio id fictu-rus.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos. †

Verum, cùm ſacerdos medium ſit quiddam inter Deum & homines, adeoque & re-

* Gen. 14. † Æneid. 3

relationem ſacerdotis appellatio æque ad utroſque habeat (nam uti Dei, quo modo Melchiſedec, ita populi aut urbis alicujus, quemadmodum Jethronem Madienæ, ſacerdote dicimus) Imò verò cum hominum cauſâ, magis quàm Dei, ſacerdotium à Deo inſtitutum, conſentaneum ſit; omni veri Dei notitiâ per gentes pridem extinctâ, & abolitâ, quid attinebat in eis ſacerdotes Dei altiſſimi exſtare, nullos Dei altiſſimi cultores habentibus? Dicam, quod ſentio: Tametſi in gentibus omnibus, ac vel in eis etiam quæ per Agaris & Cethuræ filios, & per Edom, Abrahamum generis auctorem agnoſcebant & circumciſionem haud dubie retinebant, jam tum eo ævo idololatriam paſſim viguiſſe facile admittam; fuiſſe tamen nondum in eis plane extinctam veri Dei notitiam ſuſpicor. Quando extitiſſe omnibus & locis & temporibus nonnullos, qui de Deo pie ſenſerint, ſed & Deo propter pietatem curæ fuerint, obſervata non putem difficilè: ut quos Abrahamus & filii ejus Patriarchæ amicos, affines, confœderatos, hoſpites habuerunt, & temporibus ſequentibus etiam reges, ut Nabuchodonoſorem & Cyrum, quos Deus ipſe ſervos ſuos agnoſcit

&

Digitized by Google

& vocat. Neque verò ſingulares perſonas ſolùm, locis aliis atque aliis paucos aliquot, hoc numero habeam; verùm etiam civitates totas, eoſque ampliſſimas, ut * Niniven, ad quam, cùm de ejus ſalute cura Deo eſſet, miſſo prophetâ credidiſſe ejus accolæ in Dominum; adeóque & in Jehovam, (ſic enim Hebraicè) perhibent & jejunium prædicaſſe.

His addo & gentes quotquot circumciſionem olim amplexas accepimus. Quinam enim, ut amplecterentur induci potuiſſe exiſtimemus, niſi circumciſionis hiſtoriam, & per conſequens de Deo Abraham idonee ab initio edoctas? (a) In his præter Sichemitas, de ſcriptura notos, (b) Herodotus Æthiopas, Ægyptios & Colchos recenſet. Tametſi ille Colchos, circumciſionis communiter receptæ argumento, & ipſos ortu Ægyptios eſſe, ex iis qui Seſoſtrim ſecuti, ad Phaſim uſque victores pervaſerunt, agnoſcit. Quod & veteri poëtæ placuiſſe video, ſic in Argonauticis rem eam tangenti:

——— Cunabula (c) gentis
Colchidos hic ortuſque tuens, ut prima Seſoſtris

* Jonæ 4. (a) Gen. 34. (b) Herod. Lib. 2. (c) Val. Flac. Lib 5.

Intulerit rex bella Getis, ut clade ſuorum
Territus, hos Thebas, patriumque reducat ad amnem
Phaſidos, hos imponat agris Colchoſque vocari
Imperet. ———

Et paulò poſt:

Et jam Sarmaticis permutant carbaſa bracchis.

Verum quod de (*a*) Philiſtinis traditum eſt, ſtatuiſſe arcam fœderis Domini Azoti juxta idolum Dagon; feciſſe & ceteras gentes pro perſuaſo habeo. Idolorum cultum nullo diſcrimine cum vera religione conjungebant; Quam ut qualemcunque tamen Deus in eis conſervaret, qui eam profiterentur & prædicarent, cùm prophetas & prophetarum loco Sibyllas tum ſacerdotes exſtare perpetuò inter eas aliquos voluit.

In prophetis (*a*) Balaam filium Beor merito habeam, Chaldæum (utique & ab Apoſtolo propheta appellatum) qui Jehovam verum Deum, Deum ſuum nomina-

(*a*) 1 Reg. 5, (*b*) 2 Pet. 2.

natim agnoſcat, & prædicet. (a) *Si dederit mihi*, inquiens, *Balac plenam domum ſuam argenti, & auri, non poteto immutare verbum Jehova* (Sic Hebraicè) *Dei mei*. Unde & elogia ſibi ipſi attribuit, nonniſi in prophetam veri (b) Dei cadentia; dum *ſe auditorem Sermonum Dei, & noviſſe doctrinam altiſſimi, & viſiones omnipotentis videre prædicat*. Neque hoc ille mendaciter aut æquo jactantius; cùm Deus eum tam interdiù quàm noctu, frequente ſuo congreſſu frequentibuſque reſponſis, haud ſecus ferè ac Moſen ſolebat, dignatus legatur. Unde & *irruente (c) in eum ſpiritu Dei* (quod ſcriptura teſtatur) in oracula erupit de populo Dei, & præmixtìm de Chriſto, ſanè luculenta: quorum unum illud eſt, in omnem ætatem pòſt toto orbe decantatum, *Orietur ſtella ex Jacob &c.*

Fuit autem & illa præclara admodum de effatorum ejus veritate, finitimorum omnium exiſtimatio, (d) Quod *benedictum fore crederent, cuicunque benedixiſſet & maledictum, in quem maledicta congeſſiſſet*. Quò factum

(a) Num. 22. (b) Num. 24. (c) Num. 24.
(d) Num. 22.

ſit, ut impenſis quantumlibet magnis emtas, Rex Balacus imprecationes optaverit, ſi quas ab eo in populum Dei elicere valuiſſet. Sed & perhonorificum de eo & ejus oraculis, (a) Joſephi teſtimonium illud eſt, quod tanto honore eum dignatus ſit Moſes „ ut oracula ejus ſuis ſcriptis „ inſeruerit: cumque nihil vetaret, quin „ ea pro ſuis ederet, nec ullo teſte id „ factum argui poſſet maluerit eum debita „ apud poſteros memoria non frauda„ re.

Porrò fuiſſe eum non ſolùm prophetam, verum etiam ſacerdotem apparet ſacrificiorum argumento, quæ ille ſeptem vitulorum, & ſeptem arietum, totidem aris, tertiò peregiſſe (quia toties non ſuccederet, quod volebat) memoratur. Tametſi, ut veriùs dicam non tam ipſe ſacrificia iſta peregit, quàm regi Balaco peragenda præſcripſit. *Dixitque (b) Balaam ad Balac: ædifica mihi hîc ſeptem aras, & para totidem vitulos ejuſdemque numeri arietes, &c.* Nam & de uno ex iis ſacrificiis conſequenter loquens, neutiquam ſuum ſed Balaki proprium facit & vocat, *Sta*, inquiens, *pauliſper juxta holocauſtum tuum*, *do-*

(a) 4 Ant. 6. (b) Num. 23.

Digitized by Google

donec vadam &c. Itaque præſcripſiſſe Balaco, uti dixi, illud Balaamum probabilius eſt; eodem modo, quo in re ſimili apud Virgilium Sibylla, (& ipſa, ut hoc loco Blaamus, in oraculum quod rogabatur ac tali ſacrificio à Deo expetendum, impetrandumque putabatur proximè eruptura) eaſdem ſpecie ac (a) totidem numero victimas, immolare Æneam jubet, his verbis:

Non hoc iſta Sibi tempus ſpectacula poſcit.
Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit, totidem lectas, de more, bidentes
(Talibus affata Ænaam) nec ſacra morantur
Juſſa Viri.

Non igitur Balaamus non Sibylla, ſacra illa peragebant, ſed eorum monitu reges, Balac & Æneas; oracula ab eis petentes, aut certe viri eorum. Sic adeò Poëta ille, in rebus ejuſmodi, nil temerè, ſed omnia legitima, cùm rituum & veri-

 tatis

(a) Æneid: 6.

tatis hiſtoricæ, naturæque rerum obſervatione, in ficto quantumvis argumento, exequitur. Nunc Balaamum pauxillum miſſum faciam, brevi enim (ſic fore video) denuò compariturum; Ut quos alios Dei ſacerdotes in gentibus vel aliorum quoque ſententiâ fuiſſe obſervem, exponam. * Certe à quibuſdam traditum Theophilus refert in ſacerdotium Dei altiſſimi ſucceſſiſſe Melchiſedeco regi Salem, Abimelechum; illum ipſum ad quem in † Geraris regnantem, fame urgente Abrahamus ſeceſſiſſe legitur & quem curæ etiam fuiſſe Deo, Dei ad eum verba illa manifeſtum faciunt: † *Et ego ſcio quod ſimplici corde feceris & ideò cuſtodivi te, ne peccares in me.* Et deinceps (*a*) Abimelecho, Ephronem filium Scor, Hethæum; qui petenti Abrahamo, ut dignâ pecunia ſibi ceſſam vellet, ſpeluncam duplicem, quam in extrema parte agri ſui habebat, in ſepulturam Sâræ conjugis, recens demortuæ, etiam ut agrum illum totum, cum dicta ſpelunca, dono liberali ab ſe acciperet, eum oravit. Cui traditioni ſi fidem atque alias habeamus, ſacerdotium illud, per

* Ad Antol. Lib. 1. † Gen. 20. † Ibid.
(*a*) Gen. 23.

per gentes alias, variè & olim fuiſſe tranſlatum, divagatumque conſequatur; Jebuſeos Solymorum accolas, Gerarenſes & Hethæos.

His, in eadem functione apud Huſſitas, Chaldæorum gentem, Jobum adjungo; de quo quam præclarum, & viro ſacerdote dignum, Dei ipſius elogium illud eſt, eundem gratanter ſervum ſuum prædicantis? *Nunquid conſideraſti ſervum meum* * *Job? quod non ſit ei ſimilis in terra; homo ſimplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo?* Fuiſſe enim & ipſum ſacerdotem (ut omittam rerum divinarum ſcientiam, dignè in eo huic muneri reſpondentem) Dei propius illud evincat, quod dicatur *filios ſuos ſanctificare quotidie ſolitus.* Quandoquidem ſanctificare ſacerdotum proprie eſt; unde & de Eliaſib magno ſacerdote & fratribus ejus ſacerdotibus ſcriptum eſt, † eos in urbis reſtauratione per Nehemiam, *ſanctificaſſe portam gregis &c.* quodque ‡ *Conſurgens diluculo, offerret holocauſta per ſingulos.*

Talem denique & Jethronem inter Madianitas dei ſacerdotem fuiſſe, ſtatuo. Certè, quo magis ita ſentiam, imò verò ſentire

* Job. 1. † Neh. 3. ‡ Ibid. Neh. 3.

tire aliter nequeam, facit hiſtoria, quæ in * Exodo reliqua de eo eſt, ipſum poſt victoriam de Amalechitis, audito, quæ beneficia in Iſraëlitas contuliſſet Deus, veniſſe ad Moſen cum filia & Nepotibus, ad montem Dei; atque ibi non ſolum hymno benedixiſſe Jehovam, verum etiam (ſacerdos cum eſſet) obtuliſſe holocauſta & hoſtias Deo. Et verò quantum hoc fuit quod evocatis eductiſque Ægypto, ad hoc nominatim Iſraëlitis, ut Deo ad hunc montem ſacrificarent præripuerit eis hanc laudem Jethro, ante omnes ſacrificans. Et, quid vetat quin ab eodem primùm fuiſſe edoctum Moſen ſacrificiorum ritus & ceremonias credamus? quo modo & reipublicæ commodè regendæ ab eodem rationem edoctus eſt: Nam & hoc de eo eximium & memorabile eſt, dediſſe ipſum † Moſi conſilium de partiendo in plures rei publicæ & judiciorum onere, inſtitutis inferiorum judicum tribunalibus. Quod conſilium ſummâ Dei approbatione, ut poſt ſuo loco dicemus, à Moſe exceptum, ordinis & politiæ in ea republica omnium pulcherrimæ initium & cauſa extitit.

Ve-

* **Exod. 18.** † **Ibid.**

Digitized by Google

Verum, hic denuò adverſari & obſtare videbitur, impium illud Madianitarum cum Balaco Moabitarum rege contractum fœdus, & mutua conſenſio, de accerſendo per communes legatos, præmemorato vate Balaamo, qui Iſraëlitas diris & imprecationibus devoveret: * *Videns autem Balac filius Sephor, omnia, quæ fecerat Iſraël Amorrhæo &c. Dixit ad majores natu Madian &c.* Et paulo poſt. *Profectique ſunt Seniores Moab, & majores natu Madian,* (*ad* Balaamum) *habentes divinationis precium in manibus.* Nam ſi verè Dei altiſſimi inter Madianitas ſacerdos, eorundemque parens Jethro (ſolebant enim quem ſacerdotem † habebant pro parente olim eundem ducere) qui conſenſiſſe aut certe paſſum eſſe excuſem, coire in ejus modi fœdus populum ſuum, adverſus populum Dei altiſſimi! Opportuna objectio, verùm quod jamtum forte, poſtquam Jethro à Moſe recens ad ſuos regreſſus eſt, aut certè haud multò poſt factum putes; quadrageſimo demùm ferè poſt anno, ac non niſi mortuo Jethrone contigiſſe certum eſt; extremis Moſis temporibus: qui vindictam de eo, quod ſocietatem illam de-

* Num. 22. † Jud: 17. & 18.

deinde ſecutum eſt, Madianitarum flagitio, capere à Deo juſſus, brevi poſt moriturus ſignificetur: * *Locutúſque eſt Deus ad Moſen: Ulciſcere prius de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum.* Ab adventu enim & caſtra metatione Iſraëlitarum circa montem Sinai, ubi inviſit Moſen Jethro, & Deo ſacrificavit, ad mortem uſque Moſis quadraginta anni intervenerunt. Unde clarum eſt, quod contra Jethronis exiſtimationem, & eam, quam de ipſo veræ profeſſæ religionis & ſanctitatis Opinionem tueor, hoc modo quis dici poſſe ſuſpicetur, magis pro ipſo facere; quo vivente ſcilicet, & quamdiu ſacerdotio Madianitico functus ſit, tam nihil Madianitæ contra populum Dei hoſtiliter, ſeu Marte aperto, ſeu dolo, (uti poſtea,) moliti ſint, (tametſi recentibus de Pharaone & Amalecitæ victoriis elatum, totoſque menſes novem, in finibus ſuis, ad Sinai confidentem, non deerat cur formidare, aut ſuſpectum certè habere eum juſtius tunc poſſent.) ut cum Moſi & † Iſraëlitis, amicè & ex animo congratulatus Jethro, de præmemoratis illis victoriis legatur, feciſſe hoc non tam ſuo

unius

* Num. 31 † Exo. 18.

unius nomine, quam univerſi populi Madianitici, conſentaneum ſit. Cujus & veluti oratorem diſcedens, apud eos filium ſuum Hobabum reliquerit; qui totos illos novem menſes cum eis commoratus, haud dubium, quin utriuſque populi animos magis & magis indies inter ſe pulchrè devinxerit. Quinetiam ex ejuſdem Hobabi reſponſione ad Moſen, ut Iſraëlitarum ductor per deſertum fieri vellet, eum orantem, nil profectò, niſi juſtitiæ & probitatis, & religionis ſanctæ, per ea tempora, in populo illo liberè regnantis (tametſi ſuperſtitionem quoque & cultum idolorum, ut erant mores, miſceri ferente,) ſed & propenſæ ejuſdem in Iſraëlitas voluntatis, argumenta colligas; qui utrum cum Iſraëlitis proficiſcens, patriam relinqueret, an ad ſuos rediret, dubius, in æquo habere ſe utrumque, apertè ſignificet; non habiturus, cum vir eſſet ſanctiſſimus (talem enim fuiſſe clarius poſt fiet) ſi in patria aliter quàm ſanctè, & citra conſanguineæ ſanctæ gentis injuriam, vivere coactum ſe fore, cognoviſſet. Verùm, ſermonem aſſcribere, qui Moſi ſuper ea re cum eo interceſſit, fuerit non intempeſtivum. **Dixitque Moyſes Hobab filio Raguel*,

* Num. 10.

Ma-

uel, Madianitæ, cognato ſuo: proficiſcimur ad locum, quem Dominus daturus eſt nobis; veni nobiſcum, ut benefaciamus tibi; quia Deus bona dedit Iſraëlitis. Cui ille reſpondit; Non vadam tecum, ſed revertar in terram meam, in qua natus ſum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere, tu enim noſti, in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cumque nobiſcum veneris, quicquid optimum fuerit, ex opibus quas traditurus nobis eſt Dominus, dabimus tibi. Profecti ſunt ergò de monte Domini viam trium dierum &c. Certè conſimili in Deum verum pietati, & religionis ejuſdem communioni, deberi nemo abnuat, quòd non ſolùm poſt quam Iſraëlitas ſecutus, ductoris & caſtra metatoris per deſertum in ſe onus recepit, verùm etiam jam ab eo tempore, quo de Ægypto egreſſi illi ſunt, fuiſſe Hobabus cum parente in eos tam inſigniter beneficus legatur. Nam hoc ipſum Rex Saul, tanto poſtea recordatus, & ultrò teſtatus, memorabili etiam in eorum poſteros benevolentiæ ſignificatione remuneratum voluit: ut poſteà dicemus.

Demum igitur (ut illuc redeam) Jethrone vitâ functo, & quidem, ni fallor, mul-

multis jam annis functo, contigiſſe ſat elucet, quod ejus cum conſenſu aut conniventiâ factum inique objicitur, ut rex Balacus, adjunctis ſibi in ſocietatem Madianitis, de accerſendo vate Balaamo, & populo Dei, imprecationibus & diris per eum devovendo, cogitaret: utque dictus vates, cùm re infectâ, aut verius, contrarium ac volebat eventum conſecutâ, inhonoratus domum redire juſſus fuiſſet; aliquantò poſt, Madiænam veniens (vocatusne, an ſpontè, incertum, niſi quod aditu ad Sacerdotium Madianiticum ei per Jethronis mortem facto, ut illud adipiſceretur, veniſſe & fortè adeptum non eſt improbabile) nefarium illud conſilium, de avertendis per muliebres illecebras, à vera Dei religione Iſraëlitis excogitaret. * Quam rem Joſephus uberius exequitur; ſcriptura paucis his verbis, in perſona Moſis, ad duces vindicis exercitus, tangere ſatis habuit. † *Cur mulieres reſervaſtis? Nónne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſraël, ad ſuggeſtionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino, Super peccato Phegor, unde & percuſſus eſt populus!* Nec impune tantum maleficium ille tulit, verùm juſſo à Deo Moſe, &

* 4 Antiqui. 6. † Num. 31.

per eum Phinec cum exercitu, expetere vindictam, de Madianitis, cum mares omnes occidiſſent, Balaamum quoque, belli cauſam, cum gentis principibus gladio interemerunt. *Cumque pugnâſſent contra* * *Madianitas, atque viciſſent, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Eui, & Recem, Sur, Hur, & Rebe, quinque principes gentis. Balaam quoque interfecerunt gladio.* † Sic adeò homo infelix & ut Apoſtolus eum vocat, propheta inſipiens, cæde ſua verum eſſe fidem fecit, quod veteri proverbio fertur, *Malum conſilium conſultori peſſimum*, Caſum ejus à Virgilio in Tolumnio vate, qui & ipſe mali conſilii, & ‡ abrumpendæ pacis auctor fingitur, expreſſum agnoſcas.

——— *Cadit ipſe Tolumnius Augur,*
Primus in adverſos telum qui torſerat hoſtes.

Hic finis fatorum Balaami extitit: qui, cum à Deo magnis donis fuiſſet affectus, adeoque & propheta factus, omnium; ſiqui alii extra circumciſionem, ejus ævi clariſſimus, ac vel Hebraicis illis multò ætate inferioribus (nunquam fruſtrato effatorum ejus eventu) comparandus; avaritiâ vecors,

* Ibid. † 2 Pet. 2. ‡ Æneî. 12.

Digitized by Google

cors, his ipſis donis, ad regum libidinem, adverſus Deum datorem, abuti præſumſit; unde & dignum tam inſigni ingratitudine, exitum vitæ invenit. * Eum Apoſtolus in epiſtola, *mercedem iniquitatis amaſſe*, ſcribit: quæ verba, cum nullam neceſſitatem habeant, ut ex illis Balaamus mercedem quam amâſſe, hoc eſt ardenter affectaſſe expetiſſe & ambiviſſe ſignificatur, etiam fuiſſe conſequutus, & accepiſſe credi debeat, Rex Balacus ſpeciatim planè etiam ne credam obſtat, dum eum redire domum inhonoratum, citraque ullam acceptam mercedem, ab ſe juſſum apertiſſime teſtatur; in hæc verba: † *Ad maledicendum inimicis meis vocavi te, quibus è contrario tertiò benedicis: revertere ad locum tuum, decreveram quidem, magnificè honorare te, Sed Dominus privavit te honore diſpoſito.* O ſortem miſeram & infelicem, cujus rei cauſâ, Dei gratiâ, ſanctaque illâ animi tranquillitate, vitâ denique excidas, ne hanc quidem conſequi. At, inquies, non ergò Balaamus divinationis pretium accepit, quod communes regis & Moabitarum legati, ad eum proficiſcentes, habuiſſe in manibus paulò ante

* 2 Pet. 2. † Num. 24.

te dicti ſunt? Accepit haud dubiè: Verum hoc, non illa dicta, improbataque ab Apoſtolo iniquitatis merces, quam rex * Balaacus his certè verbis per legatos ſtipulatus ei fuerit; *Ne cuncteris venire ad me, paratum habeo honorare te, & quidquid volueris dabo tibi; Veni, & maledic populo iſti;* Sed legitimum, quodque citra ignominiam, citraque ullam Dei offenſionem accipere ſuo jure ei licuit, divinationis pretium id fuit, ſive reſponſi, quod domi ſuper via & profectione quum ad Balacum properè inire his verbis rogabatur, *ne cuncteris venire ad me*, Deum ſcitatus legatis expoſuit. Quam rem ſcriptura hoc modo adhibitis circumſtantiis explicat: *Qui, cum veniſſent ad Balaam: & narrâſſent ei omnia verba Balaac, ille reſpondit.* † *Manete hîc nocte, & reſpondebo quidquid dixerit Dominus, Manentibus autem illis, venit Deus, & ait ad eum: Noli ire cum eis.*

Fuit hâc autem nulla olim ſolennior conſulendi oraculi materia; quoties expeditionem aut profectionem rei alicujus paulò gravioris cauſâ meditarentur; proſperumne & auſpicatum foret ſuum iter, fe-

* Num. 22. † Ibidem.

ferè ſciſcitabantur: idque etiam in gente ſancta, ut exemplo, quod è libro judicum opportunè jam ſuccurrit, videre eſt. *Rogaverunt autem eum, ut conſuleret Dominum & * ſcire poſſent, an proſpero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui reſpondit eis. Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtram, & iter quo pergitis.* Huic itaque divinationi, ſive reſponſo, ſuum à legatis proficiſcentibus jam inde proviſum deſtinatumque erat vati Balaamo illud pretium; quod & accipere nulla Dei offenſione, ut dixi, ei licuit. Fuiſſe enim moris antiqui aliunde etiam edocemur, quacumque de re, vel minimè gravi, Videntem, (ſic prophetam vocabant) conſultum irent, divinationis mercedem hoc modo unà deferrent. Hinc conſultatio illa Saulis cum puero, poſtquam ire conſtitutum eis eſſet ad Samuelem, ſciſcitatum de aſinabus amiſſis. † *Dixitque Saul ad puerum ſuum, ecce, ibimus, quid feremus ad virum Dei? Panis deficit in Sitarchiis noſtris & ſportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait, Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti, demus*

* Jud: 18. † 1 Reg. 11.

mus homini Dei, ut indicet nobis viam noſtram. Quin etiam honoribus quoque propoſitis, & quidem magnificis, ut quos Balacus accepturum à ſe Balaamum fuiſſe, niſi Deus maledictionem prohibens, eos ipſi invidiſſet (quo ægre homini avaro & ambitioſo faceret) exprobravit, invitari à regibus vates ad divinandum æque olim fuiſſe uſitatum, Virgilius rurſum admodum mihi confirmat. Balaamum & Sibyllam ſuprà diximus, à Balaco & Ænea exoratos poſt ſacrificium earundem ſpecie, ac totidem victimarum, eorum monitu, à regibus peractum, in oracula ſimiliter erupiſſe; verum quod tunc prætermiſi, hic ſupplendum; exoratum etiam ſimiliter utrumque; præmiſſâ honorum ingentium pollicitatione. Quod, cum de Balaamo jam pateat, nunc è Virgilio, quod Sibyllæ pollicitus ſit Æneas (eximios certe ac propè divinos) & ad hoc quidem nominatim, ut caneret, hoc eſt, vaticinaretur, audiamus.

Te quoque magna manent templis penetralia noſtris,
* *Hic ego namque tuas ſortes, arcanáque fata*

* Æneid. 6.

Dicta

Dicta mea genti ponam, lectoſque ſacrabo
Alma viros ----Ipſa canas oro ———

Verùm ut propius littori proram obvertam, ac tandem ad portum velificem, in Balaami hiſtoriam longiuſculè evagatus, ad Jethro redeo; hoc unum ad extremum, confirmandæ ſententiæ meæ, quam de ſanctiſſimo ejus ſacerdotio & pari in Deum pietate, & religione, tueri mihi hoc capite fuit inſtitutum, prævalidi argumenti loco additurus, quod ejus per Hobabum filium nepotes, & poſteros, perpetuò, ac vel præ Moſis poſteris, per Sephoren eorum cognatis, fuiſſe inter Hebræos in ſummâ, non ſolum hominum exiſtimatione, verum etiam benedictione apud Deum obſervem. Cùm enim Jonathanem, Moſis ex Gerſone primogenito filio nepotem, & Jonathanis poſteros, notum ſit, in tribu *(a)* Dan omnium minimè illuſtri, longiſſiméque ad ſeptentrionem veluti relegatâ, ad tempora uſque captivitatis, (quâ & ipſi haud dudiè abſorpti ſunt) ſedem habuiſſe, illegitimo improbatoque ſacerdotio fungentes, Cinæi è contrà Hobabi filii

(a) Jud. 18.

(ut vocantur) ſeu poſteri, communem cum Juda ſortem, tribu omnium nobiliſſimâ in partitione terræ adepti ſunt: eſt hoc enim de iis ſcriptum; *Filii autem Cinai, cognati Moſi aſcenderunt* (a) *de civitate palmarum, (ea eſt Hiericho) cum filiis Juda in deſertum ſortis ejus, quod eſt ad meridiem Arad, & habitaverunt cum eo.* Et hoc fuit, ni fallor, quod Hobabo fuerat pollicitus, Moſes, fore ſi Iſraëlitas ſequeretur, ut ei daretur † *quicquid optimum eſſet, ex opibus, quas ipſis traderet Deus.*

Quam illud autem huic eidem familiæ glorioſum, & honorificum? quam idem illuſtre benedictionis in eadem argumentum? quod in Haberis Cinæi tabernaculo, quodque ab ejuſdem conjuge Jahele, Siſara tyrannus, impacto manu feminea in ejus tempora clavo fabrili peremtus, tam inſignem illam, tamque memorabilem Iſraëlitis victoriam de Chananæis reliquerit. Jaëlem in carmine epinicio celebrat Debora, addito & viri ejus nomine, his verbis.

(a) *Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cinai, & benedicatur in tabernaculo.*

Aquam

‡ Num. 10. (a) Jud. 5.

Aquam petenti lac dedit & in phiala principum obtulit butyrum.
Manum miſit ad clavum, & dextram ad fabrorum malleos, percuſſitque Siſaram &c.

Porrò quâ occaſione, quosve caſu in Jahelis manum Siſara inciderit, ſacra fuſius exponit hiſtoria: ex qua & illud addiſcimus, quod minimè hic omittendum, Haberem & fratres ejus Cinæos, quos vocat de poſteris Hobabi cognati Moſis extitiſſe, his verbis: (*a*) *Haber autem Cinæus receſſerat quondam à cæteris Cinæis, fratribus ſuis, filiis Hobab, cognati Moſi & tetenderat tabernacula uſque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat juxta Cedes &c.* Sed & conjecturam meam addam, qui hîc Haber dicitur, potuiſſe fortè & ipſum olim, quo tempore literæ Hebraicæ notis carebant vocalium indicibus Hobar, aut etiam Hobab à gentis ſuæ auctore mutato nomine, appellari.

Magnam præterea exiſtimationem ejusdem familiæ & beneficiorum, quæ majores ejus Jethro & Hobabus in Iſraëlitas olim contuliſſent, fuiſſe oportet: propter

(*a*) Jud: 6.

Digitized by Google

quæ Rex Saul, tanto poſteà recordatus (ut antea etiam à nobis dictum eſt) cum Amalecitas inſidiis peteret, tantam de Cinæo juxta habitante ſolllicitudinem habuerit, quantam etiamnum his ejus verbis teſtatam habemus. (*a*) *Cumque veniſſet Saul, uſque ad civitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente, dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite atque diſcedite ab Amalec: ne fortè involvam te cum eo. Tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſraël, cum aſcenderent de Ægypto.* Ex quibus verbis, multo plura & majora Jethronis & Hobabi filii extitiſſe in univerſam Iſraëlitarum gentem, beneficia, quam, quæ declarata à Moſe habemus, ſemper in hiſtorià compendio ſtudente, manifeſto intelligere eſt.

Porrò quâ origine, quave occaſione, poſteri Jethronis Madianitæ ortu cùm eſſent, (ut perpetuo cùm ipſe, tum filius Hobab, dicti leguntur) Cinæi vocari coeperint, nondum ſum aſſequutus. Neque enim, puto, à Cinæis erant oriundi, quos primos in decem illis populis recenſeri conſuetum eſt, qui ante Abrahami ad ventum Chananæam incolebant. *In illo tem-*

(*a*) 1 Reg. 5.

tempore pepigit Dominus fœdus cum (a) Abraham, dicens; Semini tuo dabo terram hanc, à fluvio Ægypti, uſque ad fluvium magnum Euphratem, Cinaos & Cenazeos, Cedmonaos &c. Repugnat quippe Madianitica origo, de qua certius conſtat, eoſdem ſtirpe Cinæos eſſe.

CAP. III.

De viſionis hujus hora, déque ejuſdem ſpecie.

HIs hactenus de Jethrone, utcunque prolixè, haud abs re tamen, aut intempeſtivè præmiſſis, nunc tempus, in ipſius viſionis conſiderationem ingredi. Ac primùm quidem rem, uti geſtam Moſes exponit, Hieronymi interpretis verbis ſubjungam: quæ ſunt hujusmodi. * *Moſes autem paſcebat oves Jethro, ſoceri ſui, Sacerdotis Madian, cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei, Horeb, apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Et videbat, quod rubus arderet, & non comburebatur. Dixit ergò*

(a) Gen: 15. * Exod: 3.

ergò Moſes, vadam & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. In qua narratione primùm notandum mihi illud videtur, expreſſe viſionem hanc contigiſſe dici, cum minâſſet Moſes gregem ad interiora deſerti, quod quidem (*a*) Philo & recentior quidam circumſtantiæ loci indicandæ, illuſtrandæque cauſa, adjectum putaverunt, quem hinc nempe aquis irriguum, floridum, herbiſque abundantem deſignari locum aliquem exiſtiment Ego verò ſpectare hoc magis ad circumſtantiam temporis ſignificandam arbitror; uſque adeo verbis nil aliud quàm viſionem hanc horâ meridianâ contigiſſe, indicari: per quam Moſes, ut paſtoribus ſolenne eſt, gregi ab æſtu ſubducendo, interiora deſerti, propter umbras ſectatus ſit. Certè neque hoc in præceptis rei paſtoritiæ Virgilius omittendum putavit, quo loco quid unaquâque diei horâ paſtori curandum ſit, ſigillatim exponit; ſic ſcribens.

(*b*) *Æſtibus aut mediis umbroſam exquirere vallem,*

Si-

(*a*) Lib. de vita Moſ. Aug: Steuchus in Exod.
(*b*) Georg. 3.

Digitized by Google

Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacrâ nemus accubet umbrâ.

Quin & ferè aliter non contingit, quam ut eâ ipſâ re, meridie deſcriptiones, in poetis perfrequentes, amplificationem accipiant: ut apud eundem Virgilium.

(*a*) *Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant.*

Et apud Horatium, verbis ad noſtra hæc Moſis propius etiam alludentibus.

(*b*) *Jam paſtor umbras cum grege languido*
Rivumque feſſus quærit, & horridi
Dumeta Sylvani.

Hic quippe per dumeta horridi Sylvani, ſylvarum quarumcumque intimos receſſus, ſive, ut hiſtoriæ noſtræ verba ſunt, interiora, ſignificari par eſt, à diis (unde

(*a*) Eclo: 2. (*b*) 3 Car. Oda 29.

de & Virgilius ſacram ejusmodi receſſuum umbram vocat) hoc eſt à Dæmonibus, Sylvano inprimis, qui idem Pan, & quidem etiam meridiè, quod teſtatur (a) Theocritus, olim frequentari credita: in qua paſtoribus, per æſtum meridianum, ut dixi pecora ſubducere mos fuit, cùm umbrarum cauſâ, tum verò dumorum ruborumque, quorum locis illis uberem copiam eſſe, pecorum paſtui opportunam, docet idem rurſum Virgilius, his verſibus:

† *Paſcuntur verò ſylvas aut ſumma Lycæi,*
Horrenteſque rubos & amantes ardua dumos.

Pulchre itaque Moſaicæ huic, quam tractamus, meridiei deſcriptioni, cum Horatiana convenit; alterâ receſſibus ejusmodi paſtorum meridianis, rubum in qua unâ Deus apparu erit, dumum alterâ (ſtirpes in quam ita affines, ut rubus vix alibi, quam in dumis provenire obſervetur) tribuente. Horâ meridianâ igitur, ſive, ut Abrahami fert hiſtoria, in ipſo fervore diei

(a) Idyl. 1. † Geor. 3.

diei quo nempe tempore apparuiſſe etiam * Abrahamo ad quercum Mambre, multo autem anteà primis † parentibus in paradiſo, ac poſteà denique cùm aliis alibi, tum Saulo in via Damaſci ‡ Deus legitur: horâ utique apparitionum divinarum ſolenni (ut alibi, Deo annuente, fuſius oſtendemus, quo loco de Dæmonio meridiano agemus, eandem, exemplo Dei apparitionibus ſuis horam frequentius uſurpante) hanc viſionem Moſi de rubo fuiſſe oblatam, planè ex ejus verbis intelligendum ſtatuo.

Cæterum admirabile & magnum, (ut habet textus) in ea viſione Moſi viſum, nondum quid ea eſſet, aſſecuto; Scriptura deinde ſubjicit, *quod rubus arderet, & non combureretur*. In quo miraculo deſcribendo Philo amplificatione quâdam tantum non luxuriatur: cujus verba Latinè ſubjicio, ex interpretatione Sigismundi Gelenii.

(*a*) *Accidit quondam, ut dum ſectatur loca herbida, rigua, lætaque paſcuis, in quodam nemore videret viſionem horribilem. Rubus erat frutex ſpinoſus, & invalidus, is nemine ignem admovente ſubito incenſus eſt;*

* Gen. 18. † Gen. 3. ‡ Act. 26. (*a*) De Vita Moſ. l. 1.

eſt, correptuſque totus à radice uſque ad cacumen, flammâ in morem montis ſcatente; manebat integer & illæſus, quaſi non eſſet incendii materia, ſed ipſe ab igne aleretur. E medio promicabat forma quædam pulcherrima nulli viſibili ſimilis, divinum ſimulachrum, luce fulgens clariſſimâ, ut ſuſpicari poſſet, Dei eſſe imaginem.

Verùm in hac ejus amplificatione, hoc primùm mirari ſubit, quam tandem flammam tam ſpectabilem ſtatuat Philo potuiſſe è frutice, ut vocat, invalido erumpere videri; quando majorem viſam, quam pro ratione & magnitudine pabuli, hoc eſt plantulæ ardentis, eſſe & videri debuerit, non eſt conſentaneum. Nam alioquin dicendum potius fuiſſet, flammam aliquam ingentem viſam, aut viſum eſſe Deum, aut gloriam Dei in ſpecie ignis ardentis, ut Iſraëlitis poſtea, nullâ plantulæ conſideratione tam exilis habitâ, non autem plantulam, aut rubum fuiſſe ipſum ardere viſum. Sed, neque ego cacumen, neque ramos, cujuſmodi ſtatuere videtur Philo in eo frutice agnoſco: cacumen, quô feratur ille in terram veriùs, quàm ſurrigatur ramos, qui folia potius, & raris quidem intervallis pauca, à latere emittere, quàm ramos, dici poſſit.

ſit. Et faveo tamen ejus ſententiæ, ingentem fuiſſe flammam illam perhibentis: neque enim ſolùm de magnitudine miraculi dictum illud à Moſe intelligendum; *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.*

Verum eſſe id etiam ex parte ad flammæ, quæ de longè videbatur, magnitudinem referendum. Atque ideo puto ego rubi vocabulo in hac hiſtoria, non quidem rubum aliquem unicum, & ſolitarium ſignificari; verùm rubetum totum, aut potius fruticetum, rubis, dumis, & id genus ſtirpibus affinibus, permixtim conſertum; ut in ſepibus pleriſque videre eſt: undè nec abſurdè flamma hæc ſepium fortè incendio comparetur; cujuſmodi innuit poëta his verſibus.

Ut facibus ſepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit.

Alioquin quinam obſecro commode intelligi illud poſſit, de medio rubi, quod hic additur, apparuiſſe nempe de medio rubi Dominum? frutice tam gracili nullum, conſideratione aliqua dignum quod ſit, ſi ſolus ſpectetur, medium ha-

Metam. 1.

Digitized by Google

habente. De fruticeto itaque condenſo aliquo hoc eſſe intelligendum, conſequens eſt: quomodo de quercu Mambre, in Abrahami hiſtoria quod ſcribitur, de quercubus ſive de querceto toto, ex doctorum quoque virorum aliorum ſententiâ intelligendum, alibi oſtendam.

Jam, quod Philo addit, de media flamma formam præſtantiſſimam aliquam fuiſſe Moſi viſam, divinum ſimulachrum; nihilo plus ei aſſentior: cùm antè vocem de rubo emiſſam, nullam ejuſmodi formam vidiſſe eum certum ſit; qui penſi eò uſque nihil habuiſſe ſignificetur, niſi ut propior rubo factus incendii cauſam rimaretur: voce autem auditâ, confeſtim faciem ſuam abſconderit: ut omnino ſpatium aliquod fuiſſe medium ſtatui nullum poſſit, quô præter ignem ſimulachrum aliud divinum vidiſſe exiſtimandus ſit. Scio tamen Scripturæ verba Hebraicè eſſe, apparuiſſe Moſi angelum, (quomodo & Sanctus Stephanus concionem ad Judæos,* & recentiores, Pagninus, & alii exponunt) undè primo aſpectu credere quis poſſet, humanâ impuberi maſculâ ſpecie pereximiâ, quæ apparentium angelorum uſitata & ſolennis ſemper fuit, factam appa-

* Actor. 7.

apparitionem hanc fuiſſe. Verùm cùm hic angelus à Moſe paulo poſt de nomine, & quis eſſet, interrogatus, neutiquam angelum ſe, ſed Jehovam & Deum perhibeat (quæ fuit Hieronymo cauſa, cur Dominum apparuiſſe Moſi, quam angelum, vertere maluerit) nihil eſt, cur jam de angelicâ illâ ſolenni ſpecie, Moſi viſâ, amplius cogitemus. Puto ego itaque in hac viſione uti & in ea, quæ populo univerſo poſtea facta eſt, Dei populum (quomodo nunc Moſen & ad eundem quidem montem Sinai utrumque) de medio flammæ ſimiliter alloquentis, interveniſſe Dei formam, aut ſimulachrum aliud nullum, quam ignem ipſum: & apparuiſſe Deum in flamma ignis, eodem ſenſu, hoc loco dici; quomodo alibi apparuiſſe idem, aut ejus gloria in nube, & columna ignis & nubis, ſæpe dictus eſt. Et quod aliud obſecro, divinitatis præſtantius ſimulachrum, ſimpliciuſque poſtules, quàm ignem? Certè viri divini nullum agnoſcunt; non ille equidem magnus Areopagita Dionyſius; vel è rebus omnibus, quæ ſub aſpectum cadant; qui & ſententiæ hujus ſuæ multiplices cauſas, eaſdemque pulcherrimas recenſet, quas in primæ apparitionis hujus, maximè autem, quod in igne

 ſolo

ſolo tota illa ſit, explicatione, ſemel hîc abſcribere opportunum ſit, nec jucundum minus, quam utile. Sic ille autem Joach, * Periorio interprete.

Sancti enim theologi ſummam, & formâ carentem eſſentiam, ignis ſpecie multis locis deſcribunt; quod ignis multas divinæ (ſi dictu fas eſt, proprietatis, ut in iis, quæ videntur, imagines, & ſpecies præ ſe ferat. Ignis enim, qui ſenſu percipitur, in omnibus, & per omnia, ſine admixtione funditur; ſecerniturque à rebus omnibus; lucetque totus ſimul, & abſtruſus eſt; incognituſque manet ille per ſe, niſi adhibeatur materia, in qua vim actionemque ſuam declaret. Cohiberi vincique non poteſt, nec videri. Omnia per ſe ipſe obtinet. Ea, in quibus fuerit, ad vim ſuam actionemque commutat. Sui ipſius particeps facit, quidquid ipſi propiùs, quoquo modo admoveatur. Renovat omnia vitali calore. Illuſtrat aperto lumine. Teneri non poteſt, nec miſceri. Diſſipandi vim habet; Commutari non poteſt. Surſum fertur celeritate magna præditus. Sublimis eſt; nec humilitatem ullam ferre poteſt. Immobilis eſt. Per ſe movetur. Aliis motum affert. Comprehendendi vim habet; ipſe comprehendi non poteſt. Non eget altero. Clam ſe am-

* De cœleſti hierar. cap. 15.

amplificat. In materiis, quæ ipſius capaces ſunt, magnitudinım ſuam declarat. Vim efficiendi habet. Potens eſt. Omnibus præſto eſt, nec videtur. Attritu autem, quaſi irritatione quadam naturaliter, & propriè repentè exiſtit; rurſumque ſenſum fugiens, evolat. In omnibus ſui communionibus minui non poteſt. Multas etiam alias ignis proprietates invenire poſſumus, quæ propria ſint, (ut in imaginibus ſenſum moventibus) divinæ actionis. Porrò ab hac & conſimilibus Divinis in igne apparitionibus, Aſſyrios & Medos, ſuggerente Dæmone, occaſionem primùm arripuiſſe, conſentaneum eſt, ignis pro Deo habendi adorandique & religioſe circumferendi. Adeò ut vel ſolo ignis nomine, univerſa Chaldæorum idololatria, in ſcriptura cenſeri exiſtimetur; cùm in ea dicitur, fuiſſe à Deo eductus Abraham, de Ur Chaldæorum, id eſt, de igne; revera autem de idololatria, ut dixi, Chaldæorum. Tametſi ejus nominis Chaldæorum urbem, è quâ eductus ſit Abraham, alii ibi ſignificari malint, Eupòlemini apud Euſebium, Camerinen, † Urien & Chaldæopolim vocatam; ſed, quam ab igne; quod is in ea

* Gen. 15. † De præp: Euan: lib. 9. Cap. 4.

peculiariter coleretur denominatam nemo abnuat. Quod genus etymum, Oriſcaſpia ſive Uriſcaſpia à Plutarcho agnita Perſidis civitas, admodum præ ſe fert, quaſi Ur Chaſpiorum. Quæ ſi ea ipſa non eſt, è qua ſit eductus Abraham, (nam & eosdem certe qui Chaldæi & Babylonii, Caſpios à Virgilio hoc verſu dici, conſentaneum eſt:

(a) Hujus in adventu jam nunc & Caſpia rura
Reſponſis horrent divûm.

(b) Sed & Chaſpiæ, Babylonicæ urbis meminit Eſra, in qua ſynagogam captivitatis tempore Levitici generis hominibus frequentem fuiſſe inſinuat, cujus princeps eſſet Eddo.) Si tamen ea ipſa non eſt, fuiſſe & alias eo nomine gentium vicinarum, eadem religione imbutarum civitates dubium eſſe non poteſt.

Ac, ſic quidem dictam ſuſpicer Uriſcaſpiam, ſive Ur Chaſpiorum, ad diſtinctionem Ur Chaldæorum. Quin etiam ab eadem hâc in igne divinarum apparitionum non infrequentium occaſione (nam eodem Areopa-

(a) Æneid: 6. (b) 1 Eſdr. 8.

pagitâ autore non ſolum rotæ igneæ in Scriptura leguntur viſæ, verùm etiam ignea animalia, & viri quaſi fulgentes, acervos prunarum ponere & adhibere; fluviique invictum ignis curſum, ac fluxionem ex ſe fundentes, & Throni ignei: ipſoſque adeò ſummos Seraphim, eadem Scriptura, ex ipſo nomine incenſos declarans, ignis eis & proprietatem & actionem tribuit.) Dæmoni opportunum ſæpenumero viſum eſt, Deum ſe ſimulanti, eâdem ignis aſſumtâ ſpecie, miſeris hominibus illudere, modò Protei nomine, dum

(*a*) *Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,*
Ignemque, horribilemque feram, &c.

modò Jovis, id eſt, ipſius Dæmoniarchæ, Æginæ filiæ Aſopi (quo in occaſionem impietatis, & riſus res divinas, & myſterii plenas, tantò magis traduceret) ſtuprum inferentis, & verè, quod dixi, & fatetur Ovidius, illudentis.

(*a*) Geor. 4.

Digitized by Google

(*a*) *Aureus ut Danaën, Aſopida luſerit ignis.*

Quam rem alibi rurſum idem auctor in perſona Æaci hoc modo tangit:

Juppiter ô dixi ſi te non falſa loquuntur
(*b*) *Iſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidos ignem.*

Poſteriorem enim hunc verſum, primus obiter ſic emendo ex veteris exemplaris, quod apud me eſt, auctoritate, fruſtrà hactenus à Criticis, ſi conjecturâ aliqua poſſent, variè tentatum.

Cæterum Moſe ad explanandam flammæ illius cauſam, rubum non ſolum illæſum, verùm etiam viridiorem amœnioremque tactu præſtantis, propius ſe ad illum inferente vocem de medio rubi accepit, quæ ſubſiſtere ac niſi diſcalceatis pedibus ulterius non progredi juberet. Quâ origine loca ſancta nudis pedibus ingredi pium & religioſum perpetuo deinceps in utraque eccleſia haberi cœptum, conſenta-

(*a*) Meta: 6. (*b*) Meta. 7.

taneum eſt: ritu in gentilium Dæmonolatriâ haud ſecius ſtatim uſurpato, in qua nudipedalia, ut vocabant, placandis Diis, id eſt, Dæmonibus indici etiam inſtitutum receptumque fuiſſe è Tertulliano didicimus.

(*a*) Et quidem, qui loquebatur, Deum ſe eſſe Abrahami, Iſaaci, & Jacobi ferebat, quo ille audito, non auſus fuiſſe reſpicere contra Deum, ſed tremefactus, (ut loquitur Stephanus concione ad Judæos) abſcondiſſe faciem ſuam, perhibetur. (*b*) Cujus metus & facti cauſam fuſe à me toto libro primo explicatum eſt, nihil habeo hîc neceſſe repetere. Sic porrò abſconditâ facie (abſconditâ autem pallii obtentu, uti feciſſe & (*c*) Eliam in re ſimili expreſſum Scripturæ teſtimonium eſt) multum interceſſiſſe, deinde ſermonem Deo cum Moſe, ibidem legere eſt, ſuper proximè tunc inſtante populi Iſraëlitici liberatione, ab Ægyptiaca ſervitute, ipſo duce. Quod intereà dum fieret, ſenſit (*d*) Moſes tardioris, impeditioriſque linguæ reddi ſe, **Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudius tertius, & ex*

(*a*) In Apolog. (*b*) Actor. 7. (*c*) 3 Reg. 19. (*d*) Exod. 4. * Ibid.

Digitized by Google

quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris lingua ſum. Cujus rei inſignis quædam obſervatio quoque eſt, ſuprà à me etiam cùm de Eſaiæ viſione primo libro agerem, abundè pertractata.

CAPUT IV.

De virga Moſis eademque Aaronis dicta, Signorum operatrice.

SEd & hoc in eadem hiſtoriâ, ſiquid aliud, dignum commemoratione eſt, quod miſſionis cum poteſtate autoritatem primus, ac tunc primùm, in virgæ ſymbolo Moſes acceperit: dicente Deo. *Virgam hanc ſume in manu tua, in qua facturus eris ſigna.* Quo eodem ſymbolo, vel ipſos quoque angelos aligeros mitti, à Deo conſueviſſe in terram ad ejus obeunda mandadata ornatos, ex Gedeonis hiſtoria facilè conjicere eſt, in qua legatur. (*a*) *Extendiſſe angelum Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu;* & miraculum quod ibidem fuſius deinde exponitur, peregiſſe. Cujus

(*a*) Jud. 7.

jus hiſtoriæ haud ſcio, an verius traditionis cujuſdam antiquæ, minimæ vanæ occaſione, jam olim invaluit, ut Gabriëli Archangelo, legationem illam tam præclaram, ad ſacratiſſimam Virginem obeunti, virgam quoque in dextra pictores attribuant. Certè imitatus hoc ipſum (ut divina fere alia) Dæmoniarches, angelum, id eſt, nuncium ſuum, Mercurium, & ipſum aligerum, non niſi virgâ inſtructum mittere in terram conſueviſſe, è poëtis didicimus. Eſſe itaque poteſtatis inſigne virgam, imò & patrandarum virtutum adminiculatorium veluti inſtrumentum, jam ab eo tempore credi cœptum, atque hinc deinceps à Regibus & magis uſurpatum conſentaneum eſt. Verùm cùm ſoli Moſi & Aaroni ſpeciatim, ac nulli præterea id à Deo præſcriptum datumque obſervare ſit, ut per virgam, ſigna operarentur: nulluſque adeò tot prophetarum, ſanctorumque hominum, quibus ſigna & virtutes in populo Dei edere contigerit, ad hoc virgæ miniſterio, poſt Moſem uti juſſus, aut uſus legatur; incredibile dictu eſt, quam hoc ſibi Dæmones intemperanter deinceps arrogarint, ut ſive per ſe, aſſumtâ humanâ ſpecie, ſive per Magos, quos habebant, Sacro-

cro-

Digitized by Google

crorum ſuorum, hoc eſt, idololatriæ, omneſque impietatis ſuæ myſtas præcipuos præſtigioſum portentoſumve quid editum vellent, citra virgæ uſum, ferè nollent editum. Itaque de Mercurii præſtigiis ſic Vatum Princeps.

(a) Tum virgam capit: hâc animas ille evocat orco
Pallenteîs, alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos adimitque & lumina morte reſignat.
Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. ———

ut haud ab re fuiſſe eum inſignem Magum Chriſtianus Poëta (*b*) inde colligat.

Nec non Theſſalica doctiſſimus ille Magia
Traditur exſtinctas ſumta moderamine virga
In lucem revocare animas, &c.

Hujus generis illud eſt, quod apud Homerum Minerva virgæ aureæ tactu, Ulyſſi corpus auget, & pubertatem. Ac, ne noſtratia illa repetem, Magos Ægyptios virgis itidem ſumtis, per incantationes & ar-

cana

(*a*) Æneid. 4. (*b*) Prud. contra Symmach.

Digitized by Google

cana quædam, eadem propemodum, quæ Moſes, effecta reddidiſſe; Circen ſagam creditum quoque eſt, minimè rejectaneo hac parte Pœtarum teſtimonio, miras hominum in pecora Metamorphoſes virgæ miniſterio fuiſſe operatam.

Cæterum ut de Virga Moſis ſpeciatim quid dicam, fuiſſe illam initiò nil aliud certum eſt, quam virgam paſtoriam, cujuſmodi alibi ſcriptura verbis illis deſignat. (*a*) *Omnium decimarum, bovis, ovis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt quidquid decimum venerit, Sanctificabitur Domino.* Hâc autem cum paſtor Moſes gregem propius rubo egiſſet, eamque etiamnum manu tenens, Deo ſubvereri ſignificâſſet, ne nollent adhibere ipſi fidem Iſraëlitæ, de apparitione hâc, & mandato, quod ei injungebatur, referenti; fuiſſe Deo hinc præbita occaſio videtur, miraculum quod deinde ſecutum eſt in ea edendi: ac rogandi primùm: † *Quid eſt quod tenes in manu tua? reſpondit: virga. Dixitque ei Dominus: projice eam in terram: projecit, & verſa eſt in colubrum* &c. Ejuſmodi virgam paſtoriam Virgilius Corydoni ſuo & ex hibiſco tribuit, hoc verſu.

Hoe-

(*a*) Lev. 27. † Exod. 4.

(*a*) *Hoedorumque gregem viridi compellere hibiſco.*

Ovidius autem Phœbo Admeti, greges paſcenti, ex olea ſylveſtri.

(*b*) *Illud erat tempus quo te paſtoria pellis*
Texit, onuſque fuit baculus ſylveſtris olivæ.

At vero Moſaicam hanc amygdalinam fuiſſe, amygdalarum in ea enatarum miraculo, poſteà compertum eſt. Fuit enim haud dubie eadem illa, quæ in tabernaculo fœderis coram teſtimonio cum virgis duodecim, principum totidem tribuum, Dei juſſu poſita, ſacerdotium in Aaronis familia aſſeruit: quippe † *germinâſſe inventa eſt, ut habet ſcriptura & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Ea igitur cùm initio in vilem uſum, quem dixi, paſtoriæ ſupellectilis ſolum comparata eſſet, ſtatim, poſtquam à Deo in miraculorum maximorum inſtrumentum electa aſſumtaque

(*a*) Eclo: 2. (*b*) Meta. 4. † Num. 17.

que eſt, non jam amplius virga paſtoria, ſed virga Dei haberi, & dici cœpta eſt. Sic enim ea vocatur; quo loco quid proximè poſt viſionem hanc ſecutum ſit, exponitur. (*a*) *Tulit ergò Moſes uxorem ſuam & filios ſuos, impoſuitque eos ſuper aſinum, reverſuſque eſt in Ægyptum. Portans virgam Dei in manu ſua.* Itidem alibi in perſona ipſius Moſis: * *Cras ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea.*

Porrò arca fœderis confectâ, quæ patrandis miraculis, in virgæ locum veluti ſurrogata eſt, (nam uti anteà mare ad virgæ elevationem, ac veluti comminationem, ita poſteà Jordanis, ad arcæ ingreſſum averſus excitatuſque eſt.) Juſſa deinceps reponi ea eſt in tabernaculo, ex adverſo arcæ ubi † paulo ante germinaverat; Unde, tametſi ſemel elata fuiſſe deinde legitur, ad aquas ejus tactu è petra ſecundò educendas, tamen dubium eſſe non poteſt, quinre peractâ eodem confeſtim relata ſit: Quandoquidem, ut ſervaretur, ibi reponi erat juſſa, his verbis: ‡ *Dixitque Dominus ad Moſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſig-*

(*a*) Exod. 4. * Exod. 17. † Num. 17. ‡ Num. 20.

ſignum Rebellium filiorum Iſraël, &c. *Fecitque Moſes, ſicut præceperat Dominus.*

Inde clarum fit, contra quam vulgaris multorum opinio eſt, virgam, ſive Moſis illam, ſive Aaronis appellare libeat, neutiquam in arca ipſa, ſed in tabernaculo coram arca fuiſſe poſitam, & aſſervatam. Quod idem de vaſculo Mannæ, (tametſi & illud in arca fuiſſe cum virga vulgo exiſtimant) certo ſtatui oportet; evidentiſſimis in eam ſententiam exiſtentibus ſcripturæ verbis : * *Dixitque Moſes ad Aaron: Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum capere poteſt gomor, & repone coram Domino, ad ſervandum in generationes veſtras: Poſuitque illud Aaron in tabernaculo aſſervandum.* Eſt enim ibi coram Domino, idem quod ab oppoſito, vel ex adverſo arcæ, ſupra quam medius inter Cherubes aureos ſedere, & conſulenti Pontifici reſpondere Dominus credebatur. Huic expoſitioni, regiæ utriuſque hiſtoriæ ſacræ autores & eos ſequutus † Joſephus, iiſdem ferè verbis diſertim ſuffragantur, dum ⟊ *nihil in arca fuiſſe* teſtantur, * *niſi duas tabulas lapideas, quas poſuit*

* Exod. 16. † 3 Reg. 8. ⟊ 2 Par. 5. * 8 Anti. cap. 2.

ſuit in ea Moſes, in Horeb. Nam his verbis neceſſariò & virgam & vaſculum Mannæ arca excludunt.

Nituntur tamen autoritate Pauli vulgaris opinionis, quam dixi, aſſertores ſimul hæc in arca fuiſſe omnia agnoſcentis, verbis in ſpeciem minimè ambiguis, his nempe. * *Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum nempe, quod dicitur Sancta ſanctorum, aureum habens thuribulum & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat & tabulæ teſtamenti.* Verùm tantam loci hujus Paulini pugnantiam, cum eis, quos præmiſi è vetere teſtamento, ſic conciliari poſſe Franc. Ribera Societatis † JESU Theologus doctiſſimus exiſtimat, Si relativum (*in qua*) relationem habere dicatur, non ad arcam, ſed ad tabernaculum, quod vox ea, æque fœminini generis Græcè ſit, nempe σκηνὴ atque arca; Cui ſi aſſentiamus, nil jam Paulus locis veteris Teſtamenti præallegatis adverſetur, nec dixerit fuiſſe ea in arca, ſed in tabernaculo. Cæterum, fuiſſe virgam deinceps cum arcâ & tabernaculo multis annis per deſertum

* Heb. 9. † lib. 2. de Templo. cap. 2.

circumvectam, haud dubium eſt, ac tandem etiam cum eadem (ni fallor) in montem Sion, novo ad hoc tabernaculo per Davidem exſtructo ac deinceps in templum per Salomonem illatam. Nam, ut cum vetere Moſis tabernaculo in Nobe, regnante Saulo, ac poſteà ſub (a) Davide in Gabaon oppida tribus Benjamin, delatam manſiſſe exiſtimem hoc diſſuadeor, quod eam Sioni nominatim tribuere Rex pſaltes videatur: ſi modò de ea dictum intelligi non incommodè illud poſſit,

* *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion &c.*

Sed & eandem fortunam cum dicta arca, & Davidico tabernaculo ad extremum paſſam, urbe & templo, per regem Nabuchodonoſorem incenſis direptiſque conſequens eſt; unà omnibus in montem ſublatis per Jeremiam, & in ſpelunca æternum abſconſis, ut ex Epiſtola intelligere eſt, Judæorum Hieroſolymis agentium, ad eos, qui in † Ægypto, quæ libri Machabæorum, ſecundi principium facit.

C A P.

(a) 1 Reg. 21. 1 Par. 1. * Pſal 109. † 2 Mac. 2.

CAP. V.

Apparitionis Divinæ quæ urbe Madienâ in Ægyptum revertenti in diverſorio Moſi legitur oblata. Accuratiſſima conſideratio. De apparitionis hujus loco: Diverſoriumne, an diverticulum fuiſſe is putandus. Deque ejuſdem hora obiter.

PRoxima deinde Moſi facta Dei apparitio eſt, quam in Ægyptum, poteſtate & virtute acceptâ à Deo, (ut modò dictum eſt) urbe Madiæna rerevertenti, in diverſorio ei contigiſſe ſacra hiſtoria commemorat. Sed breviſſimè, ut tangat eam verius, quàm exponat, & conjecturam ferè in explicatione ſolum-modò, non certam juſtamque interpretationem admittat: Quô factum putem, ut Joſephus, in libris antiquitatum Judaicarum, & Philo, in eis, quos de vita Moſis ſcripſit, cum de ea forte quod dicerent commentarenturve nil haberent eam ſibi ſilentio prætermittendam cenſuerint. Sic igitur

 de

Digitized by Google

de ea ſcriptura, interprete Hieronymo. * *Cumque eſſet Moſes in itinere, in diverſorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filii ſui, tetigitque pedes ejus & ait, ſponſus ſanguinum tu mihi es; & dimiſit eum; poſtquam dixerat: ſponſus ſangninum tu mihi es, ob circumciſionem.* Quæ ego verba dum rimor & conſidero propius, hoc mihi primum, ut dicam, ſubit; ſi tam vocis Hebraicæ ferret, quam fert Latinæ vocis commune etymum, ut per diverſorium diverticulum intelligi hîc poſſit, ut è contrario pro diverſorio diverticulum nonnunquam uſurpamus, mihi neſcio quantulo magis arridere, ut apparitio hæc in diverticulo, (ſunt autem diverticula auctore Servio viæ transverſæ à latere viæ militaris) hoc eſt, in bivio aut trivio, per ſpeciem occurſus, ſignificari facta intelligatur: propterea quod diverſorium uſum, extra oppida, eo ævo, in deſertis illis Arabiæ regionibus fuiſſe, vix ſit mihi credibile: Cùm nec quidem multò poſteà, vel in ipſis Judeæ mediæ oppidis exſtitiſſe aliqua ex infortunati † Levitæ illius hiſtoria,

* Exod. 4. Comment. in Ter. † Jud. 19.

ria, cujus in libro Judicum mentio eſt, in Gabaa Benjamin, jam tum non ignobili civitate, nulla iis temporibus fuiſſe evincente obvia ſit probatio. Quam cauſam ego ſingularem fuiſſe etiam agnoſco, cùm peregre profecturos de viatico, ſeu commeatu ſollicitè ſibi olim providere, ferè obſervare ſit, quantum viæ, quæ ſuſciperetur conficiundæ parem exiſtimarent; ceu & Levitam præmemoratum idem liber judicum & * Moſen expeditione Ægyptiaca, de qua agimus, Joſephus, feciſſe autores ſunt. Sed & inde cauſam maximan jus hoſpitii illud vetus ſanctiſſimum ſemper exiſtimatum, ducere, pro indubitatô habeo: contrahi quippe illud ex neceſſitate, quia diverſoria tunc nondum in civitatibus ulla erant, initiò cæpiſſe. Atqui, ſi in civitatibus nulla, multò minus in viis publicis, minimè autem omnium in deſerto fuiſſe aliqua exiſtimandum eſt. Per deſertum autem Moſi urbe Madiænâ Ægyptum petenti proficiſcendum fuiſſe, certum eſt. Unde & jubetur in ejuſdem hujus apparitionis hiſtoria à Deo Aaron, † *Ire in deſertum, in occurſum fratri*, qui & deinde, ut juſſus,

* Ibid. † Exod. 4.

de ea ſcriptura, interprete Hieronymo. * *Cumque eſſet Moſes in itinere, in diverſorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filii ſui, tetigitque pedes ejus & ait, ſponſus ſanguinum tu mihi es; & dimiſit eum; poſtquam dixerat: ſponſus ſangninum tu mihi es, ob circumciſionem.* Quæ ego verba dum rimor & conſidero propius, hoc mihi primum, ut dicam, ſubit, ſi tam vocis Hebraicæ ferret, quam fert Latinæ vocis commune etymum, ut per diverſorium diverticulum intelligi hîc poſſit, ut è contrario pro diverſorio diverticulum nonnunquam uſurpamus, mihi neſcio quantulo magis arridere, ut apparitio hæc in diverticulo, (ſunt autem diverticula auctore Servio viæ transverſæ à latere viæ militaris) hoc eſt, in bivio aut trivio, per ſpeciem occurſus, ſignificari facta intelligatur: propterea quod diverſorium uſum, extra oppida, eo ævo, in deſertis illis Arabiæ regionibus fuiſſe, vix ſit mihi credibile: Cùm nec quidem multò poſteà, vel in ipſis Judeæ mediæ oppidis exſtitiſſe aliqua ex infortunati † Levitæ illius hiſtoria,

* Exod. 4. Comment. in Ter. † Jud. 19.

ria, cujus in libro Judicum mentio eſt, in Gabaa Benjamin, jam tum non ignobili civitate, nulla iis temporibus fuiſſe evincente obvia ſit probatio. Quam cauſam ego ſingularem fuiſſe etiam agnoſco, cùm peregre profecturos de viatico, ſeu commeatu ſollicitè ſibi olim providere, ferè obſervare ſit, quantum viæ, quæ ſuſciperetur conficiundæ parem exiſtimarent; ceu & Levitam præmemoratum idem liber judicum & * Moſen expeditione Ægyptiaca, de qua agimus, Joſephus, feciſſe autores ſunt. Sed & inde cauſam maximan jus hoſpitii illud vetus ſanctiſſimum ſemper exiſtimatum, ducere, pro indubitatô habeo: contrahi quippe illud ex neceſſitate, quia diverſoria tunc nondum in civitatibus ulla erant, initiò cæpiſſe. Atqui, ſi in civitatibus nulla, multò minus in viis publicis, minimè autem omnium in deſerto fuiſſe aliqua exiſtimandum eſt. Per deſertum autem Moſi urbe Madiænâ Ægyptum petenti proficiſcendum fuiſſe, certum eſt. Unde & jubetur in ejuſdem hujus apparitionis hiſtoria à Deo Aaron, † *Ire in deſertum, in occurſum fratri*, qui & deinde, ut juſſus,

* Ibid. † Exod. 4.

Digitized by Google

accurriſſe dicitur ad montem Dei, nimirum Sinai, circa quem etiam factam Moſi hanc apparitionem, ut & cæteras, tam præmemoratam illam, quàm aliàs, de quibus dicturi poſt ſumus libenter mihi perſuadeo. Verum, inquies, nonne in deſerto fuiſſe etiam olim diverſoria Jeremias ſatis indicat. Dum tale aliquod ſibi dare expetit, in quod ſeſe abdat, populum ſuum propter abominationes derelicturus? Sic enim ait.

(*a*) *Quis dabit mihi in ſolitudine diverſorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eo.* Imò dari id ſibi propheta optat, datum iri non ſperat: nihilo certe magis, quàm rem aliquantò etiam magis inuſitatam rex David, (de qua videlicet perinde ac re magis expetenda votis, quàm ut verè contingere ei poſſe ſperandum fuerit) votum illud ſuum eadem formâ concipit. (*b*) *Quis dabit mihi pennas, ſicut columba, volabo, & requieſcam?* Itaque vel hujus ipſius loci è Jeremia argumento, firmius ſtabiliri dixerim, quod ſtatuo; abſurdum eſſe, obſoletis præſertim tantoque ante Jeremiam illis temporibus, in deſerto hoſpitia ſeu diverſo-

(*a*) Jere: 9. (*b*) Pſal. 54.

Digitized by Google

ſoria fuiſſe: atque ideò multo videri æquius, ut Moſi per deſertum iter facienti occurriſſe Dominus in diverticulo credatur, quam in diverſorio. At, urgebis nihil iſtud de diverſorio intelligi attinet, meritorio ut vocant, cujusmodi Jeremiæ verba indicant; diverſorium viatorum appellantis; quod genus rebus omnibus ad excipiendos viatores idoneis inſtructa, locis viarum opportunis extrui poſtea cœperunt; ſed de loco deſerti quolibet, ad quem Moſes de via cibi capiendi, quem ipſe attuliſſet, vel pernoctandi cauſâ, cum comitatu divertiſſet: in ſpeluncam puta, quomodo de Lotho ſcriptum eſt, †*manſiſſe, id eſt* divertiſſe & pernoctaſſe *in ſpelunca ipſum, & duas filias cum eo;* vel juxta arborem aut fontem aliquem: ut & omnino contigiſſe, idem Moſi ſtatui forte hîc poſſit quod antea Agari ancillæ Saræ, quæ cùm heram fugiens in ſolitudine ſimiliter peregrinaretur ac ſederet fatigata juxta fontem aquæ, inventa ibi ipſa ab angelo, fuiſſe legitur. ‡ Fateor equidem expoſitionem hanc præmemoratâ Agaris hiſtoriâ tam commodè ſuffragante, mihi valde etiam probari potuiſſe, neque

 adeo

† Gen. 14. ‡ Gen. 16.

adeo amplexurum & ipſam perlibenter fuiſſe, Si uti in hiſtoria Agaris ſcriptum eſt, & hîc ſcriptum eſſet, inventum à Domino fuiſſe Moſen in diverſorio. Sed, cùm non inveniſſe eum, verùm occurriſſe ei Dominum ſcriptura teſtetur, (quod propriè ex diverſo iter agentium eſt) pergit mihi prior expoſitio magis arridere, ut, occurriſſe ei Dominum *in itinere*, id eſt, dum iter ſuum carpit, non quidem in diverſorio, ut vocem illam vulgò pro hoſpitio accipimus, ſed in diverticulo intelligamus.

Et quidem, ſi ferre me poterit lector ulterius conjecturis indulgentem, diverticulum hic mihi ego aliquod libenter propoſuerim, quod à via recta Ægypti, ad montem Sinam dextrorſum, ad eundemque, imò & rubum illum, è quo cœleſti viſione & alloquio dignatus eum deus fuerat, interiora deſerti ſectando, duceret. De via enim videri Moſen, ad eundem rubum, cum haud longè abeſſet, auſpicii & religionis causâ ut deflecteret invitari debuiſſe, vel majorum ſuorum exemplo, quos meminiſſet in tranſcurſu loca perlibenter eo modo ſecundo reviſiſſe, honorem cùm Deo, tum locis ipſis ſanctis, quem

quem decuit habituros, in quibus Deus eis aliquando, vel patribus eorum apparuiſſet: ut Iſaac Berſabee, Jacob Bethel, alii alia.

At Si fiet tamen, (vocis Hæbraice vi fortè ſic neceſſario exigente,) ut diverſorium omnino legi & intelligi hic debeat, erit nihilominus, hujus lectionis pulcherrima etiam conſideratio. Enim verò, quod in præcedentis viſionis, de rubo explicatione diximus, non tam circumſtantia loci deſignandæ, quam temporis (quod inde meridianum fuiſſe detur intelligi) ſtatim ab initio præmitti, contigiſſe eam, *cum minaſſet gregem*, (Moſes) *ad interiora deſerti*, & hic ſimiliter, ac vel libentius dixerim, quod in diverſorio apparitio hæc facta ſcribatur non tam id loco indicando, quàm tempori videri additum, quod & ipſum horæ meridianæ fuerit; quâ viatores, viæ diurnæ parte mediâ jamperactâ, fatigatos, ad curanda corpora hoſpitia ſpectare & divertere uſitatum ſit. Unde & Abrahamum ad invitandos in tabernaculum ad in refectionem viatores, ſolitum hac ipſa horâ in ejuſdem tabernaculi ſui ſedere oſtio, in libro

‡ Exod. 3.

bro * Originem obſervare eſt, adeò ut viri piiſſimi humanitate & hoſpitalitate tanta illectus ad ipſum etiam Deus, angelis duobus medius (ut libro ſecundo oſtendi:) viatorum ſpecie aliquando diverterit. † Nam in ipſo fervore diei, hoc eſt, meridiè id factum, Scriptura expreſſe teſtatur. Neque tamen ignoro, poſſe & idem de horâ quoque veſpertina dici, quæ & ipſa viatorum quieti poſt diurnum laborem, tribui haud minus ſoleat. Unde patrui ‡ Abrahami exemplo, ab eodemque edoctus, veſpere Lothus quoque ſedere inventus, eodem die, eidemque fini legitur, in foribus civitatis Sodomæ: conſimilemque erga eoſdem angelos illos viatores hoſpitalitatem exercuiſſe, invitatis eis ad lotionem, cibationem, & quietem. Verùm de hoſpitio, & ſeceſſu meridiano multò videtur probabilus, debere loci hujus, diverſorium intelligi, cum eâdem illâ de cauſâ, quam dixi ſuprà, horam hanc divinarum apparitionum magis ſolennem & uſitatam ferè olim fuiſſe obſervari, tum quia quæ deinceps geſta ibidem memorantur, nempe circumciſum à Sephora filium, juſſumque deinde à Deo Aaro-

* Gen. 18. † Ibid. ‡ Gen. 19.

Aaronem in occurſum ire Moſi, in deſertum, ubi & ipſi occurrerit, ad montem Dei, (quæ omnia eodem die geſta, poſt paulò firmâ ſatis ratione oſtendam.) Spacio opus habuiſſe videantur, unicâ veſperâ ampliore.

At verò, ut poſterior hæc interpretatio priore illa potior meritò, judicetur, equidem de diverſorio nihilominus locum hunc libenter intellexero, quod in diverticulo eſſet. Non ſolùm, quia locis ejus modi, propter viarum concurſum ſummè ad eum uſum opportunis extrui diverſoria ſæpius receptum eſt, verùm etiam quod Dæmones frequentius & ipſi in diverticulis, maximè autem in triviis, deorum ſpecie apparere, & miſeris mortalibus illudere, jam ab antiquo illo ævo ſolitos nimis quàm exploratum ſit. Nam Dei exemplo aliquo id primùm ut faceret videri, & credi poſſe adductos, ac deinceps ſuo more, quô ſuum id eſſe & proprium tantò magis perſuaderent, intemperanter feciſſe. Atenim cum diis gentium, agreſtibus autem illis maximè, quorum permagna copia eſt, in triviis verſari præſtigiari, ſed & coli gratiſſimum perpetuo fuerit, tum conſtat fuiſſe ea Hecatæ, ſive Dianæ, qua

ca-

eadem Trivia ab ea re dicta eſt, peculiariter attributa & dicata, unde & ſimulachra ejus ferè in eis collocata viſebantur. Ovidius

(*a*) *Ora vides Hecates in tres vergentia partes*
Servet ut in ternas compita ſecta via.

Majores autem noſtri fugandis deturbandisque inde ejusmodi ſpiritualibus nequitiis, redemtionis noſtræ ſalutare hieroglyphicum, aut uti Ignatius Antiochænus vocat (*b*) *trophæum, contra virtutem Dæmonum*, cujus ſufferre eos præſentiam nullo modo poſſe, exploratum habebant, (nam, ut idem Ignatius ibidem ſcribit, (*c*) *videntes illud expaveſcunt, & audientes timent*) jam ab Ignatii, hoc eſt, naſcentis eccleſiæ temporibus, cùm alibi, tum in triviis erigendum ſtatuerunt, quod & ubique deinceps perpetuò fuiſſe conſtat, ſalutari eventu diligenter obſervatum. Hæc autem nobis hactenus, quaſi per diverticulum, quod dici ſolet de diverticulis, occaſione ſic ferente, dixiſſe licuerit.

C A P.

(*a*) Faſt. 1. (*b*) Epiſt: ad Phil. (*c*) Ibid.

Digitized by Google

CAP. VI.

De apparitionis hujus ſpecie. Quibuſdam de cauſis videri eam illi, quæ Jacobo Patriarchæ in Phanuel, quibuſdam, & illi quæ Joſuæ in agro Jerichuntio eſt oblata, comparandam. Simulque de harum utraque obiter.

Cæterum, ex eo quod dicitur voluiſſe Deus in hoc occurſu Moſen occidere, urget ratio, ut præ formidabili viſibili ſpecie aliqua, & per apparitionem terrificam factum huncoccurſum exiſtimemus. Cujuſmodi fuit fortaſſe in Phanuel cum Iſraële luctantis; aut angeli principis exercitûs Domini, in agro Hierichuntio contra Joſuam evaginato gladio ſtantis. Et verò priori illi aſſimilem, comparandamque eam, propius mihi illud perſuaſerit. Quod ſimili quodam fine claudi utraque, tametſi diſſimilem luctæ eventum indicante, videatur: dum in illâ, orat Iſraëlem Dominus utpote victorem victus, ut ſemitteret; in hoc autem con-

contrà,

trà, dimiſiſſe tandem Moſen utique inferiorem, Dominus ſuperior, & jamjam occiſuro propior, dicitur: Cùm in nodum mutuò ſe complexi, ut fieri in lucta ſolet, & hîc utrobique factum intelligendum eſt, victores victos angerent, eliſuris, ſtrangulaturiſve Similes, donec rogati miſeratique eos mitterent, ſive dimitterent; verbo, uti ſuſpicor, in hac ſignificatione Athletharum proprio.

Et vero implicitum irretitumque in æquali ejuſmodi luctæ fuiſſe, Moſem, ex eo mihi ſuſpicio augetur, quod cum placari Dominus non aliter potuiſſe videatur, quàm circumciſo filio quod hactenus à Moſe neglectum Dominum in eum commoviſſe videbatur, feciſſe hoc non ipſe, (facturus haud dubiè, ſi per Dominum colluctantem eique inhærentem liberum ei fuiſſet) Sed, uxor ſubjungitur, & quidem ilicò, quô virum periclitantem ocius angentis eum antagoniſtæ potentioris nexibus eriperet. Qua de re ſacri textus verba denuò repetere, ac propius conſiderare, & examinare utile ſit, quæ ſunt hujuſmodi: *Tulit illico Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filii ſui* (ſi unius tantùm, haud dubium quin

quin Eliezeris, natu minoris qui ſolus circumcidendus ſupereſſet, Gerſone primogenito anteà circumciſo) *Tetigitque pedes Moſis* (præputio videlicet, ad pedes ejus abjecto, aut potius ſanguinis ab eodem in pedes ejus uſque diffluentis aſperſione,) *& ait*, (ad Moſen) *ſponſus ſanguinum tu mihi es* (hoc eſt, tu mihi de novo veluti nunc adjunctus, & acquiſitus ſponſus aut maritus es, ſanguinis hujus precio) *Et dimiſit eum*, (nempe Moſen Dominus jam placatus) *poſtquam dixerat* (Sephora) *Sponſus Sanguinum tu mihi es, ob circumciſionem.* Id eſt, poſtquam hoc dicto circumciſionem peractam teſtata eſt. Hanc eſſe verborum illorum ſententiam, nemo puto diffitebitur, cui preſſius ea rimari contigerit.

Verùm ſubit hîc per recordationem ſummoperè mirari, Si vera fuit Deo Moſi ſuccenſendi cauſa, adeò ut in deſerto iter facientem, propterea ad mortem depoſceret, quod filium hactenus manere in circumciſionem paſſus eſſet; qui potuerit non eundem acerbius poſtea perſequi, qui ne quidem priore hâc tam ſeverâ correptione admonitus, novam Iſraëlitarum Sobolem, in deſerto natam, & in his filiorum ſuorum fili-

filios, totis annis quadraginta, quibus per idem illud deſertum circumduci & errare contigit, circumcidi curaverit. *Quandoquidem hoc demum à Joſua curatum, poſt trajectum Jordanem, notum eſt, in colle, qui ab ea re perpetuò deinceps Præputiorum dictus. Et, quod admirationem augeat, circumciſione tamen ab ipſo Moſe Deo verbis recentius in eodem deſerto denuò (*b*) imperata, ac die octavo peragi juſſâ. Sed neque video, ſi propter circumciſionem dilatam in culpa Moſes, cur diſſimulaturus fuerit hanc offenſionem Deus, quò ad ille ſe, mandatorum ejus exequendorum cauſâ, in viam dediſſet: curve tempeſtivius anteà cum potuiſſet, in Moſen alieniſſimo tempore ſæviturus. Nam tunc ſanè legati munere fungens, vel jure gentium, ſanctus & inviolabilis, contraque vim omnem ſecurus eſſe debuerat.

Hinc moveor, ut ob eam cauſam, aliamve ullam, quæ dictam legationem præceſſerit fuiſſe Moſi iratum Deum, nunc certè vix putem, verùm exiſtimâſſe tamen Sephoram: propterea quod qualemcunque tandem iræ vel offenſionis ſpeciem

Deus

* Joſ. 5. (*b*) Levit. 12.

Digitized by Google

Deus contra Moſen apparitione hâc præ ſe ferret, filiorum cauſâ concepta appareret. Et erat vero, neque filiorum ſolùm, verum & matris ipſius (conjicio ego certè ſic) quod in legationem ſanctam, & longè omnium graviſſimam, comites fœminam, (nimis uxorius) & pueros allegiſſet, multum ſecum oneris & avocamenti habituros. Hanc autem conjecturæ meæ rationem habeo, quòd cùm reverâ illo animo, ſecum aſſumſiſſet illos Moſes, ut in Ægyptum duceret; quod ſcripturæ verba manifeſto hæc indicant. * *Tulit ergò Moſes uxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinam, reverſuſque eſt in Ægyptum*, conſtet tamen, poſt hanc apparitionem, & omnino poſtquam magis idoneus ei legationis hujus futurus comes Aaron occurrit (occurrit autem ad montem Dei, ideſt Sinai, unde & viſionem hanc ad eundem montem paulò ante factam admodum veriſimile eſt) remiſiſſe inde ad ſocerum omnes, neque longiùs progredi paſſum eſſe; tunc demùm eodem loci, aut non longè ab eo, (propè rubum certè † ſi Joſepho credimus, qui flagrationem illæſus evaſerat) poſtquam educto popu-

* Exod. 4. † 3. Ant: cap. 3.

lo, devictiſque Amalechitis victor cum caſtris Moſes inſediſſet, cum ipſo ſocero ipſum reviſuros: ut factum ex his hiſtoriæ ſacræ verbis clarè datur intelligi. *Cumque audiſſet Jethro ſacerdos Madian, cognatus* (a) *Moſi, omnia quæ fecerat Deus Moſi & Iſraël populo ſuo, quod eduxiſſet Iſraël de Ægypto: tulit Sephoram uxorem Moſi quam remiſerat, & duos filios ejus.* Et paulò poſt. *Venit ergò Jethro cognatus Moſi, & filii & uxor ejus, ad Moſen in deſertum, ubi erat caſtrametatus juxta montem Dei &c.* Cùm igitur eo animo, ut dixi, in viam ſecum aſſumtos & in aſinam impoſitos, ut habet textus, uxorem & filios, in Ægyptum duceret, remiſiſſe tamen de viâ domum hinc conſtet; quam potiorem mutandi inſperatò conſilii, remittendique cauſam habuiſſe conſentaneum ſit, non video, quam terrorem ei ab apparitione hâc incuſſum; quem à Deo profectum interpretatus, ſibi ob ejuſmodi comitatum infenſo. Ac tum quidem ſtatuo, Aaronem ſuffectum veluti in eorum locum magis idoneum comitem, ut dixi, Moſi quaſi ex compoſito obviam factum, exadverſo apparuiſſe.

Verùm hîc mihi puto adverſaberis, &, quî poſſit? dices; cùm Deus tunc primum

(a) Exod. 18.

mùm, poſt apparitionis hujus in Exodo enarrationem, juſſiſſe Aaroni ſcribatur, ire in occurſum Moſi! ſequitur quippe illud immediatè. (a) *Dixitque Dominus ad Aaron: vade in occurſum Moſi in deſertum.* Recte, & opportunè, at verò notandum eſt, fuiſſe hunc Dei neutiquam primùm monitum ad Aaronem, proficiſcendi obviam fratri, ſed ſecundùm. Quatriduò enim anteà, eâque ipſâ horâ, quâ Deus de rubo legationis hujus munus in Moſen conferebat, jam tum Aaronem domo pedem extuliſſe, fratri occurſurum Dei ipſius his ad Moſen verbis, de rubo habitis, manifeſtum eſt. *Aaron frater tuus Levites ſcio quod eloquens eſt. Ecce ipſe egreditur in occurſum tuum, videnſque te, lætabitur corde.* Præſertim, cùm textus Hebraicus, ut auctor mihi Pagninus verbum præſentis temporis hic uſurpet, quomodò & ipſe vertit, *Ecce, ipſe egreditur* cui verbo particula, *Ecce*, rem præſentem haud minus indicare ſolita, opportunè etiam adjuncta eſt, quæ hoc ipſum, quod dico, multò magis pervincat. Sic itaque Deus, egredientem eâ ipſâ horâ, quâ loquebatur, Aaronem videns, & Moſi de longè veluti

Z 2 of-

(a) Exod. 4.

Digitized by Google

offendens, *Ecce*, ait, *ipſe egreditur*. Quò ferè modo paſtor apud Poëtam, in Carmine Bucolico venientem Palæmonem. (*a*) *Vel, qui venit, ecce, Palæmon.* Quod autem Hieronymo, *Egreditur* in futuro interpretari viſum eſt, feciſſe conſentaneum eſt, ſecundi illius monitus occaſione, quem primum, atque adeò unicum fuiſſe exiſtimaverit. Verùm, ita rem geſtam eſſe, multò certè probabilius, & Hebraicæ veritati, cui teſtimonium Pagninus perhibet, magis congruum, & conveniens eſt, ut quo modo de ſtella nativitatis Chriſti indice traditum eſt, apparuiſſe primùm in Oriente, de longè viam ad Chriſtum, Judæam verſus demonſtrantem, ac deinceps eundem propius jam loco, ubi Chriſtus erat provectis, locum ipſum de propinquo deſignâſſe; ita Aaronem jam tum, cùm mandatum Moſes de rubo acciperet, redeundi in Ægyptum, arcano Dei ſuggeſtu, ad occurrendum fratri domo egreſſum, toto itinere Deum ducem habuiſſe, qui & prior Moſi in diverticulo (ſeu diverſorium mavis) occurrens, primùm ipſum perferre fecerit, ac deinde poſtquam ei ſatisfactum, ſive fi-

li-

(*a*) Ecl. III.

lio circumciſo, ſive familiâ domum redire juſſâ, ad Aaronem, qui ponè haud longè fortè ſequebatur converſum, fratrem eſſe in deſerto, & hîc quidem in propinquo, juxta montem ſignificâſſe, cui & occurrere juſſerit. Cæterum, eadem horâ, quâ Deus Moſi de rubo loquebatur, Rameſſe egreſſum Aaronem, quarto poſt die, ad montem ſanctum perveniſſe, ut dixi, ac fratri occurriſſe oportuit. Nam, cùm ex ejuſdem apparitionis in rubo factæ hiſtoria, trium dierum præciſè fuiſſe viam illam notum ſit, dicentibus in ea majoribus natu Iſraël, ad Pharaonem; *Ibimus viam trium dierum*, * *in ſolitudinem, ut immolemus Domino Deo noſtro*, horâ domo profectum, quarto die demum, paulo poſt meridiem, fratri ad dictum montem occurrerit neceſſe eſt: quô ſic dimidiatos dies duos, duoſque integros, quod pleno triduo æquipolleat, in viam impendiſſe intelligatur. Dixi paulo poſt meridiem, quod factum hunc occurſum proximè poſt apparitionem hanc, & quæ conſequuta eam eſt, pueri circumciſionem, & familiæ dimiſſionem exiſtimem, cujus apparitionis tempus ad ipſum meridiei articu-

* Exod. 3. & 5.

Digitized by Google

ticulum referam: non ſolùm quod eâ horâ divertere ad reficiendum corpus viatores uſitatum eſt, uti & hîc factum diverſorii mentio evincit, verùm ob id etiam, & multò magis, quod apparitionis de rubo idem fuiſſe tempus jam oſtenſum ſit; ut, quod in divinis apparitionibus rei magnæ alicujus præſignificandæ gratiâ comparatis, factum nonnunquam, obſervatum à me eſt, etiam hîc contigiſſe ſuſpicionem moveam, nimirum ut per apparitionem eadem horâ, poſt tempus aliquod iteratam, futurum adimplendumque magis confirmetur, quod ſemel fuerat anteà promiſſum. Sic enim Deus in apparitione ad quercum Mambre, fore ut eodem tempore ad Abrahamum & Saram anno revoluto redeat, pollicetur, ac tunc, (quod perſuaſum ei eſſe jam inde potiſſimum volebat) filium parituram. (*a*) *Revertens veniam ad te tempore iſto, vitâ comite, & habebit filium Sara, uxor tua.* Quod quidem, uti promiſerat, perfeciſſe etiam, Deum, Moſes poſteà teſtatur. (*b*) *Viſitavit autem Dominus Saram, ſicut promiſerat, & implevit quæ loquutus eſt.* Sed & de Saule in regem ungendo, iteratâ alloquutione

(*a*) Gen. 18. (*b*) Gen. 21.

tione (interjecto die uno) eadem horâ recurrente, Samulem hoc & jam modo confirmâſſe Deus legitur. (*a*) *Hâc ipſâ horâ quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te, de tribu Benjamin, & unges eum ducem*: & paulo poſt. (*b*) *Cumque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit ei; ecce, vir, quem dixeram tibi.*

Hoc autem ſi ponamus, & eòdem apparitionem hanc pertinuiſſe, quô & præcedentem illam de rubo ſtatuamus; nempe confirmando, animandoque ad populi liberationem ſtrenuè capeſſendam exequendamque Moſi factam, jam nec iratum quidem fuiſſe Deum Moſi, tametſi terrificè ei apparentem, credere proclivius ſit. Atque ita nulli jam magis apparitio hâc comparanda fuerit, quam præmemoratæ alteri illi angeli, principem ſe exercitus Domini perhibentis, quæ Joſuæ in agro Hierichuntio oblata eſt; de qua ſunt hæc ſacri textus verba. (*c*) *Cùm autem eſſet Joſue in Jericho, levavit oculos, & vidit virum ſtantem contrà ſe, evaginatum tenentem gladium; Perrexitque ad eum & ait; noſter es, an adverſariorum? Qui reſpondit; nequaquam,* Z 4 *ſed*

(*a*) 1 Reg. 9. (*b*) Ibid. (*c*) Joſ. 5.

ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Huic itaque apparitioni, Moſaicam illam qua de nunc agimus, germanam fuiſſe nil etiam abſurdè facere mihi videatur, qui ſenſerit. Eſſe enim minimè probabile, Moſen & Joſuam, conſimile opus in manu robuſtâ & forti aggredi juſſos, jam ad aggrediendum accinctos, Moſen quidem ducendi ex Ægypto populum, Joſuam autem introducendi eundem in Chananæam, malè antè mulctatis terræ utriuſque cùm Regibus, tum accolis, conſimile hoc utique etiam habuiſſe, à Deo rei benè gerendæ auſpicium bellicæ divinæ apparitionis, per quam ad ſuperandas bellicas omnes difficultates, quæ ſeſe eis oblaturæ erant, confirmarentur, robuſtoque, conſtanti, ac forti eſſe animo, admonerentur. Ac ſic quidem, verbis illis, *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum, intelligendum ſit*, habuiſſe Dominum ſpeciem duntaxat volentis eum occidere, quia evaginatum tenens gladium, contra eum ſtaret (quomodo præmemoratus princeps exercitûs ille angelus, contra Joſuam) non autem reverâ voluntatem. Tametſi & Moſes ſpecie tali improviſo illatâ perterritus, depoſci verè ſe ad mortem, (ſed

Se-

Sephora multò magis) credere & pertimeſcere initiò potuerit: quomodo feciſſe & Joſuam, anceps ejus illa interrogatio propius indicat. *Noſter es, an adverſariorum?* Erat quippe hoſtilis planè ejusmodi ſpecies, & alias quoque verè mortem interminantis; ut ex hiſtoriâ (*a*) Balaami etiam patet: ubi ſimiliter ſcriptum eſt, *quod ſteterit angelus Dei in viâ contra eum, evaginato gladio*, profeſſus, niſi aſina ejus de viâ declinâſſet, fuiſſe ſe eum occiſurum. Et in Davidis hiſtoriâ ſimile illud rurſum narratur. (*a*) *Cùm vidiſſet David angelum Domini, ſtantem inter cœlum & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & verſum contra Jeruſalem, ceciderunt tam ipſe, quam majores natu, veſtiti ciliciis, proni in terram* &c. Sed comminationis conſimilis eſt, de Cherubim in Geneſi, quod ſcribitur, ante (*c*) Paradiſum voluptatis collocato, flammeum gladium atque verſatilem habente, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Item, quod à Daniele puero in teſtes falſi & calumniæ convictos ferale illud carmen occinitur, (*d*) *Manet enim angelus Domini, gladium habens, ut ſecet te*

 me-

(*a*) Num. 22. (*b*) 1 Par. 21. (*c*) Gen. 3. (*d*) Dan. 13.

medium, & interficiat vos. Non mirum itaque, ſi Moſes, ſi Joſue, conſimili tot illis, quas recenſui, oblatâ ſpecie, & ipſi territi, intentantium ſibi mortem angelorum, eſſe eam initiò putaverint. Verùm ſenſu quem ſtatuimus omnis ille apparitionum, de quibus hîc nobis ſermo eſt, terror, neutiquam iis, quibus oblatæ ſunt, ſed hoſtibus minabatur.

Quod ſum pollicitus, jam implevi, apparitionibus primis illis duabus à me decurſis. Quæ deinde liberationem ab Ægypto ſequuta ſunt, divinæ viſiones explicationem habent minimè etium vulgarem, ſummæ voluptati parem adjunctam, meo judicio utilitatem aſſequutis allaturam. Ab eis librum novum auſpicari viſum eſt, cujus etiam guſtum, hinc jam lector, capias, non recuſo. Imò invito; capitis primi neutiquam longi, quod ſubjungo, & paraſceve ad eas veluti quædam eſt, ultroneâ impertitione.

Nunc ad apparitiones venio, poſt liberatum Pharaonis Tyrannide, eductumque Ægypto Iſraëlem, Moſi, ſacerdotibus, populo, locis diverſis totidem, diverſe ſingulr, ad montem Sinai oblatas.

† Enim-

† Enimvero quod poſteà circa tabernaculum, ac deinceps in templi Salomonici partitione, obſervatum fuit, ut diviſo trifariam ſpatio, ſuus ad Deum aſcendentibus ſeparatim populo ſacerdotibus, pontifici, locus, alio alius, quantum ſitu adytis & Deo propior, tanto dignior decernitur, jam circa dictum montem expreſſum, figuratumque fuiſſe, animadvertere videor. Terminis quippe circa eum à Deo poni juſſis, ad eos uſque ſolùm, non etiam ulteriùs, ad Deum aſcendere populo jus fuit, interdicente Deo, cujus hæc ſunt ad Moſen eâ de re verba. *(a) Conſtituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos, cavete, ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte moriatur.* Ex quibus verbis, quod paulo pòſt ſequitur, de eodem populo dictum, (*b*) *Cum cœperit clangere buccina tunc aſcendant in montem*, ſic neceſſariò accipiendum reſultat, ut non quidem verè in montem, ſed uſque ad montem, citra terminos, ejus circumferentiam includentes, aſcendere præcipi, aut permitti eis potiùs, intelligatur. Quod & clariùs poſt paulo datur intelligi, ubi, quod Deus fieri

juſſit ... ibi

† Joſep: ant lib. 3. cap. 5. (*a*) Eod. 19. (*b*) Ibid.

ibi præcipit, factum, poſtquam cœpiſſet clangere buccina, ſubjungitur. (*a*) *Cumque eduxiſſet eos Moſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.* Hoc enim loco, radices montis vocari clarum eſt, qui paulò antè fines montis: & excluſivè, (ut loquuntur Dialectici) dictum, *ſtetiſſe ad radices montis*, hoc eſt citra radices montis ſive fines, tangi à populo interdicto vetitos. Quantum igitur ſpatii interjectum, medium fuit, à loco caſtrorum, ad radices uſque ſive fines montis, dictis terminis incluſos, omnibus Iſraëlitis indifferenter ad Deum aſcenſuris, frequentandum ceſſit. Quomodo poſteà tabernaculo extructo, ſpatium quod tabernaculi atrio proximè excludebatur in templo autem Salomonico, atrium, quod abs re Iſraëlis & Laicorum appellatum fuit: Atque ibi quidem conſiſtens populus, Deum loquentem de monte cum audiret, intelligeretque, uti Moſi fore prædixerat Deus, his verbis: *Jam nunc veniam, ad te in caligine nubis, ut audiat me populus, loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum.* Non tamen etiam Deum ipſum, aut ſimilitudinem ejus nunquam vidit, ſed præſentiæ ejus

(*a*) Ibid.

ejus manifeſtiſſima certe (ſigna in conſpectu habuit, propter quam dictum etiam ſit, non ſolùm, quod eum Deus facie ad faciem de medio ignis fuiſſet (*a*) alloquutus, verum etiam quòd eidem viſus facie ad faciem. *Et habitares terra hujus, qui audiverunt quod tu, Domine, in populo illo ſis, & facie videatis ad faciem*, verum nullam omnino formam aut ſimilitudinem Dei populo inde viſam, ipſe his verbis Moſes diſertim teſtatur: *(b) Loquutus eſt Dominus ad vos, de medio ignis, vocem verborum ejus audiſtis, & formam penitùs non vidiſtis.* Itaque locutum fuiſſe populo ibi Deum conſimili apparitionis ſpecie, eodemque modo, ni fallor, quo anteà Moſi de rubo, (nam de medio ignis & ad eundem etiam hunc montem utrique) videtur mihi non improbabile. Niſi, quod pro differentiâ & proportione, quæ fuit viri unius ab numeroſiſſimo populo, majora omnia multa in populi viſione, quam in eâ, quæ Moſi de rubo contigit, videntium fuiſſe ſenſibus oblata, certum eſt. Enimverò cum in Moſaica illa, ignis unum aliquem duntaxat montis illius fruticem, ſive etiam totum fruticetum, [illegible] ſui, cor-

(*a*) Deut. 5. (*b*) Ibid.

Digitized by Google

corripuiſſet, tam illud non exurens, ut irriganti foventique & lambenti ſimilior, in ea, quæ populi fuit, totum montem, & quotquot erant in eo reliqui frutices, ſtirpeſque & arbores, fuiſſe videtur complexus, quando nominatim maximum extitiſſe, & ad cœlum uſque arſiſſe, ſacra eum hiſtoria perhibet, tanto majore, flammæ tantæ, illæſa & illibata omnia relinquentis, miraculo. Ut autem flammæ, in populi viſione, ſpecies & aſpectus major, ita vocis de flammâ erumpentis ſonus planè terribilior. Nam cum vocem Dei ad Moſen de rubo, majorem, aut aliam fuiſſe, nulla ſit ſuſpicandi cauſa, quam quæ naturalis hominum eſt. Locutum contra Deum ad populum, de medio ignis, poſtea oſtendam, (a) *Voce magna*, ut loquitur Moſes: quod ego factum ſuo loco interpretabor, vocibus tonitruum, fremitum & fragorem præ ſe ferentibus. Denique in his viſionibus diverſum & illud accidit, quod adventus, ſive deſcenſus Dei ſupermontem ad populum, prævia, ac veluti prognoſtica multa ſigna recenſeantur, ac non nulla deinceps [illegible]eniſſe, & præſentem teſtantia, quæ [illegible]ipicio etiam nulla ſit, in viſione

(a)

one Moſis fuiſſe edita. In ſignis prævijs ea pono, quæ his ſacræ hiſtoriæ verbis continentur. (a) *Jamque advenerat tertius dies, & manè inclaruerat, &, ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementiùs perſtrepebat, & timuit omnis populus, qui erat in caſtris.* Certè fuiſſe hâc prævia, ut dixi, Dei adventantis ſigna, ex eo datur intelligi, quod immediate deinde, verbis paulo ante aſcriptis, ſubjungitur, eductum fuiſſe à Moſe populum, in occurſum Dei, de loco caſtrorum, ad radices montis. Ad veniſſe autem, & præſentem teſtantia, præter ignem, de quo loquuti jam ſumus, qui in utrâque viſione intervenit, fuerunt fumus, & montis commotio, quibus acceſſerunt deinde voces & lampades. De tribus primis, primùm loquitur Moſes hoc modo. * *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum, in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace. Et commotus eſt omnis mons valde.* De duobus aliis ſequitur aliquanto poſt. † *Cunctus autem populus videbat voces & lampades.* Quæ ſingula, quia ſpatium, de

(a) Exod: 19. * Ibid. † Exod. XX.

Digitized by Google

de quo nunc agimus, occupante populo templi Salomonici atrium, ut dixi, Iſraëlis & Laicorum appellatum, præfigurans, videre & audire ei contigit; meritò eorum explicatio, ſpecie & opinatu plura ac pulchriora continens, ſibi locum hunc vindicare videbatur. Eam tamen eo uſque differre viſum eſt, dum primum Moſis in montis cacumen ad Deum aſcenſum venero. Ubi totam hanc Dei, multo cum tonitruum fremitu, multaque cum tubarum clarigatione deſcendentis, & portas quatuor tranſeuntis, triumphalem veluti pompam latius pertractabo, & deducam unde capitis hujus præ aliis brevitatem, lector ſuppleat licebit.

XXXXI.

ΣΠΟΥΔΟΓΕΛΟΙΟΣ

De

COMA

DIALOGUS

Primus.

CÆSARIUS ET CURTIUS

INTERLOCUTORES.

Hæ nugæ ſeria ducunt.

L. B. I. M.

DE COMA DIALOGUS

CURTIO ET CÆSARIO

INTERLOQUUTORIBUS.

CUR. SAlve, Cæſari. CÆS. Salve & tu. Sed quem te eſſe dicam cum me ſic pro noto ſalutes tam familiariter? Quis nomen meum tibi indicavit? Ede & tuum, ut ſciam quis ſit quem

quem contra ſalvere jubeo. CUR. Adeone mutatus videor, aut mei diſſimilis, ut non magis jam me noveris quam ſi ignoti nova forma viri tibi occurreret? Quæris nomen? ignoras faciem? Et de Curtio fortaſſe nihil etiam unquam audiviſti? CÆS. Salvus ſis, mi Curti? Et tune is eras? Accede propius ut in amplexus tuos ruam. Quibus ex terrarum oris nobis nunc advenis tamdiu non viſus? Unde porro hic novus tibi oris habitus? Et miraris quod primo adſpectu, ut tantopere Curtio antiquo diſſimilis, & ſub hac larva diſſimulatus me latueris? Si perſonatum in via offendiſſem, haud potui magis ignorare quis eſſes. Nunc vero nomine Curtius appellari videris. Hoc nomen luſtrico die fatale tibi impoſuerunt parentes, quia aliquando curtatum habiturus eras capillitium. CUR. Jocaris ut ſolitus. Iſta parte non videris immutatus, ſed antiquum plane obtines. Parce tamen amico veteri, & parcius [illegible]nento illudere ſodalium fideliſſimo, non merito ut à te ſic accipiatur, præſertim ex longa & periculoſa peregrinatione haud ita pridem domum redux. CÆ. Adventum gratulor, mi Curti & hodie apud me cœnabis, niſi prior ali-

aliquis amicus ad potiorem vocaverit cœnam. CUR. Ut te ulciſcar, veniam. Nunc non rides. Certe captus es. Non putabas tam cito promiſſurum. Cave in poſterum eos derideas qui ſe tam bene ſciunt vindicare. CÆ. Immo ludis ipſe. Serio vocavi, & nihil gratius facere poteris. An credidiſti, me urbanorum more ex mera civilitate præter animi ſententiam quaſi non venturum rogaſſe? Falleris. Haud ita tibi notus Cæſarius. Nec pilum adhuc nec mentem mutavit. Tu fortaſſe utrumque. Nam de pilo non potes negare. Ideo jam tuo modulo amicos metiris. CUR. Immo, Cæſari, pilum tantum ſcias; non animum mihi mutatum. Adhuc ſum qui eram, vere amicus amico. De te idem quoque ut credam facile impetras CÆ. Sed dic mihi, Curti, ergo peregrinatus es? Certe hoc neſciebam. Putavi tamen tale quid tibi eveniſſe, cum à tam longo tempore te non viderim. Sed de diſceſſu tuo me admonitum oportuit. Saltem vale dixiſſes. CUR. Adeo ſubitus & inopinatus hic meus abitus fuit, ut neminem amicorum ſalutare licuerit. Ne parentes quidem hinc diſcedens ſum alloquutus. CÆ. Curioſior eſſem quam par eſt, ſi

quærerem, quæ res tanta tam repentinam tibi impegerit profectionem. Non enim antea te peregrinandi cupidum noveram. Sed veniam dabis, ſi ſcire aveam, qua ex cauſâ tibi calva in mentem deciderit, & mentum in calvam aſcenderit? CUR. Quid hæc ſibi volunt? Apertius loquuto facilius reſponſum dedero. Curtius ſum, non Oedipus. CÆ. Tu mentum olim raſum geſtabas, calvam capillis veſtitam prælongis. Nunc vice verſa veſticeps mentum geris barbitio opaco & opulento, calvam autem pilis denudatam. Nonne ſic tibi mentum in calvam aſcendit, & calva in mentum decidit? Non hoc ſphingis ænigma fuit, quod Oedipode interprete opus haberet. Curtius ipſe pro acumine nativo, quo pollet, intelligere hoc potuit. Et tanto magis, ubi etiam acceſſit ex barba prophetica adventiciæ ſagacitatis auxilium ad res & ſcripturas explicandas. Mentis acumen in mento reſidet, præcipue ſi barbatum ſit. Nam nudo mento nihil eſſe eminentius dicunt, qui de natura queruntur, quod homines ab utero matris non ſtatim barbigeros produxerit. Melius illam conſuluiſſe hircino generi, matremque adeo hircorum eſſe appellan-

dam,

dam, hominum novercam. CUR. Semper ego auditor tantum tuorum jocorum, nunquamne reponam? Tu capillatus barbatus non es, ego barbatus non capillatus. Utrum magis virile eſt? CÆ. Certe hoc magis hircinum. Verum de hoc infra viderimus. Nunc quæſo noli me neſcium pati, quæ ſalamandra tuos capillos exuſſerit? Quæ cauſa eos tibi præciderit? Morbuſne an novacula hoc fecerit? Nam ut nunc apparet, vix poteſt indicari, calvitium hoc naturale ſit, an ex morbo, vel ex arte obvenerit, an ex profeſſione. Utrum electus es verbi divini miniſter, an Theologiæ promotus profeſſor? Aliquid horum eſſe oportet. Non enim de nihilo ſic mutatus à priore Curtio, ita ſtricta tonſura curtatus incedis. Qui antea inter elegantiores homines non diſpar nec degener ambulabas, comptulus, comatulus, criſpatulu[illegible] filiis Thelogorum ſimilor quam Theol[illegible] patribus, nunc præpoſtera promotione non à tonſo ad altiores ordines aſcendiſti, ſed à primis ordinibus ad tonſos deſcendiſti, ideſt, ab equis jubatis ad auritos aſinos. CUR. Pergis me ſalibus tuis adſpergere ac defricare. Occaſio non defutura eſt, qua vi-

ces referam. Nunc non potes ſcire quod deſideras, quia tempus non eſt mihi dicendi. Nec locus ad hanc rem idoneus. In via nunc ſumus, & alio propero. CÆ. Meminiſti ad cœnam mihi promiſiſſe? Et tempus inſtat, niſi morari velis convivas. Nam & alii vocati ſunt. Eamus igitur ad me domum, & dum cœna paratur, dum cæteri veniunt convivæ, poteris narrare quæ cauſa te de comato raſum fecerit. CUR. Longa eſt hiſtoria, longæ ambages, & vereor, ut queam in tam brevi ſpatio tam multa exponere, quæ dicenda ſunt. CÆ. Immo tribus verbis id poteris expedire. Vel uno id explicabis, ſi velis. Dic aut morbum eſſe, aut profeſſionem, aut votum, aut etiam quamcunque rationem. Qualiſcumque ſit, illa unica eſt, non plures. CUR. Immo nihil horum in cauſa quæ poſſis cunque comminiſc[illegible]iud eſt, & multiplici variaque na[illegible]ic cauſa non ſimplex poſtulat enarrari. CÆ. Quidquid ſit, intra horam abſolves. Si minus una ſufficit, addes & alteram, & curabo cœnam differri. CUR. Quoniam ita jubes, & te tantopere id expetere video, non vota morabor. Peregre abiiſſe me jam dixi. Ex il-

illa peregrinatione hoc retuli. CÆ. Ergo peregrinatio te reddidit peregrinum tuis, & vix jam agnoſcendum. Ἐξβαρβαρώθης, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Cur nunc cum domum redieris, non reſumis priſtinum habitum, eo dimiſſo quem apud exteros aſſumpſiſti? CUR. Ita prorſus imbibi id melius eſſe quod nunc ſequor, ut nulla ratione poſſim dimoveri à propoſito, cui ſimul manus dedi. Primo quidem non ſponte, ſed coactus, quaſi pœnam hoc paſſus ſum. Poſtea didici, nos ad bonum non noſtrum interdum, vi & ingratiis adigendos eſſe, ita divino numine diſpenſante & nobis longe melius conſulente quam ipſi noſtro motu & arbitrio res noſtras queamus ordinare. CÆ. Gaudeo hanc tibi de te ſedere ſententiam vix eluendam, & gratulor quod melior probiorque factus ſis raſus, qu[illegible]eras capillatus. Sed doce me num ra[illegible] hoc præſtiterit, & an pilorum ademptio vitia quibus eras obnoxius omnia ademerit. An opacatum denſo barbitio mentum bonam mentem tibi indiderit, aut perditam ſi forte reddiderit. CUR. Quidni? Nam mentum à mente dictum periti harum rerum volunt. Ut autem mens debet bonis

moribus & artibus eſſe inſtructa & dotata; ita mentum denſis & plurimis pilis locupletatum & ditatum. CAE. Atqui non deerunt, qui ſic defendent menti nuditatem, quamvis à mentis veriloquio non recedant. Ut enim mens malis moribus & artibus, dolis, fraudibus & vitiis purgata & vacua eſſe debet, ita mentum pilis, importunis & moleſtis deſtitutum & ſpoliatum. CUR. At fuere olim multi ſapientiæ ſectatores barbati. CAE. Sane, dum fatearis & fuiſſe plurimos etiam capillatos. CUR. Sed fortaſſean plus iſti capillorum habuere quam ſapientiæ. CAE. Non dubium eſt & pleroſque ex illis barbatis, plus habuiſſe barbæ in mento quam mentis. CUR. Hoc verum. CAE. Quid igitur ſentis? An barbam feciſſe philoſophum olim, & nunc facere Theologum? CUR. Non puto. An & ipſe credis antiquos illos ſophos qui comati incedebant, tales ope capillorum evaſiſſe? CAE. Abſit ut hoc credam. Putaſne è contrario, ſi qui mali & improbi extitere qui promiſſos capillos habuerunt, improbitatem illam à capillatura hauſiſſe? CUR. Vix auſim dicere. Noſtri tamen tenent, ſub prolixis capillis in-

intrinſecam latere malitiam. CAE. Beati qui ita ſentiunt. Utinam tam verum id eſſet, quam eſſe certum hoc ipſi ſibi perſuadent. Pauxillo remedio tota interior nequiſſimorum hominum pravitas tolli poſſet. Dempto capillo fures furari deſinerent, adulteri mœchari, homicidæ puras à ſanguine humano manus habere inciperent. Nemo plectendus eſſet ultimo ſupplicio. Nemini caput amputandum. Sola pilorum è capite reſectio tam puros & innocentes redderet, quam à matris alvo exierunt. CUR. Ita mihi nunc videtur. Sed putabam olim Theologos & verbi divini miniſtros, ideo ceteris meliores eſſe, minuſque adeo malos, avaros, ambitioſos, luxurioſos, quia brevem gererent capillum. CAE. Ergo, ut videtur, perſuaſum habuiſti, nullum Theologum malum eſſe, nullum invidum, nullum avarum, nullum ambitioſum, nullum luxurioſum? CUR. Ita certe credidi. CAE. Falſam de illis, ut apparet, opinionem concepiſti. Nam & illos homines eſſe, quotidiana docet experientia. Ut non omnes boni ſunt, ita nec omnes detonſi. Apud Helvetios capillum promittunt, qui de probitate & ſanctitate vitæ nulli con-

cedunt illorum quos diverſi propoſiti ratio capitibus exhibet detonſis. CUR. Veris victus nunc ita ſe rem habere confiteor. CAE. Hæc ingenua confeſſio, non ex raſo capillo procedit, nec ex opaca, quam nunc geſtas, barba, ſed ex ſtudio veritatis, quod tibi naturale eſſe video, & dudum te ejuſmodi ingenio natum cognovi. Sed quæſo dic mihi, poſtquam aſſueviſti capillum curtum habere & barbam longam, numquid animadvertiſti, te majores in virtutis ſtudio progreſſus feciſſe? Agnoſciſne & ſentis in temetipſo, tibi vitia quotidie exinde cum capillis decedere, & rerum bonarum amorem in dies cum barbitii pilis ſuccreſcere? CUR. Ut verum fatear, nondum hoc in me videor perſpexiſſe. Una perſuaſione amplius habeo, qua carebam olim. Ad bonæ mentis ſacrarium recta barbam prolixam & caput detonſum ducere exiſtimo, ſed nondum video, me per iſta admiſſum & introductum quo penetrare ſtudebam. Fervebat, cum capillatus eram, avaritia turpique libidine pectus. Nondum detonſus his liberari potui. Capillus οἴχεται, vitia adhuc omnia quæ habui habeo. Barba ſupervenit grandis, nec cum ea virtu-

tes advenerunt, quæ non aderant. Si quid in me boni eſſe mihi conſcius fui, non majus factum eſt, ſi quid mali, non minus. Talis plane ſum qualis antea fui, exceptis barba & capillo, quorum forma immutata eſt, me eodem manente. Fortioribus itaque remediis opus eſſe jam agnoſco, ſi perfectam ſanitatem in morbis animi recuperare poſtulem. Hæc ne παρηγορικὰ quidem ſunt. Virtutem pili non conſervant jam firmatam, non promovent inſitam, non reſtituunt amiſſam, non ingenerant carentibus, non eripiunt habentibus. Vitioſum, ut natus eſt, relinquunt, ad virtutis & ſapientiæ ſtudia pronum non alionſum reflectunt. GAB. Ut juvat te talia diſſerentem audire? Nec ipſe meliora poſſem. Jam noſter eris. Et ſpero, propediem te ad comatos reverſurum. Qui ingenio ſu[illegible]deo cerei, ut te eſſe conſpicio, modo prava, modo recta capeſſunt, eadem facilitate. Jam vero hoc optimum, quod à pravis ad recta flexibilem nunc te oſtendis. Non quod ego cenſeam, per ſe malum eſſe, capillos breves habere, quam rem ego plane indifferentem ſtatuo, ſed mala eſt opinio ac prorſus fanatica, quæ ἀδιαφορίαν tollit

ex

ex rebus ἀδιαφόροις, & præciſe damnat longos crines, ac novaculam quaſi capitis inſani remedium præſcribit omnibus. CUR. Ita eſt ut dicis, & jam decrevi ad antiquum habitum redire, meque meis reddere, tuis verbis inductus. Potentiſſima tamen ratione adhuc moveor, quod ridiculus ſum inter comatos hic omnes, haud ſecius quam vulpecula in fabulis è caudis inter caudatas. Nullis cœtibus aut conventibus, ſive fœminei ſint, ſive viriles, intereſſe audeo. Alii miniſtrum & prædicantem & pædagogum appellant. Alii prophetam ſalutant. Nonnulli in ſudatorio me capillos perdidiſſe prædicant, cum luem veneream eluerem. Quidam ad remigium condemnatum ita fuiſſe alicubi decalvatum. Morionem plures vocitant. Peregrinum, qui modeſtius ſenſentiunt. Multi vix convitio abſtinent, & ſine riſu me videre non poſſunt. In hoſpitiis ac diverſoriis pueri petulantes, & procaces ancillæ, barbam mihi vellunt. Ea tamen miſera barba defenſionem adverſus nonnullorum calumnias ſuppeditat. Morbum venereum, & ex eo defluvium capillorum obiectantibus barbam oppono, cujus pili ſolent decidere æque ac capilli

ta-

tali peſte inquinatis. Pœnam remigii & raſuram ex eo inflictam barba diluit, quæ non relinquitur ad remigandum detondendis. CAES. Hanc quoque rationem non omiſſurus fui niſi occupaſſes eam tibi ipſi ingerere. Suadeo igitur ut quamprimum iſta peregrinitate te exuas, & ingenuum civilemque vultum tuis civibus reddas. De barba facile eſt. Temporis momento tonſor hanc reformaverit. Citius curantur quæ detractione ſanari debent. Mora eſt opus in illis quæ ex additione medelam expectant. Longum eſſet à capillorum incremento pendere. Auctor ſum ut crinium galericulum ſtatim capiti adſuas. Sub illo coma recreſcet, & ubi ad juſtam menſuram pervenerit, tum ſutile capillamentum depones, niſi ejuſmodi geſtamini velis aſſueſcere. Quod multis in uſu eſt, & ſalubrius putant quam proprios & nativos habere capillos. CUR. Videbo utrum mihi magis expediat aut concinnius videatur. Barbam craſtino die dabo tonſori auferendam. Hæc maxime me deridendum notis & ignotis propinat. Etiam incommodat bibenti, & comedenti. Sordibus ſemper oppleta eſt. Si depectere velim ac diſcriminare, multum in ea

cura

cura temporis ponendum eſt, nec unquam tam nitidam accurare valeo, ut non *ſordidam barbam* me dicaculi ſubinde compellent. CAES. Dum hæc loquimur, ſenſim pervenimus ad ædes meas. Necdum cœnæ tempus eſt, & quos vocavi vix ante horam venturi videntur. Ubi aſſederimus, tum memineris vim illam majorem memorare quæ apud exteros te ad hunc oris peregrinum habitum adegerit. Nam ſuprà aliquid tale injectum à te videor obſervaſſe. Deinde etiam adjeciſti, niſi fallor, te poſtea perſuaſum eſſe multis argumentis non ſolum hoc σχῆμα tonſuræ pæferendum eſſe prolixis capillis, ſed etiam ſolum ambiendum, & amplectendum. Vitioſitatem enim & malignitatem intrinſecam ſubeſſe cæſariei, quæ nulla deprehendi [illegible]it ſub capitibus deraſis, vel ad cutem d[illegible]onſis. Hæc omnia niſi grave eſt audire ſummopere expeto. Nihil enim tam ſtultum eſt, quod alicuius regionis conſuetudine, uſu, vel inſtituto, non recipiatur aliquando, & receptum lapſu temporis non confirmetur. Aſſideamus hic ergo, & jam incipe peregrinationis tuæ narrationem exordiri. CUR. Ita faciam quoniam tam valde id te velle

vi-

video. Sed ſumma tantum ſequar faſtigia rerum, ne ſi omnia enucleate exponere ingrederer, longioris ſermonis ſeries texenda foret. Ex magna urbe digreſſus, ubi ad eam veni quam in finibus regni mare alluit, ibi navem conſcendi in inſulam vicinam profecturus. Vix è portu ſolveramus cum tempeſtate exorta, ventis adverſis per aliquot dies navigavimus. In conſpectu habebamus eam inſulam quam noſtra navis petebat, cum ecce ventus ex ea parte in quam tendebamus flare cœpit vehementior, & in contraria nos pellere. Ita diu multumque jactati cucurrimus, ignari quibus in locis eſſemus, cum terra tandem ſeſe aperuit, ſed non illa quam tangere exoptabamus. Quænam eſſet, neſciebamus. Sed viſum eſt nautis huc appellere, ut quaſſatam navem reficerent, & vectores nauſea & mari fatigatos recrearent. Jam portum ingreſſi eramus, & exſcenſionem parabamus, cum ex inſtituto regionis exploratores, ſive illi portitores, ad nos veniunt, exquirentes qui aut unde nos, aut qua ex cauſa delati eo accederemus. Interim facies omnium tam nautarum quam vectorum conſiderant. Quos videbant detonſos, ſeponebant: quos

ex-

cæſariatos in aliam partem ſecedere jubebant. Ubi ita nos ſecreverunt, denuntiant cæſariatis, non licere illis per ſtatuta inſulæ pedem in eam tellurem quæ capillatos non ferret, inferre. Iu ipſa navi ſi vellemus manere, id pro humanitate ſua nobis permittere. Deinde ad raſos ſe convertunt, plauſu & amplexibus eos excipiunt, adventum gratulantur, paratum illis publicum hoſpitium ubi per triduum laute eſſent ſine ſuo ſumptu paſcendi. Ita legem eſſe regionis. Cum hoc dicto ſecum abducunt omnes deraſos, hilares ac ridentes, ac præ gaudio tripudiantes, nos autem triſtes & confuſos, & quid ageremus incertos, relinquunt. CAES. Miros gentis mores narras. Sed quid vobis mentis capillatis in tali re fuit? Quid conſilii capere cogitaſtis? CUR. Hærebamus præ ſtupore defixi, quo nos verteremus aut quid potiſſimum cœptaremus neſcii. Vix quidam ex noſtris lacrimas tenebant. Alii fatum ſuum miſerabantur. Plurimi capillos ſuos ac cæſariem tanti mali cauſam abominabantur. Et ſi ad manus fuiſſet tonſor, aut ſaltem novaculæ, vel forfices, alteri alteris nos tondendos præbere decreveramus. Sed nomo in noſtro cœtu repertus

eſt

eſt qui forfice vel novacula inſtructus eſſet. Tum adſiſtere cœpimus in cataſtromate, & magna voce inclamare abeuntes, ut ſaltem veniam darent è navi egrediendi, & in proximo littoris hoſpitio divertendi. Ad hunc clamorem miſericordiam expoſcentium unus accurrit exploratorum, & cum propius ſcapha ſpeculatoria acceſſiſſet, proponit hanc omnibus conditionem, ſi poſſemus aut vellemus pati capillos nobis novacula demi, eodem loco nos futuros quo reliquos qui ab antiquo deraſi fuiſſent. Nemo noſtrum fuit quin protinus pro ſummo beneficio conditionem acceperit. Annuimus itaque ſtatim & clare etiam diximus, nos omnia facturos quæ vellent, & omnia perpeſſuros dum in navi manere ne cogeremur. Carcerem & vincula fore tolerabiliora. His intellectis, cum receſſiſſent, poſt paulo cum eadem ſcapha redierunt, adducentes ſecum aliquot tonſores, quibus capita noſtra læti detondenda commiſimus. Barbas etiam facticias & ſutiles, bene longas, attulerunt, quas mentis noſtris aptatas accommodarunt. Sic enim dicebant, ſi ſine barba conſpiceremur in publico, vix lapides à nobis ſe poſſe defendere. Certe

ſputa obviorum & contumelias convitia-
que nunquam evitaturos. Ego vero cu-
pidius quam cæteri ita me tractari & or-
nari gaviſus ſum. Nam curioſitati meæ
nihil durum dum expleretur proponi po-
terat, & avidiſſime cupiebam talis gentis
ritus & inſtituta pernoſſe, quæ adeo mi-
ra ab hoc principio viſa eſſent. Ita igitur
cum barbis magnis, & capillis ſupercilio
brevioribus in publicum hoſpitium nos
perduxerunt. Ibi invenimus ſocios noſtros
& nautas jam menſæ adſidentes, & invi-
cem poculis grandibus ſibi propinantes,
quibus diluebant maris nauſeam. Nemo
tamen illorum quemquam noſtrum poſt-
quam introducti ſumus agnovit. Alii mi-
rabantur quid rei eſſet, alii ridebant. Lar-
vas quidam credebant introductas ad exhi-
larandos convivas. Tandem cum eis inno-
tuiſſet id quod erat geſtum, in riſum om-
nes effuſi & gaudium, nos ſibi adſidere
juſſerunt, & quo nova barbitia poſſemus
madefactare, & myſtaces vino immerge-
re, protinus pocula in manus poſuerunt,
uſque ad ſummum labrum plena. Ita ju-
cunde totum diem traduximus, maris &
jactationis obliti, quam ſic egregie dele-
vimus. Per triduum accepti eodem modo
fui-

Digitized by Google

fuimus, cum ſubinde proceres nos inviſerent gratulabundi, & quibuſcunque rebus ac modis poſſent, honorem nobis exhiberent, feliceſque & fortunatos duceſent quod in eam inſulæ partem appuliſſemus, in qua virtus omnis vigeret, è qua vitia omnia exularent, quia nimirum indigenæ deraſa capita geſtarent, & prolixas in pectus barbas. Qui capillati eo adveniſſemus, divinæ gratiæ hoc nos imputare debere, quod delicta quorum catenis tenebamur conſtricti una cum capillis depoſuiſſemus, in quibus origo & cauſa omnium vitiorum ac peccatorum reſideret. Hæc cum audirem, tacitus in ſinu mirabar, & tanto ardentius exoptabam indagare ſollicite & exacte cæteros regionis mores, quibus in rebus à reliquis populis differrent, & præcipue ab illa altera inſulæ parte, quam primates Reipublicæ perditam, miſeram, infelicem nominabant, ut vitiis omnibus addictam & mancipatam, nullaque virtute redimendam. De ea igitur cum quærerem, ita reperiebam. Univerſam inſulam appellari Græco vocabulo Μεγαλόνησον. In duas partes diviſam eſſe, & à duobus populis habitari. Exiguo tantum flumine utramque diſpeſci. Alterius par-

Digitized by Google

tis incolas quæ meridiem proſpectat, Græce appellari Μαλλωτοὺς, quia capillati vulgo omnes eſſent: alterius, quæ ad ſeptemtrionem vergit, Græca pariter appellatione Ψιλοὺς nuncupari, quia deraſi ſint cuncti qui eam inhabitant. Hos regem habere *Miſocomum* dictum ex Pogonatorum regia ſtirpe oriundum. Ut olim *Cæſares* Romæ vocabantur, & in Ægypto *Pharaones*, ita iſti *Miſocomi* dicuntur. Alteri parti quæ Mallotos populos habet, imperat rex *Philocomus* nuncupatus, ex Miſopogoniadarum gente deſcendens. Inter utramque gentem quamvis eandem inſulam teneant, bellum geritur aſſiduum, & nulla unquam pace aut fœdere finiendum. Cum cætera ejuſdem religionis ſint, in hoc ſolo diſcordant, quod in capillis una pars peccatum ſummum ſtatuit, & in barba ſummam ſapientiam. Illi alteri utrumque negant, & ſine crimine haberi poſſe contendunt prolixum capillum, & brevem barbam aut nullam. Hinc cauſæ odii & ſimultatis atque etiam ἀσβέστου πολέμοιο, ut Homerus appellat inter Μαλλωτοὺς & Ψιλούς. Inter Σπανοπώγωνας & Βαθυπώγωνας. Non major exarſit contentio inter Turcas & Perſas, in-

inter Papiſtas & Reformatos, quanta hodie inter Mallotos & Pſilos, ejuſdem inſulæ incolas. Cæſareani olim & Pompejani, non acriori concertatione bellum civile ſuſcitarunt Romæ. Nulla unquam tanta fuit inter duas gentes pro republica, aut pro religione diſſenſio. CAE. Sed unde hujus diſſidii origo inter populos finitimos? Quæ cauſa eos diviſerit, & tanta excitare rixam coëgerit, nonne & curæ tibi fuit, cum ibi eſſes, percontari? CUR. Immo ſedulo inquiſivi, & ſciſcitanti reſponſum eſt, ab antiquo non ita fuiſſe. Ab eadem origine utramque nationem derivatam. Fratres & amicos diu manſiſſe, in pace & concordia vixiſſe cum affinitatem invicem contraherent, & filias darent nuptum & acciperent alteri ab altera gente. Quinetiam ab initio comatos omnes extitiſſe, ac *Cometas* appellatos eſſe, & cuilibet licuiſſe, vel barbam promittere, vel reſecare, vel qua vellet forma habere. Sed ajebant, neſcio quo tempore in una inſulæ parte fuiſſe quendam ſacrorum pontificem qui natura calvus erat. Quod cum deforme videretur in capillato populo, rationem iniiſſe qua calvitium ſuum commendaret quia celare non poterat. Doce-

re inſtitit, non ſolum indecorum eſſe viris comam habere, ſed etiam criminoſum. Comam mulieres decere, non viros. Naturam hoc ipſum oſtendere quæ fœminis comam dedit, viris negavit. Scripturas allegabat ſacras quibus id probaret. Eas ex ſenſu ſuo interpretabatur. Et quia magnæ auctoritatis erat in populo, & ſanctitatis laude cum pari doctrina conjunctæ celebris apud omnes valebat, facile illi creditum eſt. Omnes qui concionantem de cathedra audiebant, aut docentem in auditorio, in ejus ſententiam concedebant. Domum reverſi ad tonſorem mittebant, alii recta è concionibus ejus aut prælectionibus in tonſtrinam ibant, & curabant ſibi capillos ſtrictim demetendos, nonnulli etiam radendos. Ita derepente una veluti converſione ac detonſione tota ea pars inſulæ nullos habuit comatos. Sic inde exterminatum unius hominis arte genus omne capillatorum. Non contentus ille pontifex hoc tam proſpero ſucceſſu ne altera ex parte inſulæ aliqui advenire poſſent capillati qui everterent quod effecerat, aut exemplo ſuo invitarent ad priſtinum habitum reſumendum, eos qui nondum in novo ſtatu plane confir-

firmati fuerant, voluit & idem alteri genti perſuadere. Sed in ea parte inſulæ non inferior auctoritate & doctrinæ ſanctitatiſque fama pontifex alius habebatur, venerabilis ſenex, cum cæſarie grandi, qui obſtitit ejus inceptis. Populum illum jam novitatis ſtudio impulſum, & ad tonſuram incitatum revocavit præceptis ſuis, & multis ex ſcriptura ſacra teſtimoniis demonſtravit, nec in veteri, nec in novo fœdere cæſariem viris fuiſſe prohibitam. Qui ſcripturas in eam ſententiam interpretarentur, magnopere hallucinari, & in favorem ſui calvitii hoc afferre. Rem plane eſſe manifeſtam, quod non *εἰς οἰκοδομὴν* hi verbum Dei docerent, ſed *εἰς καθαίρεσιν*. Ab eo tempore pax nulla fuit inter illas gentes, nec futura eſt. Qui pontifici illi ſucceſſerunt, quem belli facem & flabellum fuiſſe docuimus, in eodem dogmate tuendo perſtiterunt. Sed & reliqui minores ſacrorum miniſtri hanc opinionem omni ope & conatu mordicus propugnarunt, atque etiam nunc defendunt. CAES. Qui ex Batavia veniunt, ſimilia de Theologis & miniſtris illius gentis referunt. Pari quippe diſſenſione hanc quæſtionem inter eos agitari,

contendentibus aliis capita virorum eſſe ex præcepto divino deradenda, aliis pro cæſarie virili tanquam pro aris & focis pugnantibus. CUR. De Batavis neſcio, ſed de illa inſula quam tempeſtatibus actus adii, omni aſſeveratione confirmare poſſum quæ dico eſſe veriſſima. CAES. Numquid etiam ſtudioſe explorare tibi libuit, qua ratione bellum iſtud gererent Capillare ſive Τρίχινον hi ambo populi? CUR. Hoc etiam quæſivi. Pſili bello captos capillatos, non occidunt, ſed in carcerem abductos ſtatim carnifici tradunt, qui capita eorum deradat. Tandiu autem detinentur in carcere donec barbam magnam produxerint. Ubi barbati evaſerunt, juramentum ab iis exigunt, nunquam arma laturos contra Pſilorum gentem, nunquam capillum promiſſuros, nunquam barbam raſuros. Ubi juravere, dimittuntur. Rari reperiuntur qui fidem fallant. Si qui contra faciant, improbi inteſtabileſque habentur. Malloti ſimiliter captis in prælio Pſilis barbatis de vita parcunt, ſed in carcerem ſimiliter abducendos curant, ubi barba illis opera carnificis reſecatur. Et tandiu in carcere ſervantur donec capillus illis ſuccreverit ad menſuram

Mal-

Mallotorum indigenarum. Tum pariter dimittunt jam comantes, exacto jurejurando ad eundem modum quo à Mallotis id exigunt captivis Pſili. CAE. Cum captivis ita parcant, in ardore ipſo certaminis ſi quos capere vivos nequeunt, an eos neci dant? CUR. Omnia faciunt ne hoc faciant. Si quis eſt viribus valentior, infirmiorem omnimodo conatur vivum capere, & abducere, ſi de Mallotis eſt coma apprehenſum, ſi de barbatis barba. Hoc unum contendunt, & laborant, ut quam plurimos captivos abducant, neminem autem interficiant. Dicunt enim Deum velle potius pœnitentiam peccatoris quam mortem. Voluntati Dei ſic ſe obſequi. Proſelytos igitur facere tantum ſatagunt, partim vi coactos ut illos ques in bello ceperint, partim ſponte, argumentis victos & rationibus. CAES. Libros igitur ea de re ſcribunt? CUR. Et certe quamplurimos. Theſibus præcipue pugnant, ſi qui in utraque gente litteris operam dederunt, aut ſacrorum cultui ſe addixerunt. Ultro citroque conmeant & volitant Theſes Mallotorum ad Pſilos, Pſilorum ad Mallotos. Et liberum eſt litterarum & librorum inter utroſque conmercium.

CAE. An operantur aliquid illa ſcripta? CUR. Immo vel plurimum. Et quotidie transfugæ utrimque ab his ad illos & contra tranſeunt. CAE. Qua ex parte plures? CUR. Ex parte Pſilorum. Nam & filii Theologorum & miniſtrorum rei divinæ, quos Ποιμένας appellant, quotidie in partes Mallotorum magno numero ſe transferunt. Et rumor multus eſt de filio celeberrimi ſacrorum manuductoris & ἐξηγητοῦ, qui invito patre Pſilorum partibus addictiſſimo, in caſtra Mallotorum migravit, omneſque comatos αὐτόχθονας cultu, cura, nitore, & prolixitate comæ ſuperat. Eam calamiſtris etiam inuſtam criſpat, & pulveris aromatici inſperſione colorat, CAE. Quid pater? Non iraſcitur, non minatur exhæredem eum ſe facturum? CUR. Nihil omnino. Nihilo ſecius in comam ſingulis diebus è ſuggeſtu detonat. Teſes contra comam conſcribillat. Comatos omni occaſione & ſermone carpit, lacerat. Nullum habent infenſiorem hoſtem Malloti. CAE. Quid reliqui è media plebe? quomodo agunt? An infeſtos & illi animos gerunt adverſus contrariæ partis ſectatores? CUR. Nihil in illis modeſtum, aut mediocre.

Præ-

Præcipue Pſilorum in Mallotos odium eſt acerrimum. Modeſtius ac mollius in Pſilos Malloti ſe gerunt. Sed Pſili nullum adhibent temperamentum. Nihil niſi ſanguinem adverſariorum ſpirant ac ſitiunt. Omnibus rebus odium ſuum teſtantur. Solem ipſum non tanti faciunt quam lunam, quia ſolem dicunt quaſi capillato ſplendore micare. Unde Phœbum veteres fabulæ & pœtæ, qui idem cum ſole eſt, crinitum finxere. At luna plane deraſorum calvæ ſimilis eſt. Hinc & calvos olim lunam adamaſſe eædem fabulæ ferunt. Sed & σελήνια Græci appellarunt calvas Pſilorum. Planetas reliquos aliaſque ſtellas nullo habent in honore, quia multifido in circuitum fulgore quaſi capillatæ ſcintillant, planetæ fixo, ſtellæ fixæ tremulo & vibrante. Sic Callimachus οὖλον ἐθείραις ἕσπερον appellat, *crinitum jubar Veſperi.* Apud Jobum κόμη ejuſdem ἑσπέρου vocatur, jubar comatum illius ſtellæ. Equorum ſuorum jubas recidunt ad cutem, caudaſque ipſas prope ad vivum reſecant, ſed eas ſub labrum inferius equis religant quaſi ornamenti vicem barbæ videantur. Aſinos magno habent in pretio, quæ grandes & eminentes aures habent, quas capitis breves pili extare non

pro-

Digitized by Google

prohibent. Hircis abundant, eoſque plurimi æſtimant, & ſapientiſſimum eſſe animal judicant, quia barbati ſunt. Non alii animantium generi magis benignam & liberalem ajunt fuiſſe Naturam, quæ fœminis eorum etiam barbam indulſerit. Porcos non ambuſtulandos curant, ut hic apud nos moris eſt, ne quid intra cutem laridi pilorum remaneat, ſed in aqua ferventi depilant. Fruticibus & arboribus non aliis delectantur, niſi quæ tonderi ſolent. Tonſiles buxos, tonſilia liguſtra in hortis omnes habent. Nullam habent ſylvam niſi cæduam. Senticeta etiam ipſa ad vias & ſemitas detondent. Prata detondenda vaccis per totum annum tradunt, quia depaſta non aſſurgit in comam luxuriantem herba. Vites amarent ſi cœlum eas ferre poſſet, quia tonderi amant. In vino magnam partem voluptatis ponunt, quia ex tonſili paratur frutice. Idcirco auſtera, ingrata & inamœna ſoli facies eſt, quia omnia in eo naſcentia humilia videntur & detonſa. In altera parte inſulæ quam Malloti incolunt, pulcherrimus regionis undiquaque adſpectus occurrit. Nemora ingentia conſpiciuntur, nutantibus atque undantibus procerarum arborum capiti-

pitibus. Colles ubique ſylvis cœlum vertice petentibus veſtiti. Omnia denique alte lateque viridantia, florentia, luxuriantia, comantia, grandia. In hac Pſilorum regione nullum frequentius mercimonium invenitur quam tapetum ejuſmodi, quæ Græco nomine ψιλαὶ vocantur, quaſi raſos dicas tapetes. Aut à Pſilorum itaque gente ſic denominati ſunt, aut Pſilorum natio ab iſtis pſilis tapetibus nomen invenit. In altera parte quam Malloti colunt pſilæ vænales non inveniuntur, ſed μαλλωτά tantum vel ἀμφίμαλλα, villoſa nempe tapetia. CAE. Miranda memoras, ſi vera ſunt. CUR. Quidni vera? Barbæ iſti non credis quam adeo prolixam è mento meo in pectus propendentem vides? Iſti calvæ ridenti & aduſtæ adeone parum habes fidei? Si neſcis, ô Cæſari, in Pſilorum gente hoc pro certo tenetur, talem barbam & talem pilum qui vix è cute λόγῳ θεωρητῷ acumine prominet non poſſe mentiri. Nullam fraudem nullum dolum, nullum denique vitium brevis pilus celat, haud magis ſane quàm pediculum. CAE. Ita ſane credo, & facile perſuades. Non enim fraus & dolus in capillo ipſo deliteſcunt,

ſed

ſed intra caput recondita hæc vitia occultantur. Cerebroſos & cerritos & fanaticos æque videmus ſub brevi capillo quam ſub prolixo, ut & muccoſos. Hoc unum video boni in brevi capillo, quod negligentes & pigros non ſinit eſſe pediculoſos. Sed barbam qui habet, habet etiam quod agat, niſi velit ricinis eam oppleri. Jam ſumus ergo pares. Vobis barbicolis incumbit barba depectenda, nobis cæſaries cæſariatis dentoſo buxo diſcermenda. Cæterum hæc tua tam late fuſa & ſpatioſa barba revocat mihi in mentem ut te rogem, quid facere ſoliti ſint Malloti barbis Pſilorum captivorum, quas in carcere recidendas per carnificem curant? CUR. Equeſtrium ſellarum tomenta ex his conficiunt, aut lectulorum vides culcitas iis farciunt. Si quæ vero præter cæteras iis immodicum in modum patulæ expanduntur, & inſigniter amplæ ſunt, ut habent Græci metropolitæ, tholis templorum eas ſuſpendunt, cum hac inſcriptione, DE BARBIGERIS POPULIS MANUBIÆ. GÆ. Quid autem Pſili? An & illi ſimiliter capillaturas demptas Mallotorum captivorum capitibus ad memoriam victoriæ in templis repoſitas ſervant? CUR.

Ita

Ita & mos eſt illis facere, ſi qua eſt cæſaries luculenta, & nitide decora. Et verſum inſcribunt, ut multi in ea gente verſificatores ſunt: HÆC DE LONGICOMIS PARTA TROPÆA VIRIS. In aliis hanc Epigraphen titulant, MALLOTORUM OPIMA SPOLIA. E vulgaribus comis funes nectunt, aut tomenta etiam concinnant, aut pilas luſorias implent. Quaſdam etiam in ſummitate pilorum inter ferrum & haſtile aptatas pro fimbriis appendunt; ut iis percuſſi in prælio Malloti dicere poſſint, τοῖς ἑαυτῶν πτεροῖς. CAE. Volupe eſt intelligere, quomodo iſtud bellum capillare & barbile inter has duas nationes ferveat. Tantæne animis cætera concordibus & ejuſdem religionis conſecraneis iræ? Tam animoſe de pilis certari, & mirum eſt & miſerandum. CUR. Pſili præcipue odio plus quam Vatiniano proſequuntur Mallotos adeo ut inter hos Malloti nomen atrocis convitii aut maledicti inſtar habeat. Improbum, ſceleſtum, nefarium, & parricidam, hoc nomine appellant. CAE. Non moderatiores ſunt erga Pſilos Malloti, ut apparet. CUR. Immo ſunt longe in exercendis inimicitiis & odiis civiliores.

Pſi-

Pſili nomen de levi, inconſtante, ſtulto & morione contenti ſunt uſurpare. Cur autem apud Pſilos Cometæ appellatio, hoc etiam nomen Mallotis, videatur magis contumelioſa, hanc illi rationem afferunt, ſatis ut puto ridiculam. Dicunt enim cometam ſi quando apparet in cœlo, famem, ferrum, & flammam, & mala quæque extrema alia, regnis & imperiis portendere. CAE. Sane, ut dicis, valde ridicula hæc ratio. An illi neſciunt, & inter plures cometarum ſpecies unam eſſe cui πωγωνίας nomen eſt, à forma barbæ quam refert? Ergo πωγωνίας pro ſcelerato & nefario poteſt compellari. CUR. Ita eſt. Et fortaſſe hoc in ipſos Malloti retorquent. Nam & illi omnia colligunt, quibus adverſarios ſuos male accipiant. CAE. Memini te paulo ante dixiſſe, primo per vim impoſitam tibi fuiſſe neceſſitatem in verba Pſilorum jurandi, & eorum habitum aſſumendi, poſtea rationibus veris perſuaſum, cœpiſſe pœnam tuam amare, & ſic quaſi melioribus concedentem in inſtituto illo perſeverare deſtinaſſe. Poſſumne igitur nunc ſcire, quænam tam potentes & invictæ rationes illæ fuerint, quæ te permoverunt? CUR.

Ma-

Magnam jam eorum partem ſupra refelliſti cum de ea re loqueremur, in ipſo pæne noſtri ſermonis ingreſſu. Aliæ tamen ſunt, quas nondum dixi, quas neſcio an meliores aut probabiliores jam dictis judicaturus ſis. CAE. Age igitur ni graveris expone illas, ut videamus an ſatis fortes ſint, ut hærentem huic capiti comam decutere queant. CUR. E ſacra Scriptutura utriuſque fœderis eæ ſumptæ ſunt. CAES. Nec hoc miror. Nullus olim fuit hæreticus tam ridiculus aut tam nefarius, quin hæreſin ſuam firmare geſtierit auctoritate ſacrarum ſcripturarum. CUR. E vetere primum Teſtamento pro teſte producunt Abſalomum. Eum in ore ſemper habent, cum contra Mallotos diſputant. En, inquiunt, præclarum exemplum, quo moniti, debemus deteſtari cæſariem. Ea filium regis perdidit, & occidendum inimicis perſequentibus dedit. CÆ. Nec ego ſane, ut verum fatear, cuiquam auctor eſſem tam ponderoſam comam geſtandi, qualis illa Abſalomi fuit, quæ centenas uncias, vel, ut ii volunt qui minimum dicunt, quinquagenas, quoties recidebatur, pendebat. Quod relinquebatur, etiam magni ponde-

ris fuit. Non enim veriſimile eſt, uſque ad cutem detonderi ſolitum. Sed nec tam prolixam à quoquam nutriri cæſariem probarem, ut ea ſuſpenſus aliquis & irretitus ramis arboris teneri poſſet. Et tamen cum hoc ita ſit, Scriptura ipſa non improbat, nec damnat talem in Abſolomo cæſariem, ſed cum ea pulcherrimum fuiſſe totum à capitis vertice uſque ad pedes teſtatur, & nullum in eo formæ vitium extitiſſe, quod reprehendi poſſet. Eſto, ex capillo ſuo peſtem oppetiit. Quam multi ſunt quos pedes ſui prodiderunt? Quum fugerent, pede offenſo ceciderunt, qui ſic capti ſunt & necati. Nemo tamen propterea pedes ſibi amputare debet, quod aliquis aliquando culpa pedum lapſus ſit, & ab hoſte occiſus. CUR. Ita eſt ut dicis. Ebrii præcipue in pedes ſuos ſæpius ſævire deberent, cum officium non faciunt, & jacentes in via exponunt, quibus ſtandi poteſtatem denegant. Sed aliud habent ex eadem ſcriptura argumentum, quo fateor me affectum valde & commotum fuiſſe. CAE. Quodnam illud eſt? CUR. Dæmones piloſos in ſcriptura ſacra introduci ajebant. Neminem ergo capillatum ambulare debere, quia dæmones hoc

hoc habitu incedunt. Quis ſimile dæmonibus ſchema capiti inducere velit? CÆ. Vide nunc ut meus guſtus à tuo diverſus eſt? Quod pro fortiſſimo habes argumento, mihi videtur non minus ineptum quam falſum. Piloſi illi dæmones Scripturæ non ſunt capillati vel comati, ſed toto corpore hirſuti. Nam quamvis שעיר capillum capitis interdum apud Hebræos denotet, ſæpius tamen pro pilo ſumitur, qui in aliis partibus corporis fruticat, & horreſcit. Hinc & שעיר pro hirco. Et illi שעירים, qui pro dæmonibus accipiuntur, in Sacra Scriptura, ex interpretatione Hebræorum & Chaldæorum, ita appellati ſunt, quod in forma hircorum in locis deſertis apparerent, quales Satyros & Faunos finxit fabuloſa antiquitas. Et nomen Græcum σάτυρος, videtur factum ex illo Hebraico שעיר. Hodieque ſagæ & ſtriges in Sabbaticis ſuis choreis dæmonem quaſi meſochorum in medio ſedere affirmant, hirci nigri ſpecie, cui finito ludo omnes in ſignum adorationis culum oſculantur. Si novaculam tui Pſili non habent acutiorem, nunquam nobis capillum ea ſecabunt. Sed quid dicent de Naziræis, quibus Deus in Sacra Scriptura

Digitized by Google

præcipit comam nutrire, toto voti ſui tempore? Sic enim vocabantur, qui ſe Deo conſecrabant ex voto, & crinem alere tenebantur, uſque ad finem temporis ei conſecrationi præſtitutum. CUR. Facile hoc telum à Mallotis intortum, ſe vitare ac declinare poſſe confidunt, dicendo, quod ita Deus Naziræis capillum promittere & crinem paſcere imperavit, ut Abrahamo natum occidere. CÆ. Ergo æque magnum crimen ducunt, natum occidere & capillum nutrire? CUR. Ita videtur. Non autem ex eo conſequi dicunt, apud Judæos honeſtum fuiſſe cæſariem, habere, quod Deus Naziræis eam præſcripſerit, durante conſecrationis voto. Similiter quippe argui deberet, patrem ſine ſcelere natos ſuos necare poſſe, cum Deus Abrahamo de filio mactando præceptum dederit. CÆ. Quaſi vero utrunque ſimile ſit, cum nihil ſit diſſimilius. Non eſt idem, natum occidere, id eſt, parricidam eſſe, & comam alere, id eſt, cæſariatum eſſe. Omnes qui ſe Deo conſecrarent, ac devoverent, Deus voluit capillatos eſſe, nec capillum deponere antequam finitum foret voti tempus. *Creſcente*, inquit *cæſarie*, *creſcet ſanctitas veſtra*. Ergo ſignum ſancti-

ſanctitatis in Naziræis eſſe ſanxit Dominus capillum promittere. Cum Abrahamo imperavit filium immolare, non ſimul addidit, hoc pium eſſe & ſanctum, quod facere juberetur. Ad tentandam Abrahami fidem & obedientiam, id à Deo illi mandatum eſt, quod exequi non debuit. Nam ipſe qui mandavit; cognita obedientia ejus quam experiri voluit, juſſum revocavit, & manus cruentas à filio juſſit abſtinere. In præcepto quod datum eſt Naziræis, de coma alenda, nihil tale. Quaſi res ſancta & voto ſanctitatis conveniens eis præſcripta eſt cæſaries. Quia autem impium erat patrari à patre tale factum, ideo Deus juſſionem, qua id fieri mandaverat, revocavit. Nec etiam ejus exitum alium decreverat, quam qui eſt ſequutus. Noluit enim fieri quod fieri juſſerat tentamenti tantum gratia, non ut ad effectum perduceretur. Uni præterea hoc mandatum, omnibus vero qui ſe Deo conſecrare vellent, illud præſcriptum ut comam alerent. Nec præceptum illud unquam revocatum eſt; ſed religioſe ſemper obſervatum ab iis omnibus quibus datum fuit cunque. CUR. Jam plane mihi perſuades hæc eſſe veriſſima quæ dicis,

Digitized by Google

& me his prorſus aſſentientem tenes. CÆ. Quid autem reſpondent Mallotis Pſili Naziræis qui ab utero matris Deo conſecrati erant, quales fuere omnes primogeniti? Nunquam hi capillum tondebant, ſed intonſam comam toto vitæ tempore ſervabant. Si vitio non caret capillus prolixus, tota vita prolixum habuere vitium nunquam reſecandum. CUR. Quid ad hæc dicere ſoliti ſunt audivi. Nec omnia exquirere otium aut animus fuit. Paucis illis quæ retuli penitus imbutus, quaſi ſufficerent, de aliis non admodum ſollicitus fui, quia ſuperflua judicavi. CÆ. Non meminiſti ergo alia ab his ex veteris fœderis ſacra pagina afferri ſolita quibus probarent ſceleratos eſſe comatos, ſe autem ſanctos qui comam non haberent, contrario Naziræis voto, & inſtituto. Illi enim ſancti habebantur quamdiu crinem paſcebant, iſti ſe haberi tales volunt, quod raſi manent. CUR. Non memini alia ab his produci ex veteri teſtamento contra capillatos teſtimonia. CÆ. Quid de novo? An ex ejus auctoritate ſacram ac ſanctam capitis raſuram, comam vero ſacrilegam, & impuram adſtruunt? CUR. Immo ſi ſcias quantopere in eo ſe jactent? Vix certe ferendi ſunt. To-

tum

Digitized by Google

tum quod volunt, confici uno Apoſtoli teſtimonio adfirmant, eoque omnes comatos jugulari abſq; ulla ſpe reſurgendi plane aſſerunt. Et ipſe quoq; quamdiu apud illos fui, paria cum illis ſenſi. Ne nunc quidem poſſum me expedire ex laqueis adeo adſtringentis ac prementis auctoritatis. Quoties meum caput tango, Apoſtolicum me eſſe ab iſta parte glorior. Sine vitiis partem mei nobiliſſimam eſſe gaudeo, quoniam ſine pilis eſt. CAES. Quid tu hominis es? Ut gravius nihil dicam, videris nimium credulus hominibus parum dicti Apoſtolici intelligentibus. Supra totus jam videbaris immutatus, & in propoſito ſtabas capilli iterum promittendi, nunc tantillo momento ad alia diſcedis. Hæccine hominis ſunt? Sunt ſane, ſed plane ψιλȣ̃, τὴν κεφαλὴν, τ νȣ̃ν. Mens tibi ratione glabrior videtur quam caput pilo. CUR. Non venerat tum in mentem illius Apoſtolici præcepti quo adeo exſerte coma viris interdicitur, quia mulieribus ſolum conveniat, eaſque deceat ſolas, non item viros. CAES. Locum illum Apoſtoli recita Deinde interpretationis tuorum Pſilorum referes. Poſtremo loco tibi aperiam quæ vera ſit verbo-

Digitized by Google

rum Pauli expoſitio, quam non ſunt aſſequuti tui Pſili. Cur. Ita Paulus loquitur in I. ad Corinthios cap. II. v. XIV. & XV. *Nonne ipſa natura docet vos quod vir quidem, ſi comam nutriat ignominia eſt illi? mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi?* Caes. Hæc ex verſione vulgari prompta ſunt. Cur Græca ipſa non recitas? Cur. Sic ſe habent: ἢ οὐκ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; Caes. Græca hæc cum interrogatione leguntur, nec minus Latina. Debent enim omnino cum interrogatione legi. Nec obſtat quod particulam ἢ non videatur repeπiſſe in Græcis Latinus interpres vetus. Antiquiſſima quippe exemplaria Græca, non habent eam particulam, & nihilo ſecius interrogatio ipſis addenda eſt. Sic enim ſcribunt vetuſti codices, οὐδὲ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει, Non enim conſtat ſenſus Apoſtoli niſi interrogative verba ejus accipiantur. Cur. Hæc adeo clara ſunt, ut dubitationem non relinquant. Sed omnis difficultas in duabus voculis ſita eſt, in voce φύσις, & in verbo κομᾷν, quomodo ea intelligi oporteat. Caes. De nomine φύσις, primum videamus deinde de ver-

bo

bo κομᾶν, videbimus. Quomodo Pſilorum doctores eam putabant intelligendam? CUR. Diſſidebant inter ſe de vera ejus expoſitione, & alii aliter ſumendam cenſebant. CAES. An potes meminiſſe quot quibuſve modis eam explicabant? Pro certo enim compertum habeo nullam earum interpretationum, quas aſſerunt videri poſſe veram. Incipe igitur ex ordine eas enumerare, ut memoria fidelior has tibi ſuggerere poterit, nos eodem ordine conabimur illas refutare. CUR. Quidam per φύσιν intelligunt, *illum à Deo ſtatutum ordinem, quo mulieri comæ denſæ & prolixæ ſuppeditantur, viro non item.* CAES Nego ita poſſe accipi. Falſum quippe eſt, immo falſiſſimum, naturam denſas & prolixas comas fœminæ ſuppeditare, non viro. Quis enim naturæ humanæ adeo imperitus eſt, ut ignoret æque, nativam eſſe virorum comam ac mulierum? CUR. Nec verum igitur erit quod ex falſa propoſitione adſtruunt præcipui Pſilorum doctores, *Naturam præter differentias alias etiam hac ſexum utrumque diſtinxiſſe, quod mulieres coma denſiore & promiſſiore quaſi velamine decoravit, ejuſque rei cauſam in ipſa mulieris κρᾶσει, ſive humiditate occultavit.* CAE.

Hoc etiam falſum. CUR. Alius etiam ex Pſilorum magiſtris notavit ad illum ipſum locum Apoſtoli, *Naturam viro breviores capillos, etiam ſi quis ſinat excreſcere, mulieri proloxiores & capiti obvelando idoneos tribuiſſe.* CAE. Vide abſurditatem ſimul, & falſitatem hujus ſententiæ, quæ tametſi vera concederetur, contra capilli virilis tonſuram magis faceret quam alia quælibet interpretatio. Pone naturam breviorem dediſſe viro comam, longiorem mulieri, nonne ſic ſatis prolixa data eſt viro ut operire ipſius caput poſſit, & pro velamine ipſi eſſe? Dicamus vel dimidio breviorem tributum à natura viris capillum, fœminis altero tanto prolixiorem. Ad talos intonſa muliebris coma defluat, virilis uſque ad lumbos tantum deſcendat, immo vel paulo infra humeros, an non hæc prolixitas comæ in viro idonea videri debet capiti ejus obvelando? Aut ſolvuntur crines, aut religantur. Si ſoluti relinquantur & vel infra aures deſcendant, æq; bene caput tegere poſſunt quam ſi ad talos demittantur. Quid enim illa ſuperflua longitudo præſtabit aut conferet ad velamen capitis? Abſurdum ita-que prorſus eſt, dicere, Ideo pro velamento mulieri crines datos eſſe, quia longio-

giores ei à natnra dati ſint quam viro, cum vel tales quales à natura viro attributi ſatis idonei ſint capiti ejus contegendo, ſive ſolvi, ſive religari eos placeat. Viriles enim capilli intonſi relicti, & more fœmineo in vertice per multiplices ſertas conſtricti velamen capiti ejus haud minus præbere valent quam fœminei capiti muliebri, quamvis longiores virilibus. Præterea quid inde concludent qui ex eo Apoſtoli loco virum detondendum eſſe ac deradendum affirmant? Nihil minus quam quod volunt ex ea interpretatione vocis φύσις, verbis Pauli adſtrui poteſt. Natura dedit breviores capillos viris quam fœminis, ergo viri debent ſuos deradere? Immo hoc inde colligeretur utrique ſexui convenientem naturæ ſuæ habitum eſſe adſumendum. Ut vir breviores capillos, & quales à natura ipſi tributis ſunt gerat, fœmina vero longiores ſicut eos habet naturaliter. CUR. Ergo ineptum etiam quod alius vir ſummus de Pſilorum genere ſcripſit, *quia natura comam brevem viro, fœminæ longiorem indidit, ex eo fieri ut cui brevis eſt, non habere naturale tegmen: cui longa, habere dicatur.* CAE. Certe ineptiſſimum. Dicerent mihi vellem quanto

to breviorem viris quam fœminis natura capillum indiderit? Et an brevitas naturalis comæ virilis tanta ſit, ut caput ejus velare non poſſit? Quid ad hæc reſpondes pro tuis Pſilis? An adhuc reſtitas, & vera eos dicere contendis? CUR. Cogis me ut tibi aſſentiar. Evidentia hujus quippe veritatis tanta eſt, ut nemini ſit infitianda, qui uſum rationis habeat, & communi ſenſu valeat. CAES. Nunc doceamus falſum eſſe illud axioma quo aſſeritur fœminis naturam longiores indulſiſſe capillos quam viris. Experientia quotidiana contrarium plane oſtendit. Nam quibus in locis viri capillos ſinunt creſcere, ut in multis novi orbis provinciis & inſulis, uſque ad talos coma illis defluit, nec poteſt inferius deſcendere etiam fœminis. Sic barba intacta ferro in quibuſdam virorum uſque ad umbilicum cadit. Comæ virilis longe majus velociuſque incrementum eſt, quam barbæ. Ea ergo vel infra lumbos ſi vel minima ejus menſura detur, in quolibet viro deſcendet, modo naturalem ei libertatem creſcendi permittat. Immo æque longa exiſtet quam fœminis. Amplius adhuc addam, vel etiam longior. Nec ulla ratio naturalis

lis contra ſtat. Quinimmo naturalis eorum temperamenti ratio ita poſtulat. Dicunt cauſam in fœminis longioris capilli κρᾶσιν earum humidiorem dari. Si hoc verum eſſet, æque de pilorum generatione in toto corpore creſcentium eadem cauſa deberet ſtatui. Ex quo colligeretur viros humidioris eſſe temperamenti quam fœminas. Viri quippe toto corpore piloſi reperiuntur, non item fœminæ. Multi pilis obſitum pectus habent, crura, brachia, femora hiſpida, non fœminæ. Viri omnes denique barbam habent non fœminæ. Si humidior κρᾶσις cauſa eſt capilli denſioris & longioris, etiam ex eadem cauſa generatio, ut dixi, pilorum toto corpore ſurgentium, debet dari. Atqui conſtat viros fœminis eſſe ſicciores, eoſdemque piloſiores. Ergo pili non proveniunt ex humidiore temperamento, ſed ex calidiore. Si viri multis in locis pilos habent, quibus fœminæ carent, ex eo concludo: in quibus locis pilos habet promiſcue communes uterque ſexus, in viris longiores ac denſiores exiſtere quam in fœminis. Pilis hiſpidum mentum, pectus, crura, bracchia viri habent, non fœminæ. Caput capillis tectum æq habent viri quam

fœ-

fœminæ. Veriſimile ergo eſt denſiores in viris eos eſſe ac prolixiores quam in fœminis, quandoquidem pluribus in locis fruticant in corpore virili, ubi nullum prorſus habent pilum fœminæ. Ita ſupercilia grandiora & ſpiſſiora viris quam fœminis, palpebrarum pili ſimiliter illis longiores quam his. Axillares quoque pili viris denſiores quam mulieribus. De cæteris taceo. Reperti etiam olim viri ſunt nonnulli qui cor ipſum pilis hirſutum habuerunt. Quod ſignum eximiæ fortitudinis in quibus cor ita piloſum inventum eſt, veteres ſcripſere. An illos viros dicemus humidiores fuiſſe fœminis, cum certum ſit, nullam unquam fœminam cum corde hirſuto repertam fuiſſe? Ex humidiore κεράσει, ut corpus mollius evadit, ita etiam animus. Exemplum hirſuti cordis ex hiſtoria præbet Græca Ariſtomenes Meſſenius, fortitudinis inauditæ vir. De latrone quodam audaciæ inuſitatæ idem legi, ſed nomen nunc non ſuccurrit. Gentem totam in India eſſe cui λάσιον κῆρ ex poëta antiquo quem teſtem citat Stephanus, diſcimus. Κάσπειρας niſi fallor, appellat. Nam liber ad manus non eſt. Haud alios fortioris induſtriæ reper-

repertos quam quibus ita cor hirſutum fuit, Plinius tradit. Etiam pilos denſos in pectore fortitudinis indicium eſſe Phyſiognomonici docent. Στέρνα δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τετειχωμένα θριξὶ δασείαις, θερμοβούλους καὶ εὐψύχους ἄνδρας δηλοῖ. Calidiores eſſe qui ſunt animoſiores palam eſt. Nam fœminæ ut frigidiores, ita timidiores. Ita & qui fœminis de temperamento ſimiliores exiſtunt, ii quoque minus piloſi, & minus capillati. Libidinoſi etiam calidioris temperamenti. Atqui hos etiam hiſpidiores reperiri, certum eſt. Tales Satyros faciunt veteres. Cor ut caloris & ſanguinis ſedes, ita etiam animi & fortitudinis. Si piloſum, majoris eſt ſignum, & fortioris animi, non ex humidiore, & frigidiore temperamento pili denſiores longioreſque proveniunt, ſed ex calidiore. Cujus rei argumentum ſumi & illud poteſt, quod gentes Septentrionales quibus capillus longior ac denſior, fortiores ſunt Meridionalibus quibus breves, & torti crines, ut ſunt Æthiopes, & Ægyptii quos timidos & anguſti animi fuiſſe teſtantur antiqui. Idque ita eſſe affirmat Ariſtoteles cum aliis Phyſiognomonicis. Calor ἔμφυτος

cum

cum humido attemperato pilorum generationi maxime conducit. Major illius caloris copia pilos longiores & denſiores generat. Ita ergo in quibus abundat, iidem etiam magis hirſuti magiſque comoſi. Hinc fœminæ quibus hujus caloris non tanta vis quam in viris, eo etiam pilorum minus habent, & capillos minus longos ac denſos quam viri. Humidum adeſſe oportet illi calori ἐμφύτῳ attemperatum ad pilos gignendos. Duplex illud humidum eſt, internum & externum: naturale & adventitium. Naturale ab ἰδιοσυγκρασία: externum ab aëre qui nos ambit. Hinc in humidioribus locis & frigidioribus, homines capillatiores quam in ſiccis, & calidis. Nam calor ſolis nimis intenſus exurit & exſugit humorem qui ſub cute eſt, & qui ortum atque alimentum pilis præbet, ut in Æthiopia. Ideo capilli ipſis non tam prolixi increſcunt quam his qui ſub ſeptentrione habitant. Ab eadem cauſa arbores in Æthiopia retorridæ naſcuntur, & pumilæ, in Germania proceræ & craſſæ, atque enodes. Sol enim acrior humorem ex ſummitate terræ exſiccat, & prohibet grandeſcere arbuſta, ut & capillos idem propter

exu-

Digitized by Google

exuſtam ſummam corporis cutem. Ab illo humido externo etiam mortuis capilli creſcunt cum cadavera ſub terra reconduntur, aut in ſubterraneis locis reponuntur. Non idem contingeret, ſi in loco ſicco calido, & perflato exponerentur. Ex his liquet falſiſſimum eſſe quod ponunt pro vero, & confeſſo: Mulieres comam denſiorem & promiſſiorem à natura habere quam viros. Cum enim humidiores ſint & frigidiores viris, ideo non ſolum minus capillatæ, ſed etiam minus piloſæ. Quod & in eunuchis videre eſt, qui ſimiles humiditate & frigiditate facti fœminis, etiam ut illæ barbam non generant, nec etiam pilis obſiti ſunt in aliis partibus corporis ut viri, ſed leves prorſus, ut fœminæ. Sic capillatiores natura, & piloſiores viri fœminis. Tametſi id verum non eſſet, non minus tamen falſa videretur interpretatio Pſilorum Paulini loci, cum ſatis longos natura dederit viris capillos ad velamen capitis, licet concederetur breviores iis quam fœminis fuiſſe attributos. Quid nunc tibi videtur? An habes quod contra dicas? CUR. Nihil omnino. Hæc enim ita video à te eſſe demonſtrata, ut hiſcere cuiquam contra

non liceat. CAE. De hac prima Pſilorum explicatione jam proviſum eſt malam eſſe & nullo modo ferendam. Cedo aliam. CUR. Sunt qui dicant φύσιν in verbis Pauli ſignificare *naturalem inclinationem qua ineſt mulieribus ad nutriendam comam quæ naturale eſt velamen mulieribus, non autem viris.* Naturalem autem illam inclinationem eſſe accipiendam videri, *quandam propenſionem ad alendos capillos.* Verum hæc interpretatio vocis φύσεως in illo Pauli loco non habet auctores ullos ex Pſilorum natione. Alterius gentis doctores quidam ita cenſent. CÆ. Unde unde ſit hæc expoſitio, non minus falſa putari debet quam ſuperior. Inclinatio cujuſquam naturalis non eſt regula recti ac decori. Homo certe ad vitium potius quam ad virtutem, ex vi naturæ ſuæ inclinat. Ex quo conſequeretur, ab hac inclinatione naturali vitium magis ſectandum eſſe quam virtutem. Ad libidinem omnes natura procliviores ſumus quam ad laborem. Ergo fugiendus labor, voluptas ſequenda. Mulieres ab infirmitate ſua naturali magis leves & inconſtantes quam viri. Ergo laudanda in his hæc levitas & inconſtantia. Præterea falſum eſt, mulieres

na-

naturalem inclinationem majorem habere ad comam alendam quam viros. Si enumerentur gentes univerſæ orbis habitabilis, nulla ferme reperietur in quadrinis mundi partibus in qua viri aut nunc aut olim comam non alant aut aluerint. Si quæ fuerunt apud quas generaliter, viri non nutrierint comam, plurimi tamen erant qui vivendi inſtituto & profeſſione aut ætate capillum promitterent. Hoc jam ab aliis demonſtratum. Poſtremo ille mos nutriendæ comæ apud pleraſque gentes tam in viris quam in fœminis non tam ex naturali propenſione oritur, quam ex vitæ inſtituto. Qui comam nutriunt, ad hoc eam alunt ut etiam ornare & colere queant. Quæ in otio vixere gentes, contentæ iis quæ terra ſponte ferebat, capilli curam præcipue gerebant, & cum nihil aliud haberent, quod agerent, in alendo & colendo capillo occupabantur. Inde & fœminis hæc cura relicta apud plurimas politiores gentes, quia negotia viris deſtinata. Hinc ex juvenibus ac viris qui maxime otioſi ſunt, & inertes, in corpore curando & ornando, & capillo colendo tempus omne ſuum ponunt. Exercitatis & occupatis non ea cogitatio. Denique ut abſol-

Digitized by Google

vam, quod viri minorem inclinationem habeant naturalem ad alendos capillos, minime ex eo conſequitur id quod voluit Paulus, τὸ κομᾷν viris inhoneſtum eſſe, mulieribus decorum. Non enim, ut dixi, æſtimatur aliquid turpe aut honeſtum alicui eſſe ex eo quod ad illud inclinatione naturæ feratur aut non feratur. CUR. In his prorſum tibi aſſentior. Quis enim poſſet aut vellet diſſentire? CÆ. Si habes aliam quam à Pſilis tuis hauſeris expoſitionem, tempus eſt eam proponere. Illæ quas protuliſti, jam diffiatæ ſunt. CUR. Alii per naturam intelligunt rectæ rationis judicium ex inſtinctu naturæ fluens, & eſſe id quod vulgo *ſenſus communis* nomine appellatur. CÆ. Nec ſtare poteſt per ſenſum communem & per rectæ rationis judicium hæc interpretatio, quæ nullo modo convenit Pauli ſententiæ & rei ipſi quam eo loco docere voluit. Senſus communis, ut in omnibus hominibus eſt idem, cum ſit rectæ rationis judicium, cujus omnes capaces ſunt, ea tantum reſpicit quæ à jure naturali & communi omnium gentium deſcendunt. Atqui certum eſt, plures gentes olim fuiſſe quæ turpe non ducerent viris capillum alere. Ipſi Judæi in-

inter eos fuere, quibus mos uſque fuit ac fas, prolixum capillum habere. Quin immo & ſanctitatis ſtudium ex voto profeſſis, lex Dei apud eos promittendæ comæ neceſſitatem impoſuit. Quod & ætate Pauli obſervabatur ab illis Naziræis, qualis & Johannes Baptiſta fuit, & Jacobus frater Domini, & ipſe quoque Dominus Chriſtus. Non ergo veriſimile videtur, Paulum pronuntiaſſe, rectæ rationis judicium flagitare & docere quod prolixus capillus viris ignominiam ac opprobrium importaret, fœminis decus & gloriam. Quid cenſes? An aliud cenſendum opinaris? Cur. Nec poſſum quidem, cum hoc veriſſimum mihi videatur quod à te aſſeritur, & falſiſſima omnino ſit explicatio quam jam attuli. Cæ. Ad alias ergo, ſi aliæ ſunt, veniamus. Numquid habes aliam? Cur. Immo habeo. Quidam putant, Apoſtolum nomine φύσεως intellexiſſe conſuetudinem inveteratam, & omnium conſenſu tunc receptam, & quidem apud Græcos. Cæ. Non dubium eſt quin vox φύσις ita aliquando ſumpta ſit, & ſumi vero poſſit. Nec obſtat quod negant reperiri apud auctores in hac ſignificatione. Non omnes auctores qui Græce

Digitized by Google

ſcripſerunt, ad nos pervenere. Plures amiſimus reſtantibus. Res priores ſunt quam verba. Nam verba ad eas exprimendas inventa ſunt. Veriſſimum porro illud eſt quod vulgo dicitur *conſuetudinem alteram eſſe naturam.* Actu & uſu in omnibus ferme rebus confirmatur. Cum igitur optimi ſcriptores verbum *πέφυκε* pro *ſolet* uſurparint, quis negare poſſit & *φύσιν* verbale nomen quod inde factum eſt pro conſuetudine poni poſſe. In uſu apud plebem & idiotas præcipue videtur hoc ſenſu poſita. Tales apud Paulum & cæteros Apoſtolos uſitatæ reperiuntur, quas alibi in auctorum claſſicorum ſcriptis fruſtra quæras. Ita *naturale* vulgo in idiotiſmo noſtro uſurpamus, cum dicimus, hoc naturale nobis eſſe, quod nobis eſt conſuetum. Fruſtra etiam objiciunt, apud Græcos *φιλεῖ*, apud Latinos *amat*, aliquando idem ſignificare quod *ſolet*, *conſuevit*, neque tamen propterea *φιλίαν*, aut *amorem*, conſuetudinem notare. Figurate *φιλεῖ* ponitur pro *ſolet* & *conſuevit*, quia quæ amamus eadem ſæpe recolimus & frequentamus, & factitamus. Inde *φιλεῖ γίγνεσθαι*, pro *εἴωθε*. Sed uſus non admiſit, ut *φιλία* pro conſuetudine ſumeretur.

Quam

Quam multa talia in communi loquendi uſu deprehenduntur, ubi verbum uſitatum eſt, verbale non item, & contra. Quid etiam ſcimus, an aliqui olim ita φιλίαν uſurparint, & præſertim ex plebe? An magis mirum eſt, φιλίαν pro conſuetudine uſurpari, quam *uſum* & *conſuetudinem* pro amicitia & familiaritate, ut paſſim apud auctores Latinos poni conſuevit? Cæterum fruſtra de his diſputatur, cum certum ſit, apud Paulum φύσιν non poſſe accipi pro conſuetudine. Ad quam enim conſuetudinem provocaret Corinthios, ut illis perſuaderet, ignominiam viris eſſe comam habere, fœminis autem gloriam? De propria Corinthiorum vix poteſt accipi. De aliena multo minus. Fruſtra aliena ipſis allegata eſſet. De propria fruſtra eſſent admoniti. De omnium hominum conſuetudine id accipi oporteret, quæ & Corinthiis etiam in uſu. Ideo φύσιν appellat, quia omnes homines natura id docuit. Quid docuit? Nempe honeſtum eſſe mulieribus τὸ κομᾷν, id eſt, crinibus comptum & opertum caput habere, viris autem indecorum. Si de coma ſimpliciter demiſſa id accipiatur, falſum eſt. Plures enim tunc in orbe comati viri quam non

Digitized by Google

mati. Conſuetudo autem non dicitur niſi de locali. Unde proverbium, Νόμος καὶ χώρα. Falſa eſt ergo interpretatio quæ φύσιν ibi ſumit pro conſuetudine. Cur. Et hic non invitus tuo judicio accedo. Cæ. Perge porro & alias promere. Fortaſſean aliquam in earum numero reperiemms quæ probari ac recipi poſſit. Cur. Cum apud Pſilos eſſem, non memini præter has, quas jam tibi ſuggeſſi, alias à doctoribus eorum qua theſibus qua lectionibus proponi & ventilari ſolitas. Cae. Nemo ergo ibi veram Apoſtoli mentem aſſequutus eſt, ſiquidem vera prædicas. Cur. Non alias inquam ibi afferri audivi præter illas quas jam à me audiviſti. Sed cum in falſis refutandis explicationibus tam belle tibi ſucceſſerit, in eruenda vera ac adſtruenda an æque felix ſis futurus, vellem re ipſa experiri. Cae. Priuſquam ad meam quoque ſententiam aperiendam accedam, illud à te ſcire expeto, quod etiam ſcitu opus eſſe dixi, quomodo verbum κομᾶν Pſili tui in verbis Apoſtoli ſoliti ſint interpretari. Neceſſe quippe eſt hoc etiam diſcamus. Cur. Non aliter accipiunt, quam quomodo vulgo apud Græcos accipi ſolet, pro *capil-*

lum

lum habere prolixum, aut ut vertit Latinus vetus interpres, *comam habere*. CAE. Si ſic accipiamus, non procedit id quod voluit Paulus, comam datam eſſe mulieri pro velamento, non item viro. Nam falſum id re ipſa comprobabitur, ſi κομᾶν vel κόμην de coma ſimpliciter promiſſa intelligamus. Quamlibet longa & intonſa coma ſervetur, non poteſt magis velamenti vicem & uſum capiti præbere quam tonſa, ſi vel quattuor digitos tranſverſos alta relinquatur. Immo vel magis obtegendo capiti idonea eſt ad eum modum coma reciſa, quam vel intonſa longiſſima. In ea tonſura capilli undiquaque æqualiter reſecti totum caput operiunt velamine quaſi quattuor digitos ſpiſſo. Coma intonſa deflua caput intectum nudumque multis in locis dimittit, qua utrimque capillus demiſſus dividitur, & præcipue in vertice. In aliis locis non ſpiſſiore velat operimento quam quale eſt ex coma tonſa, univerſum caput æquali tegmine circumcingente. Quod enim comæ infra aures vel uſque ad talos defluit, nihil capiti tegendo confert. Hoc igitur ſenſu æque tonſa coma atque intonſa, ſi ſoluta maneat, capiti velamentum præſtat. Sic non de ſimplici coma

Digitized by Google

ſoluta, quamvis intonſa habeatur, hoc verbum κομᾷν intelligi debet. Κόμη Græcis aliud eſt quam θρὶξ vel τρίχωμα, id eſt, capillus vel capillitium. Non comam proprie ſimpliciter demiſſam vel ſolutam intonſamque ſignificat, ſed curatam, cultam, comptam & ornatam. Nam à verbo κομεῖν deſcendit, quod eſt *curare*. Hinc ἱπποκόμος qui equos curat, equiſo. Τραπεζοκόμος, *ſtructor*, qui menſam dapibus inſtruit & adornat. Omnis autem comæ ornatus in variis eam colligendi, ſubſtringendi & religandi vel implectendi modis conſiſtebat. Nemo vir aut mulier comam intonſam geſtabat quin aliquo modo nodove collectam & comtam eam in capite retineret & coërceret. Nam & juvenes κομῆται, id eſt, intonſi, ſic eam comebant. Virgilius de Apolline, cui comam intonſam tribuunt pœtæ:

——— *& crines implicat auro.*

Tibullus de eodem Apolline, cum vaccas Admeti paſceret:

Quiſquis inornatumque caput crineſque ſolutos.

Ad-

Adſpiceret, Phœbi quæreret ille comam.

Ergò non ſolutos eos geſtabat, cum pro Deo ſe gerebat, ſed ornatos & comptos. Crines inornatos & ſolutos opponit comæ proprie dictæ. CUR. Bella hæc mihi obſervatio videtur, ſed vide ne opponant Pſiliſtæ contrariam apud auctores hujus vocis χέῆσιν. Nam apud Græcos ſcriptores ſæpe verbum κομᾷν poſitum invenitur de reis vel lugentibus capillum promittentibus. Talis coma, ſicut eam qui in luctu ſunt, aut reatu, promittunt, non admodum curata videri poteſt aut compta, cum incurata, inornata, inculta & ſqualida potius eſſet. CAE. Recte admones hoc opponi poſſe à Pſiliſtis. Et verum eſt ſic hanc vocem generaliter interdum, ſed abuſive, apud auctores reperiri. Hoc tamen non impedit, quin in propria & germana notione κόμη ſignificet crines comptos & ornatos, ſicut eos habere ſolent mulieres. Hinc Græci κόμην ἀπὸ τῦ τριχώματος diſtinguunt, comam à capillitio, quia τρίχωμα coma eſt inornata & ἀτημέλητος, ſine cura relicta ac neglecta vel demiſſa, κόμη autem ea

quæ

quæ cum cura & arte culta eſt & compoſita. Latini auctores hanc differentiam *comæ* & *capilli*, κόμης καὶ τριχώματος, diligentius ſervant quam Græci. Non enim de reis aut lugentibus dicunt *comam promittere*, vel *ſummittere*, ſed capillum. Et Grammatici eorum in proprietatibus ac differentiis ſermonis ſignandis notant *comam* eſſe mulierum, capillum & cæſariem virorum. CUR. Sed negabant Pſili in ſuis Theſibus, κομᾶν eo ſignificatu ſumi apud Græcos, cum communiter ſignificet idem quod comam nutrire, ſive nunquam tondeatur, ſive aliquando aliqua tonſura admittatur. CAE. Significat ſane ea vox κόμη generatim omnem capillum prolixiorem. Sed tanto magis de intonſa proprie capitur, quum ea longiſſima ſit quæ intonſa ſervatur. Hinc & κόμαι arborum, fruticum & herbarum dicuntur, quæ nunquam tondentur, ſed naturali pulcritudine aſſurgunt & luxuriant. Inde & verbum κομᾶν pro ſuperbire, gloriari, luxuriare. Ita mulierum κόμη ſic proprie vocatur quæ nunquam tondetur. CUR. Nihil verius. Et Pſilos in Græcis parum ſapere ſemper ſuſpicatus ſum. Addebant & illi, non ſe putare quod κομᾶν unquam ſigni-

ſignificaverit comam ornare & curare. CAE. Ex eadem imperitia linguæ Græcæ & iſtud manat. Nam Artemidorus diſerte diſtinguit κόμην & τρίχωμα, quod κόμη pro cultis & τημελητοῖς crinibus ſumatur, τρίχωμα pro incurato & inculto. Inde & verbum κομᾷν pro gloriari & ſuperbire, quæ ſuperbia & jactantia non naſcitur ex impexo & inornato capillitio, ſed ex nitido, compoſito & ornato. Hinc פאר in ſcriptura Sacra, quod decorem, ornatum, gloriam, pulcritudinem notat, & vertitur ab interpretibus Græcis δόξα, καλλονὴ, μεγάλωμα, μεγαλωπρέπεια, etiam ab iiſdem in Ezechiele redditur Græce κόμη & τρίχωμα ἐμπεπλεγμένον, id eſt, ornatus & implexus capillus. Apud Jobum κόμην ἔσπέρυ interpretantur Græci τὴν ὑπερβολὴν τῆς λάμψεως, καὶ τὴν εὐπρέπειαν. CUR. Ut ſcias autem quam imperiti illi ſint in Græca litteratura, in iiſdem Theſibus ſcriptum me legere memini, κομμοῦν, ubi active ſumitur, comam ornandi ſignificationem habere. Nam didici ex meis magiſtris, κομμοῦν Græce dici, non κομοῦν. Unde κωμμωτὴς, ornator,

&

& κομμώτρια, ornatrix. Ibidem etiam legebatur, κομοῦν, cum neutraliter ſumitur, idem quod κομᾶν ſignificare. Quod ego certe nunquam legi: nec verum eſt. CAE. Immo κομμοῦσθαι ornari eſt. Si idem quod κομᾶν denotat, ergo in verbo κομᾶν ineſt ornatus ſignificatio. CUR. In illis ipſis Theſibus negabant κόμην à verbo κομεῖν quod eſt curare, denduci, nec Heſychium in voce κόμη quidquam tale habere. CAE. Videntur boni viri illi Pſili ſive Philiſtæ non totum Heſychium legiſſe, vel admodum negligenti manu verſaſſe. Nam apud eum reperiſſent, κόμας exponi θεραπείας, & κομεῖν ἐπιμελεῖσθαι, θεραπεύειν, ὅθεν καὶ κόμη, καὶ ἱπποκόμος. Et ſane Atticum nomen κόμη pro κόμησις, ut αὔξη pro αὔξησις, & alia ſexcenta. Inde etiam κομήτην appellant non tam eum qui longos habet capillos, aut qui ſimpliciter comatus eſt, quam cui decora, ornata & compta eſt coma. Atque ita κομήτην interpretatur Heſychius, non πολύτριχα, ſed εὔτριχα & καλὰς ἐθείρας ἔχοντα. Quinimo proverbialis ille ſenarius, quo fertur, Οὐδεὶς

κο-

κομήτης ὅςις ἐ ψηνίζεται, nemo eſt comatus quin pati cupiat virum, non de ſimplicibus ac demiſſis capillis comato intelligendum eſt, ſed de muliebriter compto. Nam qui ſic fœmineo more ornati incedebant, muliebris etiam eſſe patientiæ putabantur. CUR. Sed poſſeſne præter lexicographos, alium auctorem Græcum proferre, qui *κόμην* proprie de compta coma uſurpari teſtatur. Noſtri enim Pſili toti è lexicis & vocabulariis pendent, præcipue cum res Græca agitur. CAE. Facile iſtud fieri poteſt. En tibi Arthemidori verba ex lib. I. cap. XX. quibus diſerte *ἀτημελήτες* capillos id eſt, inornatos & incompoſitos, ab ea quæ *κόμη* proprie dicitur, diſtinguit. *Αἱ μεγάλαι μὲν*, inquit, *ἀτημέλητοι δὲ τρίχες· ὡς μὴ δοκεῖν κόμην εἶναι ἀλλὰ τρίχωμα πᾶσιν ἀνθρώποις πένθη τε, καὶ λύπας δηλοῦσι. κομεῖν γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαί ἐστιν, ἡ δὲ ἀτημέλητος ἐν ταῖς συμφοραῖς αὔξεται θρίξ. Prolixi quidem ſed inordinati capilli, ita ut videantur capillitio ſimiliores quam Coma, omni hominum generi luctus, & dolores denuntiant. Nam verbum κομεῖν idem ſignificat quod curare. Incultus autem capillus in calamitatibus*

bus & luctu promittitur. CUR. Egregius hic locus, & qui rem totam decidit, de qua non eſt amplius dubitandum. CAES. Ut autem κόμη à verbo κομεῖν deducitur quod eſt curare & colere, ita à nomine κόμη verbum aliud κομίζω deducitur, quod etiam ponitur abſolute pro comam comere, & implexibus variis ornare. Quod Græci ἐμπλέκειν dicunt. Idem Heſychius, κομίσαι ἐπιμελείας ἀξιῶσαι. Κομιςαὶς, ἐπιμεληταὶς. Ibidem κομίςρια, non ſolum curatricem, ἐπιμελήτρια, exponit, ſed etiam ἐμπλέκτρια. Quo nomine eas appellarunt Græci quæ mulierum crinibus comendis, & ornandis operam dabant. CUR. Sed cur, cum κόμη proprie ſignificet comam muliebrem, id eſt, comptos & ornatos crines, apud auctores etiam communiter de prolixo ſimpliciter capillo paſſim uſurpatur? CÆS. An hoc prohibet vocis proprietatem manere quia aliquando improprie ſumitur de quolibet prolixo capillo? Nonne hoc in aliis infinitis vocibus tralaticium eſt? Πυξὶς dicitur proprie quæ ex buxo fit, qui Græce πύξος. Atqui paſſim apud auctores Græcos Latinoſque pyxi-

pyxidis aureæ, argenteæ & ex quacunque alia materia factæ mentio reperitur. *Tabulæ teſtamenti*, non eæ tantum appellantur apud Juriſconſultos, quæ in tabulis ceratis ſcriptæ ſunt, ſed ἐξ οἵας δημοπύλης compoſitæ vocantur, ex charta & membranis. *Charta* eſt quæ fit ex papyro Ægyptiaco, quod junci genus eſt. *Charta* tamen *plumbea* mentio fit apud Suetonium. Hodie *papyrum* vocamus chartam ipſam quæ ex linteis concerptis conficitur, item bombycinam. Imperitum igitur eſſe oportet qui neget κόμην proprie dici de mulierum coma compta, quod aliquando & poni ſoleat pro virili etiam promiſſa, & incompta. Ubi enim de mulieribus ſermo eſt, κόμη tum poteſt aliud ſignificare, quam talem comam qualem habent mulieres. id eſt, comptam & ornatam. CUR. Vellem exemplo verbi alicujus alterius hoc idem mihi confirmari, ut id à te factum eſt in aliquot nominibus. Argumentum videretur validius ut ex ſimiliori. Nam τὸ κομᾶν de quo hic agitur, verbum eſt, non nomen. CÆ. Quaſi non idem valeat ex nomine ut ex verbo petitum argumentum. Etiam

de nomine *κόμη* quæſtio eſt, non de verbo tantnm *κομᾷν*. Sed quoniam ſcrupulus hic te tenet, jam tibi demendus eſt. Audias hanc vim venti, & tempeſtatem quæ nunc omnia quatit? Ea in memoriam revocat verbum *χειμάζεσθαι*, quod proprie ſignificat tempeſtate in mari conflictari. At communiter etiam accipitur de qualibet vexatione. Unde & *χειμάζεσθαι* dicuntur quos mala uxor vexat, ut eſt in proverbio Græco. Sed & *χειμαζόμενοι* abſolute vocantur in veteri Synodo Græca qui à dæmonibus, & ſpiritibus immundis vexantur & jactantur. Poſſem & talia ſexcenta producere. CUR. Fateor jam, non tantam eſſe peritiam in Græca litteratura meorum quondam Pſilorum, ut iſta ſcire poſſint, aut obſervare. Pertinaciæ etiam tantæ ſunt, ut ab aliis monſtrata nolint admittere. Vin aliud eorum inſcitiæ argumentum? Scribebant in iiſdem Theſibus, *κομεῖν* etiam ſignificare idem quod alere, & inde *κόμην* dictam à ſignificatione alendi. CÆ. Κομεῖν pro alere ibi reperient, ubi *κομοῦν* invenerunt pro ornare, & *κομοῦσθαι* pro *κομᾷν*. CUR. Vide etiam eorum ineptiam. Paulo ante

te magis probabant κόμην ἀπὸ τοῦ κόπτειν deduci; vel ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι. Quam hæc ſunt contraria alere comam, & tondere? CAE. Miſſas faciamus illorum hominum alogias qui videntur νοῦν magis habere κεκαρμένον, quam caput. Nunquam obſtabunt quin κόμη proprie intonſam ſignificet comam, & quidem cultam & comptam, quia intonſa coma vix poteſt cum decore ſtare niſi comatur, & nectatur. Alioquin miris modis ſic ſoluta, & ſparſa intricaretur, & turbaretur. Unde illud:

Comere te nolim, ſed nec turbare capillos.

Incompti quippe & intonſi commode ſervari non poſſunt, quin turbentur, & confundantur inexplicabiliter. Sive paulum attondeatur ſive ferro intacta maneat, ſi adeo ſit prolixa, ut ſuſtentari non poſſit ſine turbatione, & confuſione, & intricatione, tam in viris κομήταις, quam in mulieribus, vinculis aut vittis omnino retinenda eſt, & in capite coërcenda. CUR. Non video quid aliud de his vocibus κόμη, & κομᾶν ſtatui poſſit quam

Digitized by Google

quod à te modo explicatum eſt. Nihil prorſus verius. CAES. Cum κόμη ſit propria mulierum, numquam aliter habere comam ſolitæ ſunt mulieres Romanæ, & Græcæ, & Judææ, omneſque ferme Europææ, niſi in capite religatam & vinctam variis ἐμπλοκῶν generibus. Nunquam ſolutam & fluentem habebant niſi ſi forte in funere, in quibuſdam ſacris, & in lecto. CUR. Gaudeo hæc à te nunc me diſcere. Non enim antea audieram nec legeram à quoquam notata. CAES. Cum igitur hæc ſit proprietas vocum κόμη & κομᾷν quam diximus, quæ ab auctoribus interdum per κατάχρησιν de capillo prolixo virorum ac demiſſo poni ſolet, ex re tamen de qua agitur ac ſermo eſt, facile intelligitur, utrum proprie an abuſive ſumenda ſit. Cum de reo vel lugente dicitur κομᾷν, capillum promiſſum habere in viris denotat. Cum vero de muliebri capillo ſermo eſt, non ſolutos, fluentes, effuſos crines ſignificat ſed vere comam muliebrem, id eſt, crines comptos & ligatos. In Pauli verbis de muliere agitur cui δόξαν ait eſſe, ſi comam habeat, ἐὰν κομᾷ. An ſolutos hic crines intelligemus? Immo tales quales mulieri decori-

Digitized by Google

ri & ornamento eſſe videri queant. Atqui ſoluti & ſparſi crines eam non decent. Immo nec poterant tunc videri mulieribus decori & honeſti. Immo nihil turpius aut fœdius mulieri in publicum prodeunti, quam comam effuſam per colla & humeros habere, uſque ad lumbos aut talos defluam, bacchantium plane aut fanaticarum more. Non ergo κομᾷν apud Paulum aliter accipi poteſt, cum mulieri δόξαν coma dicitur afferre, quam de comptis, religatis, & ornatis crinibus. Ita etiam Ambroſius intellexit in Hexaemerum, cum *crinitam comam* decere mulieres ex hoc loco Apoſtoli tradit, viros autem non decere. Nam crinitam comam appellat in crines, id eſt, σειρὰς vel πλοκὰς multiplices digeſtam & compoſitam, ut ſolitæ tunc eam habere omnes Aſiæ Europæque, & omnes orbis Romani mulieres. Quid ad hæc reponere potes, aut quid opponere nomine Pſiliſtarum? CUR. Nihil ſane. Sed velim mihi explicari, cur dixerit Paulus, comam pro velamine datam eſſe mulieri. *Mulier autem ſi comam habeat, gloria eſt illi, quia coma pro velamine eſt data.* Ita habet vetuſtiſſima ver-

ſio Latina in antiquis codicibus. Græca ſimiliter in venerandæ vetuſtatis codice ita ſcripta habentur, ὅτι ἡ κομη περιβολαίου δέδεται, non, ut vulgo legitur, δέδοται αὐτῇ. Sed hæc varietas parvi cum momenti, cum ſenſus idem maneat ex utraque ſcriptura. Cum igitur dicat Apoſtolus, comam mulieri pro velamine datam eſſe, an non iſtis declarat, mulieres tonderi non debere, viros vero eſſe detondendos vel deradendos? Ut nimirum nudum pilis caput virile eſſe debet, muliebre vero capillatum ſive comatum, id eſt, opertum crinibus. CÆS. Non ea mens eſt Apoſtoli, & qui ex hac theca novaculam ſtrinxerunt ad deglabranda capita virorum, cum valde ea ſit hebes & obtuſa, deſinant ea uti velle quæ non poteſt ſecare. Non omnis coma pro velamento eſſe poneſt, ſed ea tantum quæ in crines convoluta multiplices, & implexa quaſi galericulo crinium impoſito caput tegere idonea eſt. Talis eſt coma mulierum, & proprie coma. Hæc pro velamento data eſt. Ideo abſolute dixit Paulus, ut habent ſcripta exemplaria vetera Græca ac Latina, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται, id eſt, Coma

quæ

quæ ſic proprie dicitur, more ac cultu muliebri curata & compoſita, ſola velaminis vicem habere poteſt, non ſoluta & demiſſa. Non enim, ut autea dicebam, hæc magis obvelare caput apta eſt quam tonſa ſi tantum tres digitos alta reſecetur. Crines intonſi quales ſunt muliebres, aut ſoluti ſunt, aut compti, id eſt, religati. Tibullus de amica:

Seu ſolvit crinis, fuſis decet eſſe capillis,
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.

Solutos crines & fuſos opponit comptis, id eſt, ornatis vel religatis. Mulieres non alias vulgo ſolutis crinibus eſſe conſueverant niſi in lecto cubantes. Italæ hodieque non aliter cubant niſi crinibus ſolutis. Romanas antiquas hunc morem habuiſſe crinium ſolvendorum de nocte & in lecto, ſexcentis probari poteſt poëtarum teſtimoniis. Mane cum è lecto ſurgerent, recolligebant capillos & comebant, id eſt, ornabant ac religabant. Idem Tibullus, *ſeu tarda compſerit arte caput.* Hoc enim proprie comere, ſolutos crines in ſtationem re-

ponere, & nodis vittiſque collectos ſubſtringere. Non aliter niſi comptæ in publico conſpiciebantur. Hæc igitur coma pro velamine, data eſt mulieri qua in publico ſemper utebantur, non ſoluta & effuſa quæ non caput velat, ſed nudum potius relinquit. Hujuſmodi coma decet mulieres non viros. Quamvis certum ſit, & plures olim viros extitiſſe qui more muliebri comas comerent, tam Romani quam Græci. Unde illud poëtæ: *Sint procul à vobis juvenes ut fœmina compti.* Item Satyricus de eo qui Romæ magiſtratum gerebat:

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

Sed hæc jam ab aliis notata ſunt. CUR. Legiſſe & me puto nonnulla in eam ſententiam nuper obſervata. Sed noſtri Pſiliſtæ ad ea parum attendunt, & parvi faciunt quia non ſunt ab hominibus ſui ordinis animadverſa. Hæc quæ à te jam dicta ſunt, mihi ſatisfaciunt: & incipio lucem videre in loco Pauli, qui antea mihi tenebricoſus apparebat. Sed perge totum illuminare ut cum majore conſcientiæ fiducia ca-

capillum quem depoſui reſumam, ubi didicero cum verbo Dei & Apoſtolico præcepto, non pugnare bonam & modeſtam menſuram capillis permiſſam. CÆS. Immo affirmare tibi auſim nuſquam in ſcriptura ſacra improbari aut damnari cæſariem, id eſt, capillum virilem promiſſum modo non more modoque muliebri comptus & ornatus habeatur. Sic enim ſatis diſcernitur ſexus ſicut eum natura diſcretum voluit, ſi viri demiſſam & ſolutam comam geſtitent, mulieres vero velatum coma caput habeant, id eſt, comam comptam & collectam in capite habeant. Soluta autem coma & demiſſa non poteſt honori haberi, niſi ad certum modum detonſa ſit, ut ſine vittis & vinculis per ſe ſubſiſtere valeat. Non igitur intonſa coma decet viros, quia intonſa honeſta ac decora non eſt, niſi compta ſit. Compta autem & revincta mulierem potius decet quam viros. CUR. Jam percipio diſcrimen virilis & muliebris capilli, quo uterque ſexus naturæ convenienter diſtingui debet. Jam intelligo quomodo poſſim etiam viriliter & cum decoro capillum promittere. Sed verba Pauli deſidero adhuc apertius mihi explicari, & ad eorum intellectum adplicari quæ expo-

Digitized by Google

ſuiſti de differentia comæ muliebris intonſæ, ſed comptæ vel religatæ, quæ pro velamine illi data eſt, & virilis ſolutæ vel demiſſæ quæ ad certam menſuram propterea tonderi debet, ut ſponte ſuſtineri queat & honeſte demitti quamvis non ſubnexa. CAES. Facile eſt tuis votis ſatisfacere. Nunc igitur aures ſubſtringe, & mentem adverte. Simul etiam intelliges, quo ſenſu vox φύσις apud Paulum accipi debeat, quod tui ψιλιςοὶ non ſunt aſſequuti. CUR. Non tu dicere paratior, quam ego audire. Incipe igitur. CAES. Principale Paulo propoſitum non fuit, ut de coma quomodo habenda ſit tam viris quam mulieribus quidquam præciperet. Ex occaſione rem eam tantum attigit, & obiter, dum præcepti quod dabat Corinthiis de mulieribus velandis rationem vellet reddere. Ut enim oſtenderet, non ſine ratione hoc illis à ſe præſcribi, ut mulieres orarent capite velato, viri autem intecto, argumentum duxit ex ipſus naturæ quaſi magiſterio, quæ doceret, non aliter fieri debere ſi quis ejus inſtitutioni vellet obtemperare. A principio capitis ad hunc uſque locum quo de coma viris indecora, mulieribus decora loquitur, nihil aliud inculcavit, quam mu-

mulieres prophetantes aut orantes capite velato eſſe debere. In verſu qui proxime præceſſit, XIII, ad hunc modum ſcripſit, *vos ipſi judicate. Decet mulierem capite non velato orare?* Ut doceat hoc eas non decere, ad naturam ipſam eos remittit à qua id ipſum docerentur, velato capite mulieres eſſe oportere. Subjungit enim ſtatim, cum interrogatione pari ut in præcedente verſiculo: *Nec ipſa natura docet vos, quod vir quidem ſi comam habeat, ignominia eſt illi, mulier autem ſi comam habeat, gloria eſt illi, quoniam coma pro velamine ei data eſt?* Ut hæc conſequenter poſita ſunt, & inter ſe cohærent, non aliam comam mulieribus decoram eſſe, viris indecoram pronuntiavit, quam qua caput velari poſſet, & quæ velaminis uſum vicemque præſtaret. Præit vobis natura, & monſtrat mulieris velatum eſſe caput debere. Quid ita? Quia ipſa comam eis dedit quæ pro velamine ipſis eſſet. Qualis hæc eſt? Nempe compta, compoſita, in crines digeſta, atque inſtar galericuli ad caput tegendum concinnata, non tonſa certo modo tenus, nec demiſſa, ut ea quæ viros decet. CUR. Jam mihi pateſcit Pauli ſenſus intimus. Sed quomodo φύσιν in eo loco accipere de-

debemus? CÆS. Id vel cæco patere poteſt. Natura eſt quæ diſcrevit ſexus. Eadem natura induxit homines ſibi convenienter vivere volentes, ut externo etiam habitu eum diſcernerent. Hinc virilia veſtimenta à muliebribus diverſa prodita & inventa ab illis qui ſecundum naturam ſe gerere ſtuduerunt. Non ſolum igitur veſtium excogitatæ differenttæ quæ marem à fœmina diſtinguerent, quibus reliquum corpus regitur, ſed etiam habitus capitis ex capillo ipſo differens inſtitutum, quo viri à mulieribus diſcernerentur. Quis ille habitus? Ut nimirum mulieres caput ſuum propriis crinibus velent, dum intonſos in capite ſic componunt, & concinnant ſubnexos, ut galeri vel pilei ex capillis ſtructi vicem & uſum habere queant. Viri autem ſuum ad certam menſuram demiſſum tondeant, & liberum ſine vinculis relinquant, nec eum in capite implicent quaſi ad velamen capitis. Virile certe eſt caput tondere, ut muliebre intonſum geſtare. Sed Abſalomus, qui tam prolixum habuit capillum, etiam tondere eum ſolebat, ſemel in anno. Hæc eſt diſcretio ſexus ex capillo, quam naturam docuiſſe & monſtraſſe dicit Paulus, non ea quam volunt Pſili-

liſtæ, dum aſſerunt, naturam capita mulieris ac viri ita diſcreviſſe, *ut hujus aptiſſimum ſit ad nutriendam comam, illius vero prorſus ſit ineptum*. Quam ineptum hoc, certe quam falſum, viri caput ita à natura factum eſſe, ut ineptum ſit prorſum ad nutriendam comam? Cur ergo Naziræi in veteri teſtamento eam nutriebant? Cur partem ſanctitatis hanc in illis eſſe voluit Deus, qui ſibi conſecrarentur ex voto? Cur intonſos in totum & per omne vitæ tempus eos eſſe ſanxit qui primi parentibus ſuis nati eſſent? CUR. Non poſſum jam ſatis mirari quid Pſilis & Philiſtis mentis fuerit, cum ex illo loco Pauli, vitio non carere capillum in viris prolixum, in theſibus ſuis affirmant. Nihil enim ſimile ex Pauli verbis, ſicut ſonant vulgo, & ſicut à te expoſita ſunt, colligi vel elici poteſt. Simpliciter ait, τὸ κομᾷν viro indecorum eſſe, mulieri vero id eſſe glorioſum. Quamvis enim non eo modo intelligeretur ut tu explicaſti, ſed de ſolo ſimplice & prolixo capillo, qui ſolam ἀτιμίαν indecentiam ſtatuat eſſe ἐν τῷ κομᾷν non ullam ἁμαρτίαν, ex eo minime poteſt conſequi quod volunt prolixum capillum in ſe nunquam vitio caruiſſe. Nam Paulus hoc

hoc tantum docet, viris prolixum capillum dedecori eſſe. CAE. Immo non poteſt Paulus exponi de capillo ſimpliciter prolixo, ſed de eo qui intonſus omnino eſt, ut mulieres eum gerere ſolitæ, nec ſolum intonſus, ſed etiam comptus, & ad velaminis inſtar in capite compoſitus. Eam quippe comam quæ mulieres decet, viros non decere plane affirmat. Hoc igitur tantum ſciendum eſt qualis illa coma ſit quæ decora eſt mulieribus, ut ſciamus quænam viros dedeceat. Quis porro ignorat illam eſſe quam diximus, intonſam, comptam, ornatam atq; ita in capite compoſitam, ut pro velamine ſit? CUR. Qui lucernam in meridie accenderet, cum ſol lumine claro & pleno omnia colluſtrat, non rem magis ſuperfluam facere videretur, quam qui poſtularet, poſt hanc tuam explicationem, aliam huic loco lucem fænerare. CAE. Omiſeram quærere quomodo Pſili tui *ἀτιμίαν* in verbis Apoſtoli interpretari ſoleant, cum dixit, *ἀτιμίαν* viris eſſe *τὸ κομᾶν*. CUR. Multa dicunt ut id explicent, & nihil dicunt. Toti in eo ſunt, ut quid proprie ſit *τιμὴ* exponant. Hoc habentes, quid ejus contrarium *ἀτιμία* ſignificet; ſe facile reperturos putant.

CAE.

CAE. Hoc nihil eſt. Et tu parum ipſe videris, quid ipſi voluerint, atendiſſe. CUR. Poſt multas ambages tandem eo deveniunt, ut pro eo quod eſt indecorum τὴν ἀτιμίαν cenſeant intelligendam. CAE. Nec hoc ſatis eſt. Si ἀτιμία pro indecoro ab Apoſtolo ponitur, non unius generis eſt id quod contra decorum aliquomodo fit vel committitur. Genus eſt indecori quod tantum peccat contta decorum & honeſtatem communem, ubi aliquid fit quod non decet, aut quod ridiculum eſt, aut minus ei, qui facit, honeſtum & conveniens. Hic contra decorum peccat, quia contra morem facit, qui eſt regula decori. Qui ἐπ' ἀριστερὰ ἀναβάλλεται, ut Græci dicunt, quando omnes ἐπὶ δεξιὰ ἀναβάλλονται, peccatum nullum committit contra legem neque contra naturam, ſed inepte & indecenter ſe veſtit. Si quis in pileo cornuum inſtar adfixum præferret, aut aſininas aures, aut pinnas, ut pingitur Mercurius, aut dependulam à tergo caudam vulpinam aut felinam geſtaret, aut præpoſtero modo περιτραχήλιον induerit partes anteriores retro rejiciendo, & poſteriores ante ponendo ridiculus eſſet. An alio genere cenſendus rem parum decentem committere

qui

hoc tantum doc[…] quis inter capillatos omnes detonſus
lum dedeco[…] quis, & inter detonſos capillatus? CUR.
teſt P[…] Non hinc putem. CAE. Nihil ergo delin-
prolix[…] quit, nec peccatum ullum contra legem
eſt, […] Dei aut naturam admittit qui hoc modo id
ſolu[…] quod ſe dedecet facit. Si κομᾶν ergo apud
vel[…] Apoſtolum interpretemur, ut vulgo ex-
q[…] ponunt, ἀτιμίαν non poſſumus de alio
[…] genere indecori accipere. Nam non aliter
κομᾶν viro indecorum ſtatuendum eſt, niſi
contra conſuetudinem populi fieri videatur,
ut viri habeant prolixum capillum. Et tunc
& omnino φύσιν oporteret pro conſuetu-
dine locali accipi; non pro naturæ ipſius lege.
CUR. Ita prorſus videretur. CAE. Atqui
jam ſupra docuimus, φύσιν ſic accipi non
debere in Apoſtoli verbis. Et præterea
eſt quædam indecentia quæ peccat contra
legem Dei & contra ipſam naturam. CUR.
Quænam illa eſt? CAE. An alia videatur
præter illam quæ ſexus confundit, quos
natura ipſa diſcriminavit? Ut ſi quis mulie-
bribus vir indutus in publico verſaretur,
& mulier virilibus? Præterea hoc Deus
ipſe in lege diſerte prohibuit, & male-
dictionem pronuntiavit contra eos qui id
facerent. CUR. Hoc verum eſt. CAE.
An minus peccat & contra legem Dei &
con-

Digitized by Google

contra naturam ipſam, quæ ſexus diſcrevit, qui non ſolum hanc confuſionem in veſtitu uſurpat corporis, ſed etiam in oris ipſius habitu? CUR. Non aliter certe peccare videtur, ſed nec minus. Enimvero vel muliebrem ſic habitum ſumere vir omnino videtur, qui more muliebri caput comit, & non ſolum crines intonſos nutrit, ſed etiam, quod inde neceſſario conſequitur, eos in capite ita componit, ut iis caput velatum habeat, quomodo ſolent mulieres. CAE, Gaudeo te jam rem ipſam ſicut à nobis explicata eſt, intelligere. Hoc enim plane eſt, quod dicit Paulus, Naturam docere, mulieri δόξαν eſſe comam habere, viro ἀτιμίαν, quia natura oſtendit, ſexus eſſe diſcrimen faciendum tam in veſtibus quibus corpus tegitur, quam in coma qua caput velatur. Nam velatur eo habitu qui mulierum proprius eſt ac peculiaris, quem viri non debent uſurpare niſi naturæ leges à ſe violari velint. In tali igitur comæ habitu peccatum eſt non leve, ſed graviſſimum. CUR. Ita eſſe plane jam tibi aſſentior. CAE. Quid igitur de illis dicendum qui peccatum eſſe ſtatuunt in prolixis virorum capillis, & quidem tale quod mortem mereatur æternam? Sic enim ar-

Digitized by Google

qui unus inter capillatos omnes detonſus incedit, & inter detonſos capillatus? CUR. Non ſane putem. CAE. Nihil ergo delinquit, nec peccatum ullum contra legem Dei aut naturam admittit qui hoc modo id quod ſe dedecet facit. Si κομᾶν ergo apud Apoſtolum interpretemur, ut vulgo exponunt, ἀτιμίαν non poſſumus de alio genere indecori accipere. Nam non aliter κομᾶν viro indecorum ſtatuendum eſt, niſi contra conſuetudinem populi fieri videatur, ut viri habeant prolixum capillum. Et tunc ſane omnino φύσιν oporteret pro conſuetudine locali accipi; non pro naturæ ipſius lege. CUR. Ita prorſus videretur. CAE. Atqui jam ſupra docuimus, φυσιν ſic accipi non debere in Apoſtoli verbis. Et præterea eſt quædam indecentia quæ peccat contra legem Dei & contra ipſam naturam. CUR. Quænam illa eſt? CAE. An alia videatur præter illam quæ ſexus confundit, quos natura ipſa diſcriminavit? Ut ſi quis muliebribus vir indutus in publico verſaretur, & mulier virilibus? Præterea hoc Deus ipſe in lege diſerte prohibuit, & maledictionem pronuntiavit contra eos qui id facerent. CUR. Hoc verum eſt. CAE. An minus peccat & contra legem Dei &

con-

contra naturam ipſam, quæ ſexus diſcrevit, qui non ſolum hanc confuſionem in veſtitu uſurpat corporis, ſed etiam in oris ipſius habitu? CUR. Non aliter certe peccare videtur, ſed nec minus. Enimvero vel muliebrem ſic habitum ſumere vir omnino videtur, qui more muliebri caput comit, & non ſolum crines intonſos nutrit, ſed etiam, quod inde neceſſario conſequitur, eos in capite ita componit, ut iis caput velatum habeat, quomodo ſolent mulieres. CAE, Gaudeo te jam rem ipſam ſicut à nobis explicata eſt, intelligere. Hoc enim plane eſt, quod dicit Paulus, Naturam docere, mulieri δόξαν eſſe comam habere, viro ἀτιμίαν, quia natura oſtendit, ſexus eſſe diſcrimen faciendum tam in veſtibus quibus corpus tegitur, quam in coma qua caput velatur. Nam velatur eo habitu qui mulierum proprius eſt ac peculiaris, quem viri non debent uſurpare niſi naturæ leges à ſe violari velint. In tali igitur comæ habitu peccatum eſt non leve, ſed graviſſimum. CUR. Ita eſſe plane jam tibi aſſentior. CAE. Quid igitur de illis dicendum qui peccatum eſſe ſtatuunt in prolixis virorum capillis, & quidem tale quod mortem mereatur æternam? Sic enim ar-

argumentantur in Theſibus quas de hoc argumento proponunt ventilandas, nullum peccatum eſſe, licet aliud alio gravius ſit, quod in ſe parvum ac leve cenſeri debeat. Quandoquidem nullum ſit, quod mortem æternam non mereatur. Peccatum eſt viro, capillo promiſſiore uti. Ergo peccatum morte dignum æterna committunt qui capillum promittunt. CUR. Talia ſæpius jactari paſſim audivi cum apud Pſilos degerem, in concionibus, in diſputationibus, in circulis. CAE. Non indignabaris cum hæc te audiente dicerentur, non fremebas, non infrendebas? Saltem non murmurabas? CUR. Quid facerem? Captivus apud eos detinebar. Præterea mihi perſuaſerant ſacrorum myſtæ veram eam eſſe doctinam quam prædicabant, utpote quæ ex recte expoſitis hauſta eſſet ſcripturæ divinæ locis. Ut verbo dicam, me plane infatuaverant. CAE. Nunc vide & agnoſce quam ſana ſit ac vera hæc doctrina. Inhorrui cum illa in Theſibus Pſiliſtarum legerem, & nunc etiam horreſco referens ac refellens. Ex hac belliſſima doctrina quid conſequatur jam tibi paucis patefaciam. Deus in veteri fœdere votum ſanctitatis voventibus & ſibi conſecratis, peccati

æte-

æterna morte digni committendi neceſſitatem tandiu impoſuit quandiu in illo ſanctioris vitæ propoſito perſeverarent. Finito voto cum ipſo crine quem tum lege divina jubebantur recidere, peccatum quoque præcidebant. Ab eo tempore incipiebant puri eſſe & innocentes, poſtquam ſanctitatis votivæ, ſed peccato mortali obnoxiæ, terminus venerat. Primogeniti vero Naziræi, qui ab ex utero matris, ad uſque vitæ finem, votum perpetuæ ſanctitatis ſervare tenebantur, cum capillo ſemper intonſo & nunquam reſecando, in perpetuo quoque reatu vivere exiſtimabantur, quo in ſola morte liberabantur. Omne certe peccatum παράνομον & contra legem, pœnam mortis æternæ meretur. Sed an tale eſt quod committitur promittendo capillo? Id oſtendant, & vicerint. Si ita eſt, auctor legis Deus contra legem ipſe ſuam fecerit, non ſolum permittendo, ſed etiam jubendo, ut Nazirai durante votivæ ſanctitatis ſpatio capillum promitterent. In novo autem fœdere, cujus auctor Chriſtus à Deo patre ad redemptionem generis humani cœlo demiſſus, cum ex iſtis Nazirræis eſſet, non ſolum peccata noſtra portavit, ſed ſuum etiam proprium, æterna

 mor-

morte plectendum, quia comatus incedebat, ut tota adteſtante antiquitate cognoſcimus. Quod dici non poſſe niſi cum ſumma impietate palam eſt. CUR. Agnoſco jam vera eſſe quæ dicis, & pudet me Pſilorum Pſiliſtarumque doctrinæ, quam ſine deteſtatione ut conſequentias ejus video, audire vix jam poſſum. Aut negent oportet Chriſtum & Apoſtolos ejus comatos fuiſſe, & Judæos tunc temporis omnes ita inceſſiſſe, aut fateantur neceſſe eſt, τὸ κομᾶν in verbis Apoſtoli, non de ſimpliciter prolixo capillo intelligendum eſſe, ſed de muliebriter compto & ornato. Quandoquidem non alius comæ habitus mulieribus eſt decorus; cum certum ſit ſolutis crinibus in publico conſpectas non fuiſſe. Non autem veriſimile eſt, Paulum Apoſtolum ἀτιμίας nota infamaſſe prolixum capillum quem ſciret ab omnibus Judæis ita haberi tum ſolitum, atque adeo ipſis Chriſti Apoſtolis ſolennem fuiſſe, qui etiam ignorare non potuit Chriſtum comam intonſam more Naziræorum geſtaſſe. CUR. Certe omnino agnoſco eam ſolam comam ex verbis Apoſtoli viro eſſe dedecoroſam quam mulieri decoram eſſe idem pronuntiavit. CAES. Recte ſentis. Nec

ali-

aliter mens Apoſtoli conſtare poteſt. Et ſenſus plane communis ita dictat. Mulieribus τὸ κομᾶν δόξα ἐστί. Non de ſoluta & effuſa coma id intelligi poteſt. Ergo de coma id accipiendum qualem habuere tum vulgo in imperio Romano omnes mulieres. Talis coma plane viris probroſa eſt. Et hoc eorum peccatum qui comam muliebrem geſtant, par & æquale eſt ac ſi muliebria geſtarent, cum natura doceat diſcerni debere ſexum, non ſolum veſtitu, ſed etiam capitis habitu. Nullum autem peccatum in ſe ex membris ac partibus corporis, quamdiu uſus in his naturalis retinetur, aut nihil in his mutatur. Capillum dedit natura hominibus. Si ſimpliciter, ſicut à natura datus eſt, retineatur, prolixus ac demiſſus, nullum in eo peccatum eſt. Si calamiſtris inuratur, ſi pulvere exotico inſpergatur, ut ſolent hodie habere Theologorum filii, ſi more muliebri ornetur, ut olim multi viri uſurpabant, rem eam vitio & peccato non carere, prorſus ſtatuendum eſt. Cutem pulcram & decoram à natura ſibi datam mulier non deturpabit, ſed nec minus formoſam faciem medicamine decorabit. In eo quippe peccatum eſt.

qui unus inter capillatos omnes detonſus incedit, & inter detonſos capillatus? CUR. Non ſane putem. CAE. Nihil ergo delinquit, nec peccatum ullum contra legem Dei aut naturam admittit qui hoc modo id quod ſe dedecet facit. Si κομᾷν ergo apud Apoſtolum interpretemur, ut vulgo exponunt, ἀτιμίαν non poſſumus de alio genere indecori accipere. Nam non aliter κομᾷν viro indecorum ſtatuendum eſt, niſi contra conſuetudinem populi fieri videatur, ut viri habeant prolixum capillum. Et tunc ſane omnino φύσιν oporteret pro conſuetudine locali accipi; non pro naturæ ipſius lege. CUR. Ita prorſus videretur. CAE. Atqui jam ſupra docuimus, φυσιν ſic accipi non debere in Apoſtoli verbis. Et præterea eſt quædam indecentia quæ peccat contra legem Dei & contra ipſam naturam. CUR. Quænam illa eſt? CAE. An alia videatur præter illam quæ ſexus confundit, quos natura ipſa diſcriminavit? Ut ſi quis muliebribus vir indutus in publico verſaretur, & mulier virilibus? Præterea hoc Deus ipſe in lege diſerte prohibuit, & maledictionem pronuntiavit contra eos qui id facerent. CUR. Hoc verum eſt. CAE. An minus peccat & contra legem Dei &

con-

Digitized by Google

contra naturam ipſam, quæ ſexus diſcrevit, qui non ſolum hanc confuſionem in veſtitu uſurpat corporis, ſed etiam in oris ipſius habitu? CUR. Non aliter certe peccare videtur, ſed nec minus. Enimvero vel muliebrem ſic habitum ſumere vir omnino videtur, qui more muliebri caput comit, & non ſolum crines intonſos nutrit, ſed etiam, quod inde neceſſario conſequitur, eos in capite ita componit, ut iis caput velatum habeat, quomodo ſolent mulieres. CAE, Gaudeo te jam rem ipſam ſicut à nobis explicata eſt, intelligere. Hoc enim plane eſt, quod dicit Paulus, Naturam docere, mulieri δόξαν eſſe comam habere, viro ἀτιμίαν, quia natura oſtendit, ſexus eſſe diſcrimen faciendum tam in veſtibus quibus corpus tegitur, quam in coma qua caput velatur. Nam velatur eo habitu qui mulierum proprius eſt ac peculiaris, quem viri non debent uſurpare niſi naturæ leges à ſe violari velint. In tali igitur comæ habitu peccatum eſt non leve, ſed graviſſimum. CUR. Ita eſſe plane jam tibi aſſentior. CAE. Quid igitur de illis dicendum qui peccatum eſſe ſtatuunt in prolixis virorum capillis, & quidem tale quod mortem mereatur æternam? Sic enim

argumentantur in Theſibus quas de hoc argumento proponunt ventilandas, nullum peccatum eſſe, licet aliud alio gravius ſit, quod in ſe parvum ac leve cenſeri debeat. Quandoquidem nullum ſit, quod mortem æternam non mereatur. Peccatum eſt viro, capillo promiſſiore uti. Ergo peccatum morte dignum æterna committunt qui capillum promittunt. CUR. Talia ſæpius jactari paſſim audivi cum apud Pſilos degerem, in concionibus, in diſputationibus, in circulis. CAE. Non indignabaris cum hæc te audiente dicerentur, non fremebas, non infrendebas? Saltem non murmurabas? CUR. Quid facerem? Captivus apud eos detinebar. Præterea mihi perſuaſerant ſacrorum myſtæ veram eam eſſe doctinam quam prædicabant, utpote quæ ex recte expoſitis hauſta eſſet ſcripturæ divinæ locis. Ut verbo dicam, me plane infatuaverant. CAE. Nunc vide & agnoſce quam ſana ſit ac vera hæc doctrina. Inhorrui cum illa in Theſibus Pſiliſtarum legerem, & nunc etiam horreſco referens ac refellens. Ex hac belliſſima doctrina quid conſequatur jam tibi paucis patefaciam. Deus in veteri fœdere votum ſanctitatis voventibus & ſibi conſecratis, peccati æte-

æterna morte digni committendi neceſſitatem tandiu impoſuit quandiu in illo ſanctioris vitæ propoſito perſeverarent. Finito voto cum ipſo crine quem tum lege divina jubebantur recidere, peccatum quoque præcidebant. Ab eo tempore incipiebant puri eſſe & innocentes, poſtquam ſanctitatis votivæ, ſed peccato mortali obnoxiæ, terminus venerat. Primogeniti vero Naziræi, qui ab ex utero matris, ad uſque vitæ finem, votum perpetuæ ſanctitatis ſervare tenebantur, cum capillo ſemper intonſo & nunquam reſecando, in perpetuo quoque reatu vivere exiſtimabantur, quo in ſola morte liberabantur. Omne certe peccatum παράνομον & contra legem, pœnam mortis æternæ meretur. Sed an tale eſt quod committitur promittendo capillo? Id oſtendant, & vicerint. Si ita eſt, auctor legis Deus contra legem ipſe ſuam fecerit, non ſolum permittendo, ſed etiam jubendo, ut Naziræi durante votivæ ſanctitatis ſpatio capillum promitterent. In novo autem fœdere, cujus auctor Chriſtus à Deo patre ad redemptionem generis humani cœlo demiſſus, cum ex iſtis Naziræis eſſet, non ſolum peccata noſtra portavit, ſed ſuum etiam proprium, æterna

morte plectendum, quia comatus incedebat, ut tota adteſtante antiquitate cognoſcimus. Quod dici non poſſe niſi cum ſumma impietate palam eſt. CUR. Agnoſco jam vera eſſe quæ dicis, & pudet me Pſilorum Pſiliſtarumque doctrinæ, quam ſine deteſtatione ut conſequentias ejus video, audire vix jam poſſum. Aut negent oportet Chriſtum & Apoſtolos ejus comatos fuiſſe, & Judæos tunc temporis omnes ita inceſſiſſe, aut fateantur neceſſe eſt, τὸ κομᾶν in verbis Apoſtoli, non de ſimpliciter prolixo capillo intelligendum eſſe, ſed de muliebriter compto & ornato. Quandoquidem non alius comæ habitus mulieribus eſt decorus; cum certum ſit ſolutis crinibus in publico conſpectas non fuiſſe. Non autem veriſimile eſt, Paulum Apoſtolum ἀτιμίας nota infamaſſe prolixum capillum quem ſciret ab omnibus Judæis ita haberi tum ſolitum, atque adeo ipſis Chriſti Apoſtolis ſolennem fuiſſe, qui etiam ignorare non potuit Chriſtum comam intonſam more Naziræorum geſtaſſe. CUR. Certe omnino agnoſco eam ſolam comam ex verbis Apoſtoli viro eſſe dedecoroſam quam mulieri decoram eſſe idem pronuntiavit. CAES. Recte ſentis. Nec

ali-

Digitized by Google

aliter mens Apoſtoli conſtare poteſt. Et ſenſus plane communis ita dictat. Mulieribus τὸ κομᾶν δόξα ἐστί· Non de ſoluta & effuſa coma id intelligi poteſt. Ergo de coma id accipiendum qualem habuere tum vulgo in imperio Romano omnes mulieres. Talis coma plane viris probroſa eſt. Et hoc eorum peccatum qui comam muliebrem geſtant, par & æquale eſt ac ſi muliebria geſtarent, cum natura doceat diſcerni debere ſexum, non ſolum veſtitu, ſed etiam capitis habitu. Nullum autem peccatum in ſe ex membris ac partibus corporis, quamdiu uſus in his naturalis retinetur, aut nihil in his mutatur. Capillum dedit natura hominibus. Si ſimpliciter, ſicut à natura datus eſt, retineatur, prolixus ac demiſſus, nullum in eo peccatum eſt. Si calamiſtris inuratur, ſi pulvere exotico inſpergatur, ut ſolent hodie habere Theologorum filii, ſi more muliebri ornetur, ut olim multi viri uſurpabant, rem eam vitio & peccato non carere, prorſus ſtatuendum eſt. Cutem pulcram & decoram à natura ſibi datam mulier non deturpabit, ſed nec minus formoſam faciem medicamine decorabit. In eo quippe peccatum eſt.

Digitized by Google

Membris ad voluptatem naturâ datis ſi quis recte utatur, ut licitum lege eſt, non peccat. Sin aliter faciat. in peccato eſt. Non ad alium uſum quam quem natura dedit, aut quem lex ſanxit uſurpanda ſunt, nec in aliam formam mutanda. Non denigrandus eſt capillus quem rufum à natura habeas, aut ab ætate canum. Sed nec aliter arte formandus quam natura eſt, ut criſpus nimirum aut tortus fiat pro recto ac ſimplici, nec in ſchema, quod viro turpe ſit, mutandus, ut cum fœmineo more ornatur. CUR. Agnoſco hoc etiam eſſe veriſſimum. Et quis poſſet contra hiſc-re? CAES. Agnoſce ergo nunc etiam, longe minus eſſe peccatum, & minoris abollæ crimen, prolixum, ut viri ſolent, capillum gerere, quam talia ſentire & ſcribere ac diſputare quibus Eccleſia turbatur, unitas ejus dividitur, altare contra altare erigitur, ſcrupulus teneris conſcientiis quo teneantur oppreſſæ injicitur, jugum importabile ex capillis nexum cervicibus eorum imponitur, pro quibus Chriſtus mortem pati dignatus eſt, & quos liberos à peccato ſic eſſe voluit. Quaſi parum diviſa ſit tunica Chriſti inconſutilis, ejus porro partes integriores ſanioreſque in ali-

Digitized by Google

alias particulas ſcindere geſtiunt, ut ſciſſuram ſic majorem faciant, cum jam factæ modis omnibus mederi potius deberent. Non jam tantum Eccleſiæ Reformatorum Hollandiæ in Remonſtrantes & Contraremonſtrantes diviſæ videntur, ſed alia de novo in eas inceſſit ſubdiviſio, in Cometiſtas, & Pſiliſtas. Tonſi iſti & tonſores ſimul, illi tonderi ſe nolunt priuſquam ipſis innotuerit ex ſacra ſcriptura recte interpretata, citra peccatum non poſſe haberi prolixiorem capillum. Cui nunc parti accedis? CUR. Oſtendam tibi cras, cum barba me exoneratum videbis, & galericulo onuſtum, donec capilli ſuccreverint. CÆ. Tantumne in te potuerunt quæ dixi? CUR. Vel hinc id collige. Cras inquam me alium videbis. CAES. Ut nunc es, non mihi plane diſplices. Raſus an cæſariatus fuat, Pſilus an Mallotus, nullo diſcrimine habebo. Poteſt quiſque eum habitum amare & optare qui magis placet, dum pro articulo fidei non condatur hic nobis novus canon, nullis olim conciliis ſancitus, nec ex ſacræ ſcripturæ auctoritate firmatus, peccare eos mortaliter qui capillum gerere præſumpſerint ultra menſuram promiſſum. Quam? An

determinarunt] tui Pſili aut Philiſtæ quo uſque demitti debeat aut ſubſtringi capillus virilis ? CUR. Non intellexi quam ſtatuerint menſuram tondendo capillo. CAES. Si vitio non caret prolixus, & peccatum in eo eſt vel morte æterna puniendum, cur non ſancitum ab illis eſt, quem uſque ad terminum vitium illud capilli ac peccatum manſurum ſit? Minus prolixus minus erit vitioſus. CUR. Ita eſt. CAES. Ergo & levius peccatum in breviore capillo pro modo brevitatis erit æſtimandum. CUR. Sic videtur. CAES. Atqui nullum tam leve eſt aut parvum peccatum quod mortem æternam non mereatur. CUR. Ita dicunt. CAES. Eo uſque igitur tonſura perducenda eſt, ut in capillo nulla peccati mica appareat. CUR. Ita apparet fieri oportere. CÆS. Quouſque igitur ibit culter tonſorius, ut nullum relinquatur in capillo peccatum ? CUR. Hæreo prorſus. CAES. Eædem Theſes pro corollario habent ultimo, *in dubiis in tutiorem partem inclinandum eſſe.* CUR. Quid inde efficere vis ? CAES. Jam audies. Si digitum unum tranſverſum capillos altos in capite meo reliquero, dubitare poſſum, an non peccati par altitudo re-

remanſura ſit. Dimidium adhuc digitum ex eis reſecabo. Dubium tamen adhuc erit num eadem menſura peccati ſemidigitalis cum ſemidigitali capillo hæſura ſit. Tutius ergo, ut in re dubia, totum capillum ad cutem uſque deradere, ne vel ramenta peccati reſidua eſſe queat. Sic tota purganda eſt area capitis ut peccatum cum pulviſculo ex ea deleatur. Cur. Atqui ſi deradatur tantum novacula, dubium etiam eſſe poterit, num cum radicibus pilorum, radices peccati relictæ manſerint. Caes. Recte dicis, & non cogitaram. Præterea ſi radix capilli relinquatur, pili ſubinde creſcere non deſinent. Et operoſum eſſet, ac moleſtum, quotidie caput raſitare, atque operam tonſori dare Cur. Quid igitur faciendum, ne ſuſpicio peccati reſurgentis ac ſuccreſcentis hærere queat? Cæs. In promptu eſt quid agere debeant qui hoc verentur. Caput depilent vel devellant, & ſingulis diebus mane pulverem depilatorium inſpergant capiti, aut ſplenio dropace illito caput pro calantica vel calamanco tegant. Cur. Niſi hoc remedium adhibeant, parum cavebunt. Nam & in depilatis ac vulſis

 pi-

Digitized by Google

pili poſt tempus renaſcuntur. CAES. Alia via poſſunt & huic malo occurrere, pelle calvæ detracta alutam ut circumponant, ſic vetabunt capillum redivivum ſurgere. CUR. Ergo qui ſine peccato volet vivere, cucurbita caput glabrius debebit habere CÆS. Vereor ne & pro capite cucurbitam gerant, quibus talium opinionum placent monſtra. Sed jam cæteros convivas adeſſe intelligo. Ne eos moremur, eamus ut barbam iſtam poſtremum, quoniam ſtat tibi ſententia cras eam demetere, rorantibus poculis humectemus. CUR. Nunquam deſines me deridere. Aliquando ver veniet meum. Pro his jocis hoc ſerium verumque tibi repono. Quæ dixiſti, ſufficiunt vel milleſimæ Theſium paginæ, & ingentibus ſtruicibus næniiſque diſputationum Textualium, quales in regno Pſilorum aut in Republica Pſiliſtarum conſui ſolent.

N E B O,

Digitized by Google

XXXXII.

N E B O,

undè

Tota perluſtratur

T E R R A
S A N C T A,

In quem,

Sacrarum literarum Cultores

provocat

JOANNES QUISTORPIUS,

D. Theol. Prof. & Paſt. Eccl.

Cathedralis.

ACAD. RECTOR.

Digitized by Google

Theologiæ Studioſis,

In

Univerſitate

ROSTOCHIENSI,

Sal.

Exhibeo vobis, dilectiſſimi Filii ſpirituales, TERRAM SANCTAM. Quotquot his viſis, lectis & intellectis, mox ſe ad ſcrutinium Biblicum conferent, deprehendent plurima in via, plana iis eſſe. Hæc enim ocularis inſpectio, Commentarii loco Vobis eſſe poterit. Favete & valete.

V.

Joh. Quiſtorpius, D.

Digitized by Google

באלתים:

P*Alæſtina* ſeu *Terra Sancta*, eſt illius Promiſſionis figura, quam in Cœlis expectamus; quod ipſum pe rpendens *Hieronymus*, eam totam obiit ſolicitus; qui idem in *Epitaph. Paulæ* refert, eam ægram, tanto tamen ardore ſingula paſſionis Chriſti veſtigia. Patrum item in V. T. B. Virginis, Apoſtolorum ac Martyrum percurriſſe, ut illos quaſi coram oculis cernere & complecti videretur. Nos idem iter longè minori conficiemus moleſtiâ. Quandò ergò multum poſitum eſt in hujus Terræ S. notitiâ, ſciamus oportet, quorum hìc tùm oculatorum teſtium, tùm accuratiorum antiquitatis ſcrutatorum ope indigeamus. Atque illi quidem ſunt inprimis *Joſephus*, *Hieronymus*, *Egeſippus*, *Plinius*, *Ptolomæus*, *Strabo*. Item *Hodœp. Wilibaldus*, *Guilielmus de Baldenſel in itinerario*; *Rodolphus de Framinsberg*, quos omnes in *antiq. lect.* citat *Henricus Caniſius*: *Bredenbachius*, *Salignaciis* & *Brocardus*; qui hanc Terram inhabitarunt, perluſtrarunt, & oppidatim ſunt dimenſi. *Brocardum* ſeu

Bor-

Borchardum Monachum Germanum, qui per integrum decennium Palæſtinam ipſe anxiè perluſtravit, ſequitur in *Theatro ſuo Terræ ſanctæ*, *Chriſt. Adrichomius Delphus*: Qui, quibus aliàs inſignibus fuerit uſus Autoribus, ipſe recenſet in *Theatro ſuo extremo*. Neque prætereundi ſunt *Arias Montanus in Chaleb*, *Wolffgangus Wiſſenburgius*, *Jac. Zeiglerus* & *Michaël Altzingerus*, qui veterem Palæſtinam peculiaribus lib. deſcripſere; nec laude ſuâ caret *Chriſtoph. Heidmannus Prof. Helmſtadenſis*. *Orontius Fineus Delphinas*, Tabulam primus, ut titulus habet, *ad utriuſque Teſtam. intelligentiam*, concinnavit. Omnibus mappis repræſentantibus Terram ſanctam, facilè palmam præripit, alicujus *Judæi Jacobi*, *filii Rabbini Abrahami Juſti* Tabula, quam ſculpſit *Abraham Goos Amſtelod.* additis Ebraicè ipſis nominibus Sacræ Scripturæ familiaribus: Quâ qui rectè uti vult, adhibeat clavem, typis *Johannis Georgii*, *Hamburgi* Anno 1633. excuſam. *Chriſtianus* denique *Schrott* adornavit tabulam, quam nuncupat *Peregrinationem fidelium DEI*.

De

De Nominibus Terræ Sanctæ.

DIcitur ea primò *Terra Canaan*, à *Canaan*, nepote *Noa* ex filio *Ham*. Græcis autem Canaan & Phœniciam idem eſſe, indè patet, quod *Exod. XVI. v. 35.* pro *Canaan* ponitur in Verſione LXX *Phœnicia*, & *Joſ. V.* 1. iſta verba: *Reges Cananaorum*, LXX. reddunt, οἱ βασιλεῖς τῆς Φοινίκης. Poſſedit autem iſte *Canaan* cum ſuis poſteris, hanc Promiſſionis terram, uſque dum eoſdem Iſraelitæ indè expulerunt. Etiam vox *Canaan* appellative ſæpè, pro mercatore ſeu negotiatione ſumitur in Sacris.

Secundò, quandoque & *Palæſtina* in Bibliis dicitur, quod nomen idem eſt cum *Philiſtæa*, ſeu terræ Philiſtæorum, gentium maritimarum & fortiſſimarum, eſtque appellatio ſynecdochica. Vox פלשת Hebræis idem eſt, quod pulveribus ſe conſpergere: quæ ceremonia luctus ſymbolum erat. LXX plerumque vertunt ἀλλοφύλους Alienigenas, quod ab Iſraelitis moribus & religione eſſent alieniſſimi. Et Palæſtini, ob monſtroſam corporis molem, aliis populis erant diſſimiles.

Ter-

Terræ hujus *incolæ*, priuſquam Ea à Joſua occuparetur, erant ſeptem Populi, *Cananæi*, *Amorrhæi*, *Hethæi*, *Jebuſæi*, *Gergeſæi*, *Hevæi & Phereſæi*.

Tertiò, appellatur quoque *Terra ſancta*, quia eam DEUS ſua præſentiâ ſanctificavit, ita ut ſedem quaſi ibi fixiſſe videretur. *Sancta* meritò dicitur, fuit enim SS. Patrum colonia, Filium DEI in carne naſcentem excepit, natum aluit, ſedenti ſolium, oranti ſcabellum, quieſcenti culcita fuit; vivum portavit, mortuum ſuis viſceribus triduum complexa eſt; tum denique Prophetæ & Apoſtoli, eam doctrinâ & miraculis illuſtrarunt. Et ſanè vix pedem aliquo colloces, quin memoria occurrat alicujus rei ſanctæ.

Porrò & *Terra Promiſſionis, das gelobte land*, dicitur, eò quod DEUS Abrahamo, Iſaaco & Jacobo ante aliquot ſecula promiſerat, fore ut poſteri illorum eam Terram poſſiderent.

Denique & *Terra Judææ* appellatur, idque à *Juda* filio Jacobi, cui principatus in teſtamento Patris ceſſerat. Alias ſtrictiùs loquendo, Judæa dicta eſt ea pars Terræ promiſſæ, quam Reges Judæ poſſidebant, ſeparatione à Regibus Iſraël

factâ;

factâ; ſeu, quam ſors per Joſuam uni tribui Judæ deſtinaverat. Ex illo tempore, ubi decem tribus Iſraelis à tribu Judâ & Benjamin defeciſſent, illarum X. Tribuum terra, dicta eſt *terra Iſraelis*, ab atavo incolarum Jacobo ſeu Iſraële. Peculium autem tribus Judæ & Benjamin *terra Juda* ſeu *Judaa*, *Ezech. XXIII.* 4. Regnum Iſrael dicitur *Ahola* ſeu tentorium ſuum, regnum Judæ *Aholiba* ſeu tentorium meum: Nam illud templo Domini non adhærebat ampliùs, ſed fatentibus ipſis incolis *I. Reg. XII.* 16. ſuum ſibi tentorium ſeorſim habebat: Hoc verò poſſidebat adhuc templum Domini Hieroſolymæ, in quo ipſe habitabat, effato Abiæ, *II. Paral. XIII.* 8.

Poſtquam Judæi & Iſraelitæ captivi Babel deducti ſunt, ad N. T. uſque tempora, diviſa eſt hæc Terra in tres partes, *Judaam*, *Samariam & Galilaam*: Illius caput erat Hieroſolyma: Iſtius Samaria, quæ nunc Sebaſte dicitur.

Ea Terra tota fuit pars *Syria*, perindè, ut Ducatus Mecklenburg. Pomeraniæ & Holſatiæ ſunt partes Germaniæ. Id habet in *init. deſcript. Loc. Terra Sancta Brocardus*, ejus, quam *C. Peucerus Witeb.* An: 1579

edidit. Verba hujus p. 210. & 211. ſic habent: *Syria, ut reliquæ magnæ nationes, in multas ſcinditur particulares Provincias: & quidem tota ea Regio, quæ eſt à Tigride fluvio uſque ad Ægyptum, generali vocabulo Syria nuncupatur. At ea pars & tractus, qui inter duos illos inſignes fluvios Euphraten & Tigrin eſt, dicitur Ebrais Aram Naharoth Syria fluviorum, quæ Græco nomine Meſopotamia nuncupatur, quod media inter aquas* (Tigridis & Euphratis) *interjaceat: Deinde eſt alia pars Syriæ, quæ Cale. vocatur,* incipiens ab Euphrate flumine, & deſinens in rivum Valaniæ, fluitque in mare Mediterraneum. Rurſus eſt *Syria Phœnicis,* quæ verſus Aquilonem terminum habet *rivum Valaniæ*, & extenditur uſque ad *montem Carmeli*, ſeu Caſtrum peregrinorum: Eſt & alia pars Syriæ, quæ *Syria Damaſci* nuncupatur, cujus Metropolis eſt Damaſcus, quæ eadem *Syria Libanica* à Libano monte dicitur: Nonnunquam & *Syria Meſopotamiæ*, & *Syria Damaſci* idem ſunt: Nam & Damaſcus inter duo flumina *Abana & Pharphar* ſita eſt: Quo ref. verba *Pſal. LX.* 2. quæ de Syriâ Damaſci exponi debent. *II. Sam. IIX.* 6. per Meſopotamiam hæc ipſa Terra intelligitur;

ne-

neque enim David unquam ſubjugavit Syros inter Tigrim & Euphratem habitantes. Sequitur *Palæſtina*, etiam pars Syriæ, in tres ſciſſa Regiones: Una eſt *Palæſtina* abſolute dicta, habetque metropolim Hieruſalem; extenditurque uſque ad mare Mortuum & deſertum Cades Barne. Alia eſt *Palæſtina Cæſarea*, incipiens à Caſtro peregrinorum, & excurrens verſus Auſtrum Gazam uſque: Tertia dicitur *Palæſtina Galilæa.* Vendicat ſibi quoque Syria nonnihil de partibus Arabiæ &c.

De longitudine & latitudine Terræ Sanctæ.

GErhard: *Mercator in Atlante Min.* ſtatuit longitudinem hujus Terræ eſſe LXVII. milliarium, à monte Libano uſque ad deſertum Pharan; ejuſque latitudinem à Mediterraneo mari, ad Jordanem fluvium XVI. quandoque XIIX. milliarium ſeu horarum. At alii non ultra XL. milliaria ejus longitudinem, neque ultra XI. ejus latitudinem extendunt. Quod ſi quis, & Ammonitarum & Moabitarum accenſuerit terras, occupatas à Trib. Ruben, Gad & Manaſſe. Latitu-

do ejus erit XV. milliarium. *Hecat. Abderita apud Joſeph. lib.* 1. *contra App.* ait, hanc Terram continere τριακοσίας μυριάδας ἀρουρῶν. Verbo DEI, extendit ſe, à Dan termino aquilonari, ad Berſabe Auſtrum verſus.

Cæterùm fuit ea regio fertiliſſima, ut apparet ex *Deut. IIX.* 7. 8. *II. Reg. XIIX.* 32. Ubera boum ob nimiam abundantiam non emulſa lac ſtillarunt; ex arborum cavernis, ob nimiam mellis copiam, ſponte mel profluxit. *Eurip. in Bacch.* idem de eo Solo judicat: *Campus*, inquiens, *fluit lacte, fluit vino, fluit apum nectare fumus autem inde ſpirat, ut thuris Syriaci.* Quando vero *Strabo l.* 16. *Geog. ſterile & aridum Hieroſolymæ Solum nominat*, de iis temporibus loquitur, quibus DEUS ob peccata totam ditionem punivit: Et *Hieronymus* teſtis eſt, durante captivitate Babylonicâ Judæam nullas produxiſſe plantas, neque avem aut piſcem ibi ob DEI maledictionem, vivere potuiſſe.

Rari in hac Terra, ut in terris meridionalibus fieri aſſolet, imbres ſunt; Interim ſolum uber eſt, nam DEUS cum per irrigationes fluvii Jordanis] terram [exſiccatam humectat, tum liquido inſuper rore perfundit.

De

De Aquis Terræ Sanctæ.

NOn deſunt huic Terræ, Aquæ notabiles: Eſtque primo *Jordanis fluvius*, qui ipſe à Libano ad deſertum Pharan ſeu ad montes Seir profluit, quem, minus recte, cenſet eſſe centum circiter milliar. *C. Adrichom. pag.* 109. Nomen obtinuit à duobus fontibus *Jor*, & *Dan*, qui in unum alveum derivati, huic fluvio dedere nomen: accuratius vero originem ejus inveſtigantes, ſtatuunt eum fontem *Phialam*, (nomen ſortitum Græcum à figura; qui quanquam à Nilo multum diſtat, tamen eo exundante tumeſcit) autore enim Tetrarcha Trachonitidis Philippo, miſſæ in Phialam paleæ, repertæ ſunt apud Panium, fonti Dan redditæ. *Joſeph. de bello Jud.* l, 3. 18. ſcribit, *Panium eſſe ſpeluncam in monte amœniſſimo, eique ſubjectam in immenſum hiantem terræ divexitatem, plenam aquis ſtagnantibus, cui mons ingenti magnitudine impendeat, ſub cujus ſpelunca ſcateant fontes fluvii Jordanis:* quo nomine Phialam fontem Saraceni מירן aquas Dan, in hunc uſque diem appellant. Illuſtris eſt hic fluvius; atque il-

 lum

lum DEUS diviſit, ut ſiccis pedibus populus Iſrael, Duce Joſua eum tranſiverit: quod idem fecere Elias & Eliſæus: ibidem & Naaman à lepra eſt liberatus, cum in eodem lotus eſſet ſepties. Potiſſimum vero notari debet Fluvius, ob Chriſti Baptiſma in eodem habitum, tum & ob Trinitatis manifeſtationem ibidem factam; quæ illuſtris manifeſtatio locum dedit Proverbio: ito ad Jordanem & videbis, in quem credamus. Alias idem fluvius ripas alvei ſolens implet meſſis tempore, quod factum fuiſſe in Iſraelis tranſitu, tacente Scriptura, putat *Weiſſelius*; cenſeo, ad extenuandum hoc DEI miraculum. Cœterum permeat ille, & fluit Jordanus per lacum Samogonitem, tum per mare Galilææ, & demum quaſi invitus Aſphaltiten lacum ſeu mare Mortuum petit, à quo lacu bituminoſo & peſtilenti ebibitur, & laudabiles ſuas virtutes perdit. Idem fluvius, Prophetæ Joel cap. III. 18. ob magnam copiam arborum *Sitim*, fluvins *Sitim* appellatur.

Quod *Lacum Samagonitem*, ſeu, ut *Hieronym.* vocat *aquas Meron*, hodiè Maron dictas, attinet, Jordanus in eas ſe exonerat, tum qræſertim, qaando nives in Libano monte

te reſolvuntur in aquas, quæ tum ob terræ declivitatem Stagnum iſtud ibi efficiunt, cujus longitudo fuit LX ſtadiorum, latitudo XXX (Stadium autem eſt 125 paſſuum, hinc 8. ſtadia conficiunt unum milliare Romanum, i. e. mille paſſus. 32 ſtadia conſtituunt milliare Germanicum. commune.) Atque iſtæ aquæ æſtivo tempore, nonnunquam plane exſiccatæ, patiebantur arbuſta in modum denſæ ſylvæ ibidem excreſcere: Et hic locorum quondam Joſua obtinuit victoriam, contra Jabin, alioſque XXIV Reges. hodie iſtius Aquæ non eſt amplius ullum veſtigium.

Mare Galilææ (ſic dictum à vicina terra Galilææ,) ſeu *Tiberiadicum mare* (ab urbe vicina huic mari) ſeu *ſtagnum Genezareth*, (quod teſtudinis ſpeciem præ ſe fert) nunc Bavariæ ſeu Tabariæ lacus dicitur, teſte *Nigro Geogr. Aſ. com* 4. Neque hoc mare adeo amplum eſt, nam in medio circumnavigantibus terram undiquaque conſpicere licet. Circumdatum eſt Urbibus ampliſſimis Corazaim, Bethſaida, Gadara, Bethſan, Capernaum, Tiberiade &c. Hujus maris aqua ſemper frigida eſt, neque opus habet refrigeratione

Digitized by Google

per glaciem & nives, quod alias ibi in æſtate ſolenne eſt: tum idem mare piſcibus abundat. Hic Servator noſter Petrum, Jacobum Johannem, Andream piſcatores ſibi adjunxit: Eaſdem aquas ventis commotas verbo pacavit, & ſiccis denique pedibus calcavit: In earum denique medio, ebullitio quædam fieri dicitur.

Demum Jordanus ſe miſcet aquis *maris Mortui*, quod mare ſic dicitur, eò quod nihil quod vivat, in eo reperiri, nulloq; vento idem impelli poſſit. Dicitur quoque *lacus Aſphaltites*, bituminis: Ejus longitudo eſt octodecim, latitudo quinque milliarium Germanicorum. Planities hujus lacus dicebatur antea vallis Siddimorum. Sic enim *Moſes* de iſto loco *Gen. XIV.* 3. *Junxerunt copias ad Vallem Siddimorum, quæ jam eſt mare ſalſum.* Hic igne cœlitus delapſo abſumptæ quatuor urbes Regiæ, Sodoma, Gomorrha, Adama & Zeboim, quo nomine eadem ora Pentapolis dicebatur, eo quod Segor quinta civitas non eſt una ſubverſa. Miſera eſt ejus loci hodie facies, qui quondam Jordane irriguus medio, Paradiſus Domini videbatur: Cujus amœnitatem adhuc viciniſſimæ ar-

arbores Jericho, & Engaddi balſamum declarant, egregioque ſunt priſcæ ubertatis indicio. Vomit idem nigras bituminis glebas, natantes in undis taurorum capitibus carentium inſtar, neque niſi mulierum menſtruo & urina reſolvi valentes. Porro idem Mare & ſic ſe habet, ut graviſſima quæque in illud conjecta fluitent, neq; poſſit quidqam vi aut induſtria ad fundum ſupprimi. Auff dieſem Meer mag kein Schiff bewegt werden / und ſo ein Menſch darein gehet / und ihm das Waſſer bis zum Hufften kompt / ſo wirffts ihn uber ſich / das er nicht weiter zu Fus gehen mag. Dis Bach quillet herfur aus dem Grunde gleich als trieb es hervor ein heiſſes Feuer. Es iſt auff dieſem Meer allewege ein ſchwatzer Dampff / der auch Metall roſtig machet / wie ſchon ſie auch gepolieret ſeyn / inquit *Munſterus Coſmograph. l. 5. p.* 1347. *Brocardus in deſcript. Terr. S.* notat, *quocunque vapor ille à mari aſcendens impellitur, ibi terræ naſcentia non ſecus, ac ſi à pruina fuiſſent tacta, emori.* Unde & de edulibus & fructibus ad ripam hujus maris, præſertim in deſerto Engaddi naſcentibus, at in cineres abeuntibus, teſtantur præter alios, qui de pomis duntaxat

narrant, *Joſeph. l. 5. bell. Jud. cap. 5. Solin. Pol. hiſt. cap.* 39. cujus verba hæc ſunt: *Apud Sodomam & Gomorrham pomum gignitur, quod licet habeat ſpeciem maturitatis, mandi tamen non poteſt. Nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantum extima cutis cohibet, qua levi tactu preſſa fumum exhalat, & fatiſcit in vagum pulverem.* Idem commemorat *Cyprianus in Sodomis v.* 126. *Egeſippus* his addit, formatas uvarum racemos, *Tacitus lib.* 5. etiam manu ſatis, hæc evenire ſcribit. Huc tendit in cantico *Moſes*, *Deut. XXXII. v.* 32. *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de ſuburbanis Gommorrha: Uva eorum uva vellis & botrus amariſſimus.* Ex Pomis ad mare Mortuum naſcentibus, foris formoſis intus cinere repletis, didicit vanitates hujus mundi cognoſcere Salomon, qui hic hortos habuit. Inter glaream littoris paſſim offendimus ſalem, quo ſolum leniter attacto oculiſque manu contrectatis, confeſtim non modo cœcutimus, ſed & intenſa cœcitate laboramus; Unde & Thalmud ſæpe hortatur, ut tacto ſale, atque hoc præcipue, manum oculis ne admoveamus.

Quod Maria attinet extra Palæſtinam, quo-

quorum tamen crebra ſit in Scripturis mentio, offerunt ſe in primis mare Mediterraneum, & mare Rubrum.

Mare Mediterraneum, per medias terras diffunditur, & ſecernit Europam ab Africâ. In Scriptura dicitur *Mare Magnum*, quia omnibus Palæſtinæ maribus eſt majus: cumque totum occidentale latus Terræ Sanctæ alluat, recte monet *Hieronym. in æq. Hebr. in Gen. ad. cap.* 13. illud mare in S. Scriptura ſemper pro Occidente poni, ut *Deut. XI.* 24. ſicut contra mare Mortuum dicitur Orientale mare. Porro & poſterum ſeu *noviſſimum* dicitur, reſpectu maris mortui, *Deuter. XI.* 24. *Zachar. XIV.* 8. Mare *Rubrum* celebre quoque eſt in Scriptura eo quod tranſitum conceſſit Iſraelitis, ex Ægypto in terram Canaan, juſſu Dei migrantibus. Notat rubram Margaritam. Hieronym. ad Principium ſcribit: moris fuiſſe, auribus perforatis, Rubri maris precioſiſſima grana ſuſpendere. Græcis dicitur ἐρυθραῖος χιθος, hodie *Mar di Mecca*, ab urbe vicina natalitia Muhammedis: alias dicitur *Sinus Arabicus*, quia ei ab oriente vicina eſt Arabia. Aquæ ejus in proprio ſuo loco rubere dicuntur, ex vicinis monti-

tibus aduſtione rubentibus, quæ exhauſtæ propius ad alborem accedunt, littus vero lauros, olivas & juncos producere, unde Ebraice dicitur ים סוּף *das Schilffmeer.*

Explicatis iis, quæ ad communem Terræ Sanctæ deſcriptionem pertinent, jam ſigillatim ejuſdem Partes ſunt pervidendæ. Atq; iſta quidem Terra Promiſſionis, Iſraelitis in XII. Tribus diviſa eſt, ut *Joſ. XIX. v. ult.* Quæ Tribus trans Jordanem verſus Ortum habitent, qui termini earundem ſingularum, *Rubenis* puta, *Gad* & dimidiæ Tribus *Manaſſe*, id habetur *Joſ. XIII. Cap. XV.* termini tribus *Judæ* habentur, *Cap. XVI & XVII.* loca ad dimidiam tribum *Manaſſe* & *Ephraim* ſpectantia, notantur, *Cap. XIIX.* fines tribus *Benjamin* ſignantur *Cap.* XIX. terræ tribuum *Simeon*, *Zabulon*, *Iſaſchar*, *Aſer*, *Naphthali & Dan* enarrantur.

Quo pacto peracta ſit hujus Terræ diviſio per Sortem, id notat *Druſius in Not. ad loc. diff. Numer.* Interim nonnullæ Urbes, utpote maritimæ, ab Iſraelitis expugnatæ nunquam ſunt; cum ut probarentur Iſraelitæ *Jud. III. v.* 1. & 4. tum ut à vicinis domiti, ſeria pœnitentia ad DEUM converterentur, *Cap. III. v.* 15.

D

Digitized by Google

De Tribu Aſer.

FAmiliæ ejus Quinque *Jemna*, *Jeſſui*, *Bria*, *Heber & Melchiel*, poſterorum ſuorum quinquaginta tria millia & quadringenta, per ſortem miſerunt in terram pinguem vino & tritico abundantem, ex vaticinio Jacobi *Gen. XLIX. v.* 20. Tribus Aſer, quæ eſt pars Phœniciæ, Galilææ ſuperioris ſeu gentium verſus orientem, terminum habet tribum Naphtalim, verſus Boream montem Libanum & Hermon, cum campo Libani, verſus occaſum mare Magnum, quod hic dicitur mare Syriacum ſeu Phœnicum; verſus auſtrum partem tribus Zabulon, vel potius Jephtael torrentem. Levitis inhabitandas conceſſit urbes *Hacoc*, *Abdon*, *Roob*, *Alcath*, *Maſſal* & *Aſſer*.

Eleutherus fluvius, ex Libani montis radice in tribu Naphthalim ſcaturiens, inter Tyrum & Sidon mari miſcetur Magno. Is memorabilis eſt, ob teſtudinum copiam, & Jonathanum *I. Macc. XI. & XII.* 30.

Belus, fluvius minor inter torrentem Jephthael & Ptolemaidem, arenam & alia

alia metalla, ſi *Plinio* credimus, in vitrum commutat.

Phœnicia regio ampliſſima, ſe juxta ripam maris magni, extendit per tribum Aſer, Zabulon & Iſaſchar; ab Eleuthero fluvio ad montem Carmel, cui primus imperavit Rex Phœnix Agenoris filius. Hodie Syriæ accenſetur. Hæc regio, teſte *Mecellino lib.* 14. acclivis Libano monti, fuit clara, plena gratiarum, urbibus decorata magnis & pulchris, in quibus amœnitatum, celebritatæque nominum fuerunt Tyrus, Sidon, Berithus & cæteræ.

AntiLibanus eſt montium tractus continuus, à ſeptentrione in Auſtrum, Sidone ad montes uſque Tyri extenſus, abundat vineis. *Strabo lib.* 16, duo montes, ait, ſunt qui Syriam cavam includitur, Libanus & Antilibanus. Vide *Annot. Bibl. B. Parent. Deut. III. v.* 25.

Enoch, urbem Cain memoriæ filii primogeniti, prope Libanum exſtruxit, *Gen. IV.* 17. quæ ſi vera ſunt, antiquitate vincet iſta urbs omnes alias. Hæc extructa in ruderibus primæ per diluvium convulſæ; ſicut rectificata Hieruſalem idem adhuc nomen habet.

Sa-

Sarepta ſita inter Eleutherum & Sidon, eſt Sidoni ſubdita, unde & *Luc*. *IV*. 26. Sarepta Sidoniorum dicitur, diſtinguenda ab altera Sarepta, ſic dicta à confectione vitri, cujus artis officinas Sidonii ibi habebant; צרף enim ſignificat *conflavit*, *liquefecit*. Ibi viduæ oleum & farina, beneficio Eliæ non defecit; Ejuſdem ipſe reſuſcitavit filium, quem fuiſſe Jonam Prophetam, ex ſententia Ebræorum commemorat *Hieronymus in præf. Jonæ*. Sed Jonas ſe Hebræum, & non gentilem fatetur Nautis, *Cap*. I. 9. quomodo igitur poteſt eſſe filius viduæ Sareptanæ, quæ Hebræa non fuit, Sidoniorum enim erat Sarepta?

Cana major, non multum diſtans ab Eleuthero fluvio, alia eſt à Canâ minore tribus Zabulon, ubi Chriſtus aquam in vinum convertit. In medio relinquimus, num Cananæa, cujus filiam ab obſeſſione liberavit Chriſtus *Marc*. VI. *v*. 2. *Matth*. XV. 21. illius fuerit incola, an vero ideo Cananæa dicatur, quod ex Cananæorum poſteris fuerit prognata.

Tyrus urbis maritima (unde & ab Ezechiele, in mari ſita dicitur) ditiſſima & munitiſſima, nobile totius Aſiæ emporium,

rium, aquarum puris rivis irrigua; hortis abundat fructiferis, facitque ex variis mercibus quæſtum ampliſſimum; unde Zach. IX. ait: *Tyrum coacervaſſe argentum qſ. humum, & aurum veluti lutum platearum*; ad denotandas ejus ampliſſimas divitias. Non potuit ſceptris Iſraëlis unquam ſubjici; cum Regibus tamen Iſraël perpetuam amicitiam coluit, adeo ut Salomon Hiramo Regi illius, urbes adjacentes complures utendas fruendaſque dederit. Quæ tamen urbes, Hiramo non placuerunt, qui eas Chabal, per contemptum vocavit. Eaſque Hiramum Salomoni reddidiſſe, ex 2. *Paral.* VIII. 2. colligitur. Tyrii vero ſuperbire incipientes, *Ezech.* XXVIII. 2. tandem ſunt à Nabuchodonoſare & Alex. Magno ſuperati. Quos Chriſti aſſertores ibi repererit Paulus, *Act.* XXII. 2. explicat. Non procul hinc ingens lapis oſtenditur, cui inſiſtens Chriſtus audierit laudes ſuas decantari à muliere, *Beatus venter &c.* inquiente *Luc.* XI. 27. *Origenes* in Tyro mortuus eſt; Et *Ulpianus* JCtus ibidem natus, ſicuti ipſe teſtatur in Digeſt. Tit. de Conſ. Pl. de hac urbe notavit Guilhelmus Tyrius, de bello Sacro l. 13. c. 1.

Digitized by Google

Sidon *Joſ.* c. II. 19. לבח Rabba i. e. magna dicta, maritima urbs inter Adonis & Eleutherum fluvios, à piſcium abundantia, ita dicta: Phœniciis enim Sidona piſcem notat: vel potius nomen habet à Sidone, nepote Chami *Gen*. X. 15. Quam poſtea Phœnices amplificarunt, teſte Joſepho Benjamin in itinerario, Sidonem hodie *Syadam* dici, affirmat. Sidonii corraſerunt divitias cum ex lapidibus & lignis vicini Libani, tum ex purpurâ: Neque potuerunt unquam Aſaritæ eos, hac urbe exuere. Salomon Rex, domum ductis Sidoniorum filiabus, paulatim ad profanum cultum Deæ Aſthartis, quam colebant Sidonii, 1. *Reg*. XI. & 2. *c*. XXIII. inclinabat; perinde ut Jeſabel, Sidoniorum Regis Ethbaals filia 1. *Reg*. XVI. 31. maritum Regem Achab ad Baalis cultum malitioſe incitabat. Quia hæc urbs ſerificio fuit nobilis, hinc *Seiden*, ſeu ſericum dictum putant multi. Tyrus & Sidon maris dominæ dicuntur, *Ezech*. *c*. XXVI. 17. ut quæ Inſulis inſtructæ fuerunt adjacentibus, & rebus ad bellum gerendum neceſſariis.

Ptolemais maritima urbs Phœniciæ, & munitiſſima, adeò ut neque hinc priſtinos

Digitized by Google

cives poſſent expellere Iſraëlitæ, quamvis Paulus multos civium animos expugnaverit, ut Chriſtum verè agnoſcerent. *Act.* 21: 7. Mitto, quæ de hac Urbe in hiſtoriâ Machabaica occurunt. 1. *Mac.* V. 45.

De Tribu Benjamin.

B*Enjamin* filius Jacobi natu minimus, poſteros quadragies quinquies mille ſexcentos bello aptos, ex quatuor familiis ortos, *Bela*, *Asbel*, *Achiram* & *Suphan*, miſit in hanc Terram, qui tranſgreſſi Jordanem, conſtiterunt inter tribum Ephraim à Septentrione, & tribum Juda & Dan à meridie ſita. Urbes ejus tribus Sacerdotales fuerunt: *Hieroſolyma*, *Nobe*, *Bethphage*, *Almon*, *Gaban*, *Anathot*, *Gabaon* & *Almath*. Reliquis omnibus, vel hoc nomine celebrior eſt hæc Tribus ſanctæ Terræ, quod Civitatem ſanctam continet.

Jericho, itinere trium horarum à Jordane diſtat, urbs quondam ſplendidiſſima, muriſque cincta denſiſſimis, quos non arietes, ſed clangor tubarum Sacerdotalium deſtruebat, *Joſ.* c. VI. 20. illi per Athniel

ſunt

ſunt reſtaurati: In eandem veniens Chriſtus, in Zachæi divertit ædibus, *Luc.* XIX. 6. Aquas ejus loci amaras Eliſa, inſperſo ſale precatus condulcavit, & ſalubres 2. *Reg.* II. 21. reddidit. Ejus urbis campi ſunt feraces balſami, & palmitum, unde & *palmarum civitas* dicta eſt: Aliis *Luna civitas* dicitur à Luna, quod ea ibi primum conſpiciatur. Cæterum, an roſæ Hierochuntinæ, conſtantes XL. foliis, quotannis illa nocte, qua natus creditur Servator, folia ſua explicent, & mox viciſſim marceſcant, viderit *Saligniacus Tom.* IX. *c.* 6.

Gabaa claudit ſeptentrionale latus tribus Benjamin; fuit ea Sauli natalis Regia & Sepulchralis urbs; olim vero male audivit, ob ſtupratam alicujus Levitæ fœminam, quod facinus toti tribui Benjamin fuit exitio; præter ſexcentos, qui in rupe Remmon latitarunt, è quorum ſanguine tota tribus Benjamin reparata.

Gabaon, huic paulum verſus occaſum ſita, fuit iſta, cujus cives dolo confictο laceratis induti togis, circumvenere Joſuam, arreptis pacis conditionibus; fraude vero cognita Nathinæi dicti ſunt, deſtinati quippe ad perpetuo ſerviendum tem-

plo, portandis aquis & lignis inſtar aliorum ſervorum.

Bethel, domus DEI; dicitur quoque urbs in hujus terræ finibus ſeptentrionem verſus, nomen mutuata à Jacobo, migrante in Meſopotamiam *Geneſ*. XXIIX, qui ſomnians vidit ibidem DEUM ſcalæ innixum, & Angelos aſcendentes & deſcentes. Lapidem hujus rei memoriæ ibidem à Jacobo poſitum, Iſraelitæ poſtea adoratum petebant i. e. in honore habebant, ſicut Jacob adoravit Pharaonem. Ex montanorum Bethel antris, duo urſi invaſere pueros XLII. convicia in Eliſam Præceptorem eructantes.

Nobe in valle Raphaim, inhabitavit Abimelech panem propitiatorium & enſem Goliathi Davidi olim porrigens; quod cum ægre ferret Saul, manu Doeg miniſtri Sacerdotes XXCV. trucidavit, totumque oppidum igne atque ferro perdidit.

Galgale eſt, ubi ſubſiſtebant Iſraelitæ, Jordanum tranſgreſſi, circumcidentes præputia maſculis, quibus ob iter perpetuum in deſerto præputia adhuc ſupermanſerant. Deficiente Manna, cœperunt hic loci ſuis cibis rurſus uti Iſraelitæ. Tum aliquamdiu reſervatum eſt ibi tabernaculum, &

Area fœderis, propter quam Samuel Saulum unxit Regem ſecunda vice. 1. *Sam.* XI. 14. Cui ipſi loco, falſo perſuaſi, ſanctitatis neſcio quid poſteri tribuentes, cultum idolorum ibidem inſtituerunt, à quo Prophetæ eos avocare nituntur *Hoſ.* IV. IX. & XII. *Am.* V.

Hieruſalem, ſita in meditullio tribus Benjamin; dicitur κατ᾽ ἐξοχὴν Civitas, item *Civitas DEI & ſancta*, quippe non à gentibus ſed Judæis, ſancto populo inculta, ſeu quod cultus divinitus inſtitutus, publice ibidem celebrabatur; tum denique, quia ſe DEUS peculiari modo ibidem patefecerat: Solenne enim eſt S. literis, locum aliquem à peculari manifeſtatione DEI in eodem facta, Sanctum appellare: Quin & ob amplitudinem, qua reliquis omnibus urbibus magis erat conſpicua, civitas DEI dicitur, uti & cedri DEI dicuntur, hoc eſt, magnæ. Quod Patres ajunt, Hieroſolymam in medio mundo ſitam eſſe, id ſic debet intelligi, ut ſtatuatur eadem in confiniis Europæ, Aſiæ, atque Africæ ſita gentibus commodius potuiſſe veri DEI cultum proponere; ſicut alias Scriptura dicit quid in medio collocatum, quod ab aliis ex omni parte circum-

datur, etiamſi accuratius in centro quaſi eorum non ſit, uti & Judæi Babylonem deducti, in medio gentium eſſe dicuntur *Ezech.* XXXVI. 23. Nam alias in corpore rotundo & ſphærico, qualem eſſe Terram nemo negat, quodvis punctum appellari poteſt medium illius. Præterea & *Syon.* nominatur, ſeu filia Syon *Zach.* IX Magna enim pars urbis, & arx item Davidis monti Sijonis ſuperſtructa erat, unde naſci videbatur Abrahami σύγχρονος Melchiſedech Rex Salem, qui iſtam urbem incoluit: poſt eandem Jebuſæi, Canaanis poſteri, Reges Emorrhæorum occidentales, per octingentos & plures annos poſſederunt, unde & Jebuſæa appellata eſt, vid. *Joſ.* X. 5. Tandem Rex David, eam totam urbem cum arce occupavit armata manu 2. *Sam.* V. 6. voluitque, ut in poſterum eſſet caput & regia civitas totius Judææ. Sunt quibus ἱερουσαλὴμ, dicta à Græco ἱερὸν templum, & nomine Salomonis, qui templum ibidem ſplendidiſſimum exſtruxit, qua in ſententia nos acquieſcere non poſſum; nam ante Salomonis templum jam Hieroſolyma dicta fuit, ut patet ex cit. loco Joſuæ. Cum denique, ut pergamus, ſanctam eam Civitatem, ſuis

pec-

peccatis Judæi polluiſſent, evenit, ut Nebucadnezar Rex Babel aliquot ſeculis poſt, urbem cum templo funditus everteret, ita, ut maledictioni expoſita, per annos LXX: avibus & beſtiis tranſitum vix præberet. Ex quâ ſervitute, libertati reſtitutus populus domumque reverſus, urbem cum templo qualicunque modo reſtauravit. Tandem Herodes Aſcalonites, vulgi auram captans, magnis ſumtibus impenſis, templum iſtud priori Salomonæo aſſimilare conatus eſt, ejuſdemque ſplendorem depingit *Joſeph. Antiq. l. 15. c. 14.* In illo Servator mundi ipſe ſe ſtitit, oblatus ſcilicet *Luc.* II. 22. idemque ſua præſentia, doctrina, miraculis illuſtre reddidit. Iſto argumento evincitur contra Judæos, Meſſiam veniſſe ſtante adhuc templo poſteriori; Dicit enim DEUS *Hagg.* II. 9. majorem futuram gloriam poſterioris Templi, quam prioris. Sed externa ſane ornamenta Domus prioris erant longe majora; arca ignis cœlitus demiſſus, nubes, Urim & Thummim ibi erant; in ultimo templo non item. Quid ergo relinquitur aliud, quam ut dicamus Meſſiam Templo ſecundo ſtante venire debuiſſe, cujus tum præſentia majorem ſecundo tem-

Digitized by Google

plo, quam primo gloriam conciliatura eſſet? Quo argumento, quos oppugnaverint obſtinatos Judæi converſi, refert *Johan. Rainoldus Anglus, in cenſ. lib. Apocryph. T. 2. præl. c. 33. p. 82.* Neque vero & hujus reſtauratæ Sijonis ſplendor fuit perpetus. Titus enim Veſpaſ. ferro atque igne abſumpſit omnia, anno à Chriſti adſcenſu in cœlos, XXXIIX. Ælius Adrianus & Julianus Apoſtata ejuſdem urbis reſtaurationem fruſtra tentarunt, neque hodierna facies Codsbarich ſeu Urbis ſanctæ, ſplendorem ullo modo repræſentat. Exſtructa eſt urbs in quatuor montibus, *Sijon*, *Acra*, *Betzetha* & *Morija*. Portis circumdata eſt duodecim, è quibus in omnes Terræ Sanctæ partes patebat exitus. *Mons Sijon* in forma dimidii circuli, iſtam civitatem per totum tractum auſtralem ambit, & continet arcem, ſepulchrumque Davidis auro repletum, & palatia Pontificum Hannæ & Cajaphæ. Hic mons præ reliquis eminens, certos gradus habet, per quos in reliquas urbis partes deſcenſu opus eſt. Vallis interjecta inter Sijonem & reliquas urbis partes, à porta aquarum uſque ad portum piſcium, appellabatur *Vorago Mellis*, poſt *Vallis Tiropeion*,

ton. Iſta Auſtralis pars Hieroſolymæ, verſus ortum habet turrim Siloah, cujus lapſu XIIX homines ſunt concuſſi, *Luc.* XIII. 4. Mœnia ejus partis occidentalia duriſſimo lapidi angulari ſuperſtructa, qui ipſe eſt, quô cum in Sacris Chriſtus comparatur, unde & Chriſtus lapis angularis dicitur. Prope voraginem Mellis, ſita erat turris David, quam ille ex lapidibus & ferro arctiſſime coagmentarat, cum cujus robore Sponſæ Chriſti fortitudô comparatur, *Cant.* IV. 4 ubi hæc habentur: *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis; Mille clypei pendent ex eô omnis armatura fortium.* Quicquid reliquum erat, inferiori civitati tribuitur, ſeu filiæ Sijon, quæ quaſi ex monte Sijon videbatur naſci, vel civitati novæ, cui occidentem verſus adjacet *mons Acra*; atque illa pars urbis haud adeo illuſtris eſt, niſi quod continet palatium Machabæorum, ſeu Herodis Agrippæ, domum Ananiæ Pontificis, caſtrum Piſanum, Regiam Bernices. *Monti Bezetha*, ſecunda ſeu nova civitas ſuperſtructa; quæ triplici muro includitur, primus; qui & antiquus dicitur, eam ab urbe reliqua ſecernit; alter medius eſt; dividitque hanc civitatem in partes duas; ter-

tertius ſeu exterior, claudit ſeptentrionale latus Urbis Sanctæ. Atque hæc urbis pars, continet palatium Herodis, ubi Chriſtum Tetrarchæ Galilææ ſtitit Pilatus, & Angelus Petrum catenis vinctum, è carcere redemit: illa mercatoribus, operariis & id genus aliis erat repleta; Eidem novæ Civitati vicinus eſt mons Calvariæ, locus item ſepulchri Dominici, ubi hodie Franciſcani creant milites ſancti Sepulchri, quorum Præfectus in monte Sijon diplomatibus inſtruit peregrinos, unde conſtet eos ibi fuiſſe. Quartus *mons Morija*, verſus Septentr. habet piſcinam probaticam ſeu ovinam, vel Betheſdam lacum, hoc eſt, domum effuſionis; ubi confluebant aquæ pluviæ, quæ ab angelo quotannis commotæ, ſanabant quoſvis morbos. In iſta, ex Salomonis inſtituto, lavabantur pecudes litandæ: hinc eſt, quod eam *Joſeph. l. 6. bell. c. 2.* nominat ſtagnum Salomonis. Sunt, qui putant hic olim reconditum ignem ſacrum à Sacerdotibus, ubi Nehemias reverſus aquam reperiſſe dicitur II. *Macc.* I. 20. *Hieronymus de loc. Hebr.* notat hanc piſcinam quinque conſtitiſſe porticubus, ut mox lavari poſſent hoſtiæ, ubi notat *Benj. Tudelenſ. in itiner.* Judæos

Digitized by Google

dæos adhuc parietibus nomina ſua inſcribere. In eodem monte exſtructum Templum Domini à Salomone, abſque ullo mallei ſonitu, ſpatio ſeptennii, ex præſcripto ideæ, quam Spiritus Domini Davidi ſubminiſtraverat; perinde, ut Moſes etiam ad Tabernaculi exſtructionem, tali idea divinitus monſtrata uſus fuerat. Tertius ambitus templi ab Herode Aſcalonita adjectus, dicitur atrium gentium, cujus porta ſpecioſa ſeu orientalis, alta erat cubitos XXX. incruſtata ære Corinthiaco; proximus ambitus, Judæorum atrium, ſolis Judæis introitum concedebat: Porticus dicebatur Salomonis altitudine cubitorum, L. Atque hujus atrii januis Tabulam, hac inſcriptione ajunt præfixam: *Omnis alienigena tranſiens locum ſacrum, moriatur.* In eo atrio Chriſtus ſæpius cum Scribis & Phariſæis diſputavit. Sanctum denique, quod Sacerdotes ſtolis ſacerdotalibus induti, h. e. ſervituri Domino introibant, *atrium ſacerdotum* dicebatur, cujus porta cubitorum erat nonaginta; quanquam præterea ſatis portarum erat, per quas ad hæc ſacra obeunda hominibus aditus patebat; quod vel hinc palam eſt, quod ducenti homines vix pares erant januis quotidie clau-

claudendis & recludendis. In remotiſſima hujus atrii parte, *Sanctum Sanctorum* ſitum erat, quod nulli introire licebat, niſi ſoli Pontifici, atque id non niſi quotannis ſemel, idque in expiationis feſto; Hoc intimo templi loco reſervabatur olim Lex Moſis, Arca fœderis continens tabulas Moſis, Aaronis virgam & Mannæ vaſculum. Atque de hoc tanto templo, quod prædixit Servator diſcipulis; *non relinquetur lapis ſuper lapidem, quin deſtruatur*; id eodem decimo Auguſti die, quo Salomonis templum à Nabuchodonoſore devaſtatum, flammæ perfecerunt, injectæ à milite Romano Duce Veſpaſiano. De urbe Hieroſolyma varii ſcripſerunt, & in peculiaribus *ſeptem libb.* de eadem egit *Adamus Reuſnerus*. De locis extra eam urbem, omnem plagam verſus, varia notat *Adrichom. in Theatr. ſuper Jeruſulem*, qui præter cætera de torrente Cedron, ad orientem Hieroſolymæ per vallem Joſaphat & Gehennon, fluente in mare mortuum, ſcribit, quod lictores vinculis Chriſtum compingentes, in iſtum torrentem egerint præcipitem, idque denotatum fuiſſe à Davide *Pſal.* CX. 7. *De torrente in via bibet.* Non procul à templo ſeptentrionem
ver-

verſus, ſita eſt *arx Antonia*, ſic dicta ab Herode M. in memoriam M. Antonii Triumviri: in ea perpetuis excubiis Romani videbant, ne turbas excitarent Judæi in templo, &, quo compeſcerent eo melius ſeditioſos, cryptis ſubterraneis ex arce in templum procedentibus, illud poterant nec opinantibus Judæis invadere. Ante tempora Romanorum, eam incolebant Pontifices ex Macchabæis orti, quo Templo maxime vicini eſſent; quid? quod lapideus arcus pontem ſuſtinens, templum cum arce Antonii connectebat. Urbis hujus Hieroſolymæ Deſcriptionem vid. apud Chytræum in *libr.* Judicum *cap.* 1. *p.* 65.

Levitis, qui vitulum in deſerto non adorarunt, ſed potius ſtricto gladio in caſtris circumcurſitantes, tria idololatrarum millia occiderunt, nulla in hac Terra concedebatur hæreditas; DEUS enim peculiariter illis providerat Decimis, Sacrificiis &c. eoſque κλῆρον ſpiritualem conſtituerat, *Ego*, inquiens, *Num.* XVIII. *v.* 20. *Portio tua & hæreditas tua;* ſed tamen per ſingulas Tribus peculiares civitates, certoſque reditus annuos nacti, decimis annuorum fructuum, primis pecorum fœtibus,

pri-

primitiis tonſuræ ovium, & omnium terræ frugum vivebant. Erant iidem præterea exemti à cenſu publico, militia & oneribus ſecularibus. Urbium XLIIX. Leviticarum, quas in fronte ſingularum tribuum, tres ultra & tres citra Jordanem, *Gaulon*, *Baſor & Ramoth Galáad*, quæ ultra, & *Hebron*, *Sichem & Cadeſam Naphthalim*, quæ citra, dicebantur urbes Refugii; in quibus, ſiquis ex improviſo alterum occidiſſet, per vitam Pontificis, ab hoſte tutus eſſe poterat. Et Levitis præcipue demandata protectio inſontium, ut fervore cohibito, Reisſpe relicta, indulgentia ſummi Pontificis Chriſti adumbraretur; qui mos ad gentes quoque profectus, faciebat ut templa & altaria veniæ ſpem vel pœnæ dilationem pollicerentur eo fugientibus. Iſtarum urbium Refugii, accuratam rationem enarrat ex *Paulo Fagio*, *Pelarg. in c.* XXXV. *Num.* ubi notat inter alia: æquali ſpatio omnes à ſe invicem diſtitiſſe, vias eo ducentes planas fuiſſe; neque fugientes impediri debuiſſe, ſed cingi duobus ſapientibus viris, qui ultorem blandis verbis detinerent: ipſas neque magnas nimis, neque parvas, neque iis mercibus inſtructas fuiſſe, ſub quarum emendarum

ſpe-

ſpecie ultor eas poſſet ingredi, &c. In deſerto aſylum erat, altare & caſtra Levitarum *Exod.* XXI. 13. Eodem modo & nunc afflicti, ſolatium petituri, ad miniſtros Domini ſe conferre ſæpius jubentur; uti quondam leproſi: Siſtite vos ſacerdoti erat proverbium ad omnes afflictos. Summus vero Sacerdos Hieroſolymæ continuo habitans, videbat, ut omnia in templo Domini decenter peragerentur, quoties Judæi ſacra peracturi ſe ibi ſiſtebant. Regnante Davide, Levitarum triginta & octo millia, iique omnes trigeſimo anno ſuperiores, in claſſes XXIV. dividebantur, ut in poſterum per vices, ſeptimanis ſingulis ſacris occuparentur 1. *Paral XXIV* holocauſtis ſcilicet immolandis, Pſalmis canendis vel voce, vel cymbalis aut nablis, thure incendendo, ſanctis vaſibus templique portis cuſtodiendis. Synagogas Hieroſolymis XXV. fuiſſe, *R. Salomon ad cap. Eſ.* I. *ex Peſitha comment. vetuſto in Legem* refert, quem numerum dictio מלתי *Eſa.* I. 21. complectitur.

D:

De Tribu Dan.

ET hæc Tribus, facta ſeparatione Judæ & Iſrael, Regum Iſraël fuit. Unica *Suhamitarum* familia, conſtans ſexaginta quatuor mille quadringentis viris, occupavit eam Palæſtinæ partem, tribui Ephraim & Benjamin contiguam, inter mare occidentale, torrentem Soreck & montana Judææ, quæ initio tribui Judæ erat aſſignata *Joſ. XIX.* 1. *&* 40. & cum tribu Simeon, Daroma exterior dicta eſt. Continet urbes Sacerdotales has, *Bethſames*, *Gahathon*, *Ajalon*, *Elthece*, *&* *Gethremmon*.

In tribu Dan, heros *Simſon* hoſtibus fortiſſimis æque fortiter reſtitit. Eadem habet ejus patriam *Saraa*, item *Sorek* deceptricis Delilæ civitatem, *Thamna*, ubi Philiſtæam uxorem duxit, & Leonem laceravit; fontem denique & ſepulchrum ejus.

Geth (quod torcular ſonat, nomen pl. urbibus commune, ut *Geth Opher*, Jonæ patria, *Gethceſin Joſ.* 19. *& Jud.* 12.) fuit Philiſtæorum urbs ampliſſima, cujus incolæ ob immanem corporis ſtaturam, aliis horribiles viſi ſunt, quod vel ex uno Golia-

liatho hic nato apparet. In illam confugit David, ob perſecutionem Saulis, ubi tunc regnabat Achis filius Maoch.

Fons Æthiopis, adjacet torrenti Soreck, prope quem Eunuchus Reginæ Candaçes, fontem ſcaturientem in vitam æternam reperit, à Philippo baptiſatus *Actor.* VIII. *v.* 36.

Kariathjarim urbs proxima tribui Judæ & Benjamin, reſervavit arcam fœderis in ædibus Abinadab, donec transferretur à Davide Hieroſolymam; fuit etiam patria Prophet. Zachariæ & Uriæ, quorum ille dicitur occiſus Hieroſolymis inter templum & altare 2. *Paral. XXIV. Matth. XXIII.* 35. hic à Rege Jojachimo.

Accaron vel *Ecron* prope adjacet mari magno, ubi David obtenturus Michol Regis Saulis filiam in uxorem, Philiſtæis ducenta præſcidit præputia. Ejuſdem urbis incolæ, intra muros receperant idolum Beelzebub, cujus intuitu falſam & inanem ſalutis ſpem, Rex Iſrael Ochozias conceperat. II. *Reg.* I. 2. de hac Sophon. II. 4. *Accaron eradicabitur.*

Azotus, una ex præcipuis Philiſtæorum urbibus, hoſpitium fuit filiorum Enachin & Idoli Dagon, collapſi ob præſentem

Arcam fœderis: In eandem Philippus à Spiritu translatus; ipſum Dominum fœderis per verbum incolis obtulit. *Actor.* VIII. 49. Hujus habitatorem, DEUS *Amos, c.* 1. *&* *Soph.* 2. minatur ſe exterminaturum. Etiam *Zach.* IX. legimus, *Spurius ſeparatus, confuſus alienatus ſedebit in Aſdod.* i. e. confuſo & promiſcuo populo habitandam. Hinc à Jonatha Maccab. incenſa dicitur. 1. *Macc. X.*

Joppe emporii nobiliſſimi conditorem cenſent Japhetum. Ad ejus portum materia templi Hieroſolymitani, ex Libano relata eſt. Jonas Joppe navim conſcendens, fugit à facie Domini. Simon coriarius, hujus urbis civis fuit, qui Petro ad Cornelium citato hoſpitium præbebat.

Torrens hujus tribus, ſuppeditavit quinque glabros lapides Davidi, quibus immanem Philiſtæum confecit.

Philiſtæi i. e. pulverulenti, à LXX Interp. ἀλλόφυλοι dicti, quia diverſum habebant cultum ſacrum à religione & ceremoniis Judæorum, & ſtatura corporis differebant ab aliis hominibus; A turre Stratonis Gazam uſque regnarunt, in locis maritimis *Joſeph. l.* 13. 3. perinde ut Phoe-

ni-

nicii iſthæc poſſidebant loca maritima, quæ erant inter turrim Stratonis & montes Libani. Philiſtæorum porro Satrapiæ & urbes celeberrimæ; *Gaza*, *Aſcalon*, *Azotus*, *Accaron & Geth*, *Jud.* III. 3. ſæpius Iſraelitis imperarunt, à quorum jugo viciſſim per Judices & Reges liberabantur. Quæ mala his Philiſtæorum urbibus DEUS comminetur, *Amoſ. c.* I. 6. *& ſequ.* videre eſt.

Philiſtaa oram Chananææ maritimam tenuit, (unde *Sophon.* 2. *funiculus maris*, dicitur.) Et mare illud omne quod occidentalem Chanaan alluit, Palæſtin dictum. *Exod.* 23. 31. *Ponam terminos meos, à mari Rubro uſque ad mare Palaſtina.*

De Tribu Ephraim.

EA eſt pars Samariæ; quam Ephratæi capita familiarum habentes *Suthela*, *Becher*, *Theen & Heran*, triginta duo mille quingenti bello apti, loco Joſephi ſortiti ſunt poſſeſſionem inter tribum Manaſſe cis Jordanem, & tribum Benjamin; quorum latus orientale Jordanis fluvius, occiddentale mare Magnum claudit. Quæ Tribus cum latiſſime pateat, Ephraim

quandoq; ſumitur pro toto regno Iſraëlis, ſeu decem Tribubus. *Jer.* VII. 15. *Eſa.* XXVIII. 1. In Oſæa ſæpe ideo Judæi & Ephraimitæ opponuntur, ut hi ſint iidem cum Iſraëlitis: Ubi vero in Sacris Iſraëlitæ & Ephraimitæ conjunguntur, *Oſe.* V. 3. ibi unum per alterum exponitur. Idem potiſſimum ob Jeroboamum ex tribu Ephraim prognatum, ad quem primo decem Tribus defecerant, fieri vero eſt ſimillimum. Levitarum urbes in ea Tribu erant *Helon*, *Sichem*, *Bethoron*, *Gethremmon*, *Jecmaan*, & *Gazer.*

Silo ſita in monte excelſo, itinere duarum horarum diſtat Hieroſolymis, conſervavitque ſatis diu Tabernaculum Domini, frequentia videns populi ſacrificia ac preces, uſque ad Samuelis annos.

Dan & *Bethel* montes, juxta viam, quæ Samaria ducit Sichem, in quibus Jeroboam collocavit vitulos aureos, ne amplius ad rem ſacram peragendam Hieroſolymam contenderent Iſraëlitæ, ubi tum Judaica erat Regia. De altero autem Bethel in tribu Benjamin, id non videtur eſſe vero conſentaneum, cum facto ſchiſmate Jeroboam in terras Regis Rehabeam, Judæ nempe & Benjamin nihil ha-

be

beret juris & imperii Atque hoc videtur facem allucere illi, quod habet *Oſ c.* IV. 15. *&* 17. *c.* V. 8. ubi mentionem facit alicujus *Bethaven*, in quo Ephraim ſe idolis aſſociaverit; qui locus nullus eſt alius, quam is, ubi Jeroboam idolum, quod res vana erat & nihili, poſuerat, id quod poſtea Rex Judæ Joſias deſtruxiſſe, & igne abſumpſiſſe perhibetur 2. *Reg.* XXIII. 15. 1. *Reg.* XII. 32.

Baal Berith eſt ille locus, in quo Judæi primum relicto vero DEO, Baali rem divinam fecerunt, in cujus honorem fanum exſtruxere prope montem Garizim, *Jud.* VIII. *v.* 33.

In hac vicinia ſunt montes *Garizim* & *Hebal*, quorum ille fontibus amœnus, Ebal aridus & ſaxis plenus eſt: In Garizim Joſua coram arca publicavit Legem, & obſequentibus fauſta promiſit omnia: In Hebal vero pœnam deſtinavit refractariis, populo acclamante, Amen. *Joſ.* VIII. *v.* 33. Ultimis denique temporibus, cum Manaſſes Samaritanam Saneballat, Guthæi Ducis Regis Perſarum filiam duxiſſet uxorem, & eo nomine à Judæis ejectus eſſet, ibi templum parum diſſimile Hieroſolymitano exſtruxit, ſub quo

Digitized by Google

dein Pontifice & aliis ibi ſacrificarunt Samaritani, donec & multi Sacerdotes, ac Judæi intricati ejuſmodi conjugiis, eo ſe ad rem ſacram peragendam conferrent: Quod ædificium, cum gente Guthæorum Perſica, quæ captivorum Judæorum loco eo à Salmanaſſare miſſa erat, ducentis demum annis poſt Hircanus deſtruxit. *Joſeph. l.* 13. *Antiq. c.* 15. Ad illum locum ſanctum intendit digitum Samaritana *Joh.* IV. 20. *Patres noſtri*, inquiens, *adorarunt in hoc monte &c.* quæ ipſa ibi Chriſtum quoq; de aqua vitæ diſſerentem audivit. Atque ideo Chriſto quoque hoſpitium in Samaritanorum terra denegabatur, quod facies ejus eſſet proficiſcentis Hieroſolymam, *Luc.* IX. 53. & eo ipſo illorum ſacra ſpernentis. Iſta, quam diximus, de vero templo Domini controverſia, tandem delata eſt ad Ptolomæum Philometorem, ubi Samaritanorum cauſam egere Sabbæus & Theodoſius. Andronicus autem Hieroſolymitanorum. Hic propoſuit ſuas rationes ex lege DEI, *Deut.* XII. & ex ſucceſſione continua Pontificum Garizitani contra nihil cauſæ dare potuere: Tandem Sabbæus cauſa cadens, ſupplicio addictus eſt cum Theodoſio, ſtatutumque; Templum

plum Hieroſolymitanum eſſe ex præſcripto Legis Moſis conditum , non attento Patrum Abrahæ & Jacobi exemplo. Haud procul ab eo monte ſitum ſepulchrum Joſephi , cujus oſſa ex Ægypto translata ibidem repoſita ſunt.

Samaria prope abeſt à finibus Tribus Manaſſe , fuitque caput regni Iſrael, exſtructa ab Amri , (qui eſt Sextus Rex Iſraëlis 1. *Reg.* XVI. 22.) Rege in monte Samaro , unde & nomen habet. Atque ibi ſepulti ſunt Eliſæus , Abdias & Johannes Baptiſta. De fame Samaritanorum ſub Rege Joram, vid. 2. *Reg.* VI. De eorundem religioſo cultu in hunc uſq; diem, lege *Benjamin Tudelenſem in itiner.* Hoc nomine & Judæis parum erat cum illis commercii, quippe qui nec ex eodem cum iis bibebant poculo , ſed eorum vaſa immunda judicabant.

Ramatha ſita eſt in eo hujus Tribus angulo , ubi termini Tribus Benjamin & Dan concurrunt , puta in monte Sophim , haud procul à mari Magno. Hic Proph. Samuel natus; hic plurimum vixit , hic ſepultus eſt , poſtquam ibidem Saulum Regem unxerat 1. *Sam.* X. 1. Tum denique ex eadem Civitate oriundus erat ille Joſe-

phus, qui mortuo Chriſto ſuum grabatum conceſſit.

Sichem ſeu *Ephron* proxima montibus Garizim, Bethel & Dan, quo Abraham & Jacob quondam conceſſerunt habitatum, devaſtata eſt à Jacobi filiis ob defloratam ſororem Dinam, *Gen.* XXXIV. 2. quod idem ei contigit ab Abimelech. *Jud.* IX. *v.* 5. Sed reſtauravit eandem Jeroboam 1. *Reg. XII.* 25.

Machmas limitibus hujus terræ verſus Tribum Benjamin proxima eſt, iſta, ubi Mater Domini obſervavit filium JESUM abeſſe, & Hieroſolymis remanſiſſe, quo & revertebatur. *Luc.* II. 44. Atque huc etiam Jonathanem Maccabæum habitatum couceſſiſſe 1. *Macc. IX. v.* 73. legi-mus.

Tamnath Hares incoluit Joſua, & ſepulchro ſuo Solis figura inſignito, eo quod precibus ſuis Solis curſum inhibuerat, locum reddidit celebriorem *Jud.* II. 9.

De Tribu Gaad.

SIta eſt ea terra inter Tribum *Ruben*, & dimidiam Tribum *Manaſſe*; verſus ortum à deſerto Arabiæ ſeu regione Phila-

Digitized by Google

ladelphia, ſecernitur rupibus Arnon, & montibus Galaad: verſus occaſum terminus ejus Tribus eſt Jordanus, verſus Septentrionem torrente Jabock, excepta urbe Mahanain, à Tribu Manaſſe ſecernitur. Eadem illa Tribus in ſex diviſa familias, *Sephonis*, *Aggij*, *Oznij*, *Herij*, *Arodi & Arielis*, occupavit ultra Jordanem mediam Amorrhæorum terram. Levitarum urbes erant in ea hæ: *Ramoth Galaad*, quam Achab eripere volens Syriæ Regibus, ictu ſagittæ juxta, Micham periit. 3. *Reg*. IV. *Mahanaim*, *Jazer & Maſpha*.

Torrentes Arnon exiliunt ab uno ſaxo montium Galaad, & unus ad Jordanem vertitur, ut dividit tribum Gad. alter autem fluit in mare Mortuum. Notandum, in hac tribu *deſertum Mahanaim*, juxta Jaboc torrentem, ubi Jacobo Eſavi fratris violentam irruptionem timenti, apparuerunt aliquot exercitus Angelorum, unde & ille locus nomen eſt ſortitus. Poſtea ibi urbs quoque exſtructa eſt, in qua David aliquamdiu fugiens Abſolonem latitavit, ubi & Isboſeth Sauli filius regnavit.

Rabba, quæ dein à Ptolom. Philadelpho Philadelphia dicta eſt, ob fontem torrentis

Digitized by Google

Jaboc, Urbs aquarum dicitur; eam David Duce Joab expugnavit, poſtquam Uriam Hethitem ibidem gladio Ammonitarum occidiſſet.

Thesbe Eliæ Prophetæ patria, ſita eſt fere in media Tribu Gad; à qua ille Thesbites appellatur.

Maſpha illa urbs eſt, ubi habitans Jephthe, Iſraëlem per annos aliquot judicavit. Huc redux ex victoria contra gentes vicinas Ammonitas, obviam habuit filiam, quam ex præcipitanti voto victimam obtuliſſe putatur, poſtquam in montibus Galaad cum aliis virginitatem deploraſſet, quam ipſam ibidem virgines Iſraelis quotannis quatuor diebus deplorarunt: (loquimur autem cum Scriptura, de ſenſu nunc non diſputamus.) Eadem urbs non procul abeſt à montibus Galaad, & reperitur in extrema parte ſeptentrionali Tribus Gad.

Prope *Saltum Ephraim*, ſuperatus in prælio Abſolon à Patre Rege Davide, de arbore pendens à Joabo transfoſſus eſt. Ea ſilva repleta erat feris animalibus, à quibus multos eſſe ex Abſolonis exercitu dilaceratos, narrat *Hieronymus:* hinc puto Davidem adeo contriſtatum fuiſſe,

exi-

Digitized by Google

exiſtimavit enim filium Abſolonem per transfoſſionem ſuſpenſum, à beſtiis dilaceratum fuiſſe, ita ut ejus videndi copiam non habere amplius poſſet.

De Tribu Iſaſchar.

Retrocedendum nunc ad *Galilæam*, optimam Syriæ Provinciam, Libano & Samaria terminatam. Dividitur ea in *ſuperiorem* & *inferiorem*. *Superior* continet Tribum Naphthalim & Aſer, quæ & *Galilæa gentium* dicitur, eo quod iis eſt proxima, vel quod Salomon Regi Tyriarum gentium Hiram XX. ejus urbes dono dedit. *Inferior*, Tribus Zabulon & Iſaſchar complectitur. Initio ſola illa pars, quæ mari erat vicina, nomen Galilææ tuebatur, ſed annorum decurſu idem hoc nomen quoque vicinis partibus obtigit, & hinc alia facta eſt ſuperior, alia inferior. Utramq; Galilæam Chriſtus in diebus carnis ſuæ præſentia ſua cohoneſtavit, unde & Galilæus ab hoſtibus & Juliano dictus eſt. Joſephus ſua tempeſtate CCCCIV. urbes & pagos in ea terra numeravit, quorum minima, *eodem* teſte *de bell. jud. lib.* 3. *cap.* 2. pluſquam 15000. colonorum habuit.

Æta-

Digitized by Google

Ætate Chriſti Galilæi Judæis exoſi erant, eo quod plurimi ex illis prognati fuerant, quos Salmanaſſer ex Aſſyria eo miſerat; tum &, quia in religionis negotio non idem cum Iſraëlitis ſentiebant; & denique quia lingua & moribus diſcrepabant.

In terra Galilææ reperitur tribus *Iſaſchar*, cujus familiæ quatuor; *Thola*, *Phua*, *Jaſub* & *Semram*, conſtantes ſexaginta quatuor mille & trecentis; ſedes ſuas fixerunt intra mare Galilææ, torrentem Ciſon, qui duo maria, Galilææ & Occidentale connectit, mare Magnum & tribum Manaſſe. Tractus montium Hermon & Gelboë, potiſſimam hujus tribus partem ambitu ſuo complectitur. Urbes Sacerdotales continebat iſtas: *Ceſion*, *Dabereth*, *Anem*, *Cedes*, *Ramoth*, *Engannim*, *Rooba & Jaramoth*.

Gelboë montes ſteriles & petroſi, à fonte Jezraëlis verſus ortum extenduntur Ramoth uſque: In iis Saul contra Philiſtæos bella gerens, cum filio Jonathan interfectus eſt: Quamobrem David illis montibus maledixit, ne illos unquam pluvia aut ros humectaret. 2. *Samuel*. I. 21. 2. *Paral*. *IX*. 20.

Her-

Hermon mons, ab oriente à mari Genezareth extenditur Nain uſque, ubi Chriſtus viduæ filium reſuſcitavit: Ejus longe melior erat conditio ob fœcunditatem qua fiebat, ut pratum eſſet jumentis Hieroſolymæ ad victimam DEO offerendis.

Mons Carmel, ſitus in hujus terræ parte occidentali, perparum diſtat ab amne Kiſon, ubi is mari magno miſcetur. Præbebat iſte mons gratam habitationem Eliæ, Eliſæ, & Prophetarum filiis, quorum ſimiæ his temporibus Monachi, inde Carmelitæ dicti, eſſe geſtiunt, ut notum eſt ex *Hoſpin. de Monachis. cap.* 3. *l.* 6. *p.* 192. In iſto monte conſtitutus Elias cœlum ſuis precibus reddidit nubilum. 2. *Reg.* II. 35. De ejuſdem montis arboribus frugiferis, vineis, odoriferis herbis &c. multa habent ſacræ literæ. Ob ejus fertilitatem *Carmel* appellative ſæpe pro loco fertili ſumitur, ut 2. *Paral. XXVI.* 10. *Jer.* II. 7. *Vos deduxi in terram Carmeli* h. e. fertilem, quorum ſimilia vide *in Annot. Bibl. B. Parent. V.* 1. *p.* 363. *&* 625.

Terra Naid Carmelo vicina, inhabitata fuit à Caino, ubi & civitatem exſtruxit, ut habet *Joſeph. l.* 1. *Antiq. c.* 4. Poſt Lamech

mech ibidem eum ex improviſo ſagitta dicitur occidiſſe.

Suna civitas prope fontem Jezraëlis, vidit Carmelo Hierichuntem identidem transeuntem Eliſam, qui filium Sunamitidis reſuſcitavit. Et Abiſach fuit virgo Sunamitis, quæ capulo proximum Davidem noctu calefecit in ſinu. 1. *Reg.* I. 3.

Endor in montis Hermon cacumine exſtructa, eſt ex mente *Joſephi* ille locus, ubi Abrahamum quondam Melchiſedeck pane & vino refecit. *Geneſ.* XIV. 18. Ibidem poſt aliquot tempora Pythoniſſa ſtitit Saulo Pſeudo Samuelem. 1. *Sam.* *XXVIII.* 12.

De Tribu Juda.

Videndum tandem & regnum Juda, unde merito debuiſſet fieri initium, quippe quod ipſum duabus tribubus conſtans, Juda & Benjamin, cæteris tribubus ad Jeroboamum à Roboamo deficientibus, ſtirpi Davidis Hieroſolymis regnanti ſemper adhæſit. Juda, Jacobi ex Lea filius, de ſe prognatos ex tribus familiis, *Sela*, *Pharez* & *Zare*, in hanc terram miſit

Digitized by Google

ſit ſeptuaginta ſex mille quingentos, quibus omnibus ſors aſſignavit portionem, quæ eſt inter mare mortuum, montes Seir h. e. hirſutos, ſeu Eſau, montana Judææ & tribum Benjamin. Iſta Tribus reliquis ſemper imperavit, adeo ut & ſæpius cæteræ tribus hujus partes habeantur, ſicut varia ad tribum Simeon & Dan ſpectantia, in meditullio Judææ contigiſſe ſacræ literæ narrant.

Nuncupatur alias *Daroma interior*. i. e. proprie ſic dictum medulla. In ejus Terræ latebris ſe ut plurimum abſcondebat David Saulum fugiens. Hic enim eſt *deſertum Engaddi & Ziph*, *Saltus Areth*, *Hachila urbs*, *Sela Mahelcoth*, *locus agri Ziphani*; *Ceila civitas*, *Petra in deſerto Maon*, *Spelunca Odollam &c.* Terra, præterquam quod raros habet fluvios, ſatis vivendo apta. Levitæ in ea hæc poſſederunt; *Hebron*, *Lebna*, *Eſtheni*, *Jether*, *Jethan & Holon*.

Hebron primum *Arbel* dicta, in centro quaſi Judææ ſita, agrum Damaſcenum habet ab Auſtro, & ſepulturæ locum præbuit Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo Patriarchis: Ad eam civitatem ſanctam, Abſolon & alii vota ſoluturi ſe conferebant in ho-

honorem Patriarcharum. Eadem urbs expugnata à Caleb, Hebron unius filii Caleb nomen ſortita eſt, ut ait *Hieron. de loc. Ebr. T.* 3. *pag.* 87. quamvis per anticipationem jam temporibus Abrahæ, à Moſe Hebron dicatur & ſæpe in libro Geneſeos. Iſta ante Hieroſolymam regia civitas Davidis nuncupabatur; poſt ſacerdotibus conceſſa, facta eſt Johannis Bapt. patria, cujus parens ibi eundem abdidit, ne ſimul periret cum infantibus Bethlemiticis.

Convallis Mambre Hebroni proxima, ubi ſub quercu Abraham tres excepit hoſpitio, qui Angeli dicuntur, miſſi nunciatum Abrahæ interitum Pentapoleos. *Geneſ.* 18.

Spelunca Loth prope oppidum Engaddi, inquinata eſt Lothi concubitu cum filiabus ſuis, quæ Moab & Ammon magnarum gentium Patres pepererunt. Circa hanc, ſtatuam ſalis ſe ſua tempeſtate adhuc oculis uſurpaſſe, memorat *Joſeph. Antiq. l.* 1. *c.* 10.

Carmel mons itinere duorum milliarium à montibus Seir diſſitus, diverſus eſt à monte cognomine tribus Iſaſchar, juxta mare magnum, ubi Prophe-

phetarum ſchola erat. Hic habitabat torvus Nabal Carmelites dictus. 1. *Sam.* 25. 2. cujus Abigaëlem duxit David. Ibidem & Saul triumphabat de Amalecitis devictis. 1. *Sam.* XV. 12.

Bethlehem ſeptentrionalis Judææ civitas, cognomine Ephrata à conjuge Calebi; Item civitas David, qui ibidem natus eſt, Bethlehem Juda dicitur *Matth.* II. *v.* 6. ad differentiam Galilææ. Mitto, quod Ebimelech maritus Naëmi, & Abeſſa Judex eandem patriam habuerint. Sufficit, nos ſcire, Mariam Virginem obumbratam à Sp. S. hic peperiſſe Jeſum Orbis Redemtorem: quod ipſum num in rupe prope murum Bethlehem, qui locus paſtoribus ſtabuli inſtar fuerit, acciderit, non diſputo cum *Bredenbachio* & *Brocardo*. *Hieronymus* has terras perluſtrans, ex hac ſpelunca aliquam ſcripſit epiſtolam. *Schultet. l.* 1. *Exerc. ſacr. c.* 50. putat præſepe eſſe nomen diverſorii, *es ſey das Wirthshauſz zur Krippen geweſen.* Alia hac de re notavit *Caſaub. Exerc.* 2. *ad ann. Baron. ſ.* 1. Poſt trecentos & plures annos, ſplendidiſſimum templum ab Helena Conſtant. M. Matre iſti ſpecui ſuperſtructum eſt, quæ eadem Helena in vicina plaga orientali fa-

num ædificavit S. Angelorum, qui magnum Chriſto nato Paſtoribus gaudium annunciarunt : Atque hic is ipſus locus eſt, ubi multos annos ante ſuum gregem Jacob paverat, teſte Joſepho.

Emahus Cleophæ patria, proxime cohærens tribui Benjamin ; itinere duorum milliarium Hieroſolyma diſtat, ubi diſcipuli è panifragio Chriſtum agnoverunt reſuſcitatum.

De parte dimidiâ tribus Manaſſe, ultra Jordanem.

TErminus hujus Terræ occidentalis eſt *Jordanis* fluvius, meridionalis tribus *Gad* vel *Jaboc torrens*, orientalis tractus montium *Hermon* & *Seir*, qui montes uno nomine à *Brocardo* dicuntur *Galaad* : Septentrionalis, pars montium *Libani* & *Abana* fluvius, ſeu *Syria Damaſci*.

Familiæ ejus tribus *Machir* & *Gala*, conſtantes quinquaginta duobus millibus & ſeptingentis viris, Levitarum loco hanc & alteram Terræ ſortem occuparunt. *Urbes Levitarum* hujus dimidiæ Tribus erant *Boſra*, *Gaulon* & *Aſtharoth*.

Her-

Hermon & Seir montes, alias communi nomine *Galaad* nuncupantur, ſortiti nomen à lapidibus ſeu acervo teſtimonii, prope quem Jacob cum Labano rediit in gratiam. Etenim in eo montium tractu Jacob redux ex Meſopotamia, gregem refecit (eſt enim mons paſcuus,) & ſequens eum ſocer Laban offendit.

Hermon ſeptentrionem verſus cum Libano copulatur, meridiem verſus cum montibus Seir. In eorum montium ſummitate perpetuo reperiuntur nives, quibus Tyrii æſtivum potum refrigerare conſueverunt. Circa eos montes Og Rex Baſan aliquamdiu habitavit.

Seir nomen accepit ab Eſavo hirſuto, poſſeſſore ejus montis; unde & commodo fratri Jacob ex Meſopotamia domum revertenti, ire obviam potuit. De iſtis montibus *Brocardus* hæc habet; ultra Jordanem reperiri varios montes, *Seir*, *Hermon*, *Libani & Galaad*. qui tamen omnes ſunt unus continuus, montem autem Galaad eſſe altiſſimum, atque ideo videri reliquorum caput. *Nigr. in Geogr. Syr. comm. l.* 4. ſcribit, eſſe omnes illos unum montem, ſed in diverſis cacuminibus diverſis vocari nominibus.

Baſan erat terra pinguis & fœcundiſſima, cujus vaccæ in ſacris commendantur. Sed & ibi præſtantiſſimæ & glandiferæ quercus reperiebantur, quæ porcis pabulum præbebant optatiſſimum, & in ſui amorem rapiebant incolas, ut potius vicini Gergeſeni Chriſto, quam iſtis ſuibus vellent carere.

Aſtharoth Civitas domicilium Jobi erat, poſtmodo dicta *Carnea*, teſte *Hieron. de loc. Hebr. lit. C.* Ex hac urbe denique oriundus Ozias, exercitus Davidis Dux inſignis.

Damaſcus eſt urbs finitima, lambens ſeptentrionalem Tribus Manaſſe partem, per quam Abana fluit, Pharphar autem hortos irrigans, proxime eam præterfluit. Huc Paulus inſtructus literis ſacerdotalibus Hieroſolymis contendebat, captivos ductum fideles Chriſti aſſertores. In hujus urbis agro terræ color rubet, & ea adeo mollis eſt, ut ceræ ſimilis videatur. Ex ejus pulvere Adami corpus fuiſſe compactum, & inde in Paradyſum delatum, nonnulli ſtatuunt. Luth. dicit, Paradyſum fuiſſe totam terram.

Bethſaida deſertum gramine abundans, eo nomine memoratu dignum eſt, quod

in

in eo Chriſtus quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiavit quinque virorum millia, præter mulieres & tenerioris ætatis nam liberos; nam nuſquam minorennes ac mulieres apud Judæos in cenſum venire ſolent.

Corazim una eſt ex decem urbibus, quæ Decapolis dicebantur, ſita in extremitate ſeptentrionali maris Galilææ. Ibi ſuum Chriſtus fixerat habitaculum: Unde & Civitas Domini dicitur.

Kedar urbs in montanis Seir, cujus meminit *David Pſal.* CXX. 5. & paſſim alibi. Tabernacula Kedar erant à mercatoribus, inamœniſſimis locis mercaturas exercentibus erecta, pulchriſque coloribus intrinſecus tincta, quæ reſpicit Salomon *Cant.* I. *v.* 5. quanquam in hoc loco, tam iſta mercatorum tabernacula, quam papiliones, ſeu tentoria Salomonis, quibus ſub dio venationi vacans utebatur, notantur; quorum tamen hæc illis erant ſimillima, foris quippe Solis æſtu, imbribus ventis & reliquis aëris injuriis aduſta & horrida, intus vero aureo & argenteo & gemmarum atque colorum ornatu ſplendida atque magnifica. *Conf. Mart. del Rio Adag. Sacr. V. T. h. l.*

Jabes Galaad eſt Civitas, ſita in monte ad Hieromacen fluvium, quæ per Regem Saulum liberata eſt ab obſidione Naas Ammonitarum Regis, omnes incolas dextro oculo privare geſtientis. 1. *Sam. XI.* 1. 2. Nequis autem Saulum in ingratos beneficium contuliſſe putaret, iidem Regis ac filiorum cadavera à Philiſtæis, ex patibulis Bethſan ſuſpenſa, armata manu repetiere, atque terræ honeſte demandarunt 1. *Sam.* 31. 11. *& ſeq.* 1. *Paral.* 11, 11.

Gergeſa exſtructa à Gergeſio, filio quinto Canaan, *Geneſ.* X. *v.* 15. cujus ejectis poſteris, Manaſſæi eandem occuparunt. Ibi Chriſtus ſuccurrit obſeſſis à Dæmone, Diabolos cum porcis in mare Galilææ, ſeu, ut nonnulli volunt, in lacum Gadaræ (de quo *Strabo* refert, quod adeo noxius ſit, ut pecora ea aqua guſtata, mox pilos, cornua & ungues amittant) præcipites egit; quod cum ſubulci divulgaſſent, Chriſtus ex illis locis diſcedere juſſus eſt. Ea loca vicina fuerunt Arabiæ, unde & forte iſti porci fuerunt Arabum inter Judæos viventium. Quid de *Strabonis* ſententia ſit judicandum, qui Gadaridem maritimam inter Stratonis turrim & Azotum col-

Digitized by Google

collocat; vide *Caſaub. in Not. ad Marc.* V. 1.

Hoba, eo uſque Abraham inſequebatur Reges Aſſyriorum, reducens è captivitate nepotem Loth. *Geneſ.* XIV. 15. eſtque caſtellum Damaſco haud procul diſſitum.

Pella eſt Civitas ſita ad radices montis Seir, quæ tempeſtate T. Veſpaſianus pios Hieroſolymis fugientes excepit.

Turris Libani, iſta eſt quam Salomon adeo excelſam exſtruxit, ut inde tota Damaſcus oculis uſurpari potuerit; Atque huc tendunt verba *Cant.* VII. 4. ubi naſum Sponſæ ſuæ Salomon comparat cum turre Libani, hoc eſt, ut *Mart. Del Rio Adag. Sacr. V. T. h. l. ex Cypriano Ciſtercienſi* explicat, cum fortitudinem, tum candorem, integritatem vitæ atque venuſtatem ejus commendat. אף enim ſeu *naſus*, indignationem notat; *turris*, & ea quidem in finibus terræ ſanctæ contra impetus Syrorum, & præcipue Damaſci exſtructa, audaciam *Damaſco* (i. e. Sanguinis ſacco, ſeu carni & ſanguini, & principibus, item poteſtatibuſque tenebrarum) metuendam deſignat: *Libanus* denique can-

candorem tum animi tum pulchritudinem corporis innuit, quibus notat Sponſam ſuam eſſe ornatiſſimam.

Tribus dimidia Manaſſe, cis Jordanem.

Altera illa pars tribus Manaſſe ſita eſt in Samaria, cis Jordanem, & clauditur ab utroque latere terris Ephraim & Iſaſchar. Levitis conceſſit inhabitandas urbes, *Tanach*, *Balaam*, *Aner & Gethremmon.*

Antipatrida dixerunt urbem ampliſſimam, ab Herodis Patre Antipatro quo S. Paulus captivus deductus fuit *Act.* XXIII. 31. ibi nunc nihil niſi villa, Aſſur dicta, conſpicitur, teſte *Brocardo.* Ejus urbis occidentale latus claudit mare Magnum.

Cæſaream Palæſtinæ, ſeu *turrim Stratonis*, Herodes arce munivit, in terrorem ſeditioſorum Judæorum, ſitam ad mare Mediterraneum. Hic Herodes, veſte indutus ſplendida procedens in publicum, ac DEUS à populo habitus, Angeli plagis percuſſus, miſere animam exſpiravit. *Actor. XII.* 23. Cornelius à Petro *Act. X.* 44 converſus, eam urbem incoluit. In iſtius

iſtius Herodis Prætorio, Paulus biennium captivus detentus, tandem ad Cæſarem provocavit.

Bethſan ſeu *Scythopolis*, urbs Decapoleos, eſt illa unde non potuerunt Manaſſæi Philiſtæos ejicere, dicitur domus *San* ſive hoſtis. De ejuſdem muro ſuſpenſum corpus Saulis exanime, 1. *Sam. XXXI.* 10. Sita eſt haud procul à mari Genezareth & Jordane, in extrema parte tribus Manaſſe, verſus ortum.

Jezrael urbs regia fuit Regum Iſraël, ſita prope terminum occidentalem montium Gelboë, ubi Tribus Iſaſchar à Manaſſe ſecernitur; memorabilis eſt ob occiſum lapidibus Naboth, & præcipitium Reginæ Jeſabel de feneſtra: non procul inde & Rex Joram interfectus eſt.

Therſa regia Iſraëlitarum, ſedes fuit uſque ad ædificatam per Amri Samariam: ſita in monte. *Conf.* 1. *Reg. XVI.* 15.

Bethſech gubernavit Adonibeſeck, qui pœnam talionis expertus, mutilatus eſt eodem modo ſummitatibus pedum atque manuum, uti & ipſe antea LXX Regibus fecerat.

Mons Prophetarum reperitur in hujus

Digitized by Google

Tribus meditullio, qui centum Prophetas perſecutionibus expoſitos occultavit, pane & vino ſuſtentatos ab Abdia, aulæ Achabi Præfecto. 1. *Reg.* XVIII. 4.

Haud procul ab *Ennon* & *Salem* ad Jordanem Johannes quoq; baptiſma adminiſtravit. Eadem illa terra à mari Galilææ ad mare mortuum ſe extendens, ob fœcunditatem, Vallis illuſtris dicitur *Geneſ.* XIII. 10. quo Loth ab Abrahamo emigrabat.

Salem eſt, quo Jacob conceſſit, poſtquam cum fratre rediiſſet in gratiam *Geneſ.* *XXXIII.* 18. Ibidem & Melchiſedechum, cujus mentio fit *Geneſ.* *XIV.* 18. habitaſſe, putat *Heidmannus* ad Jordanem, in angulo. T. Iſaſchar.

De Tribu Naphthalim.

CОnſtabat ea quator familiis, *Jeſiel*, *Gumi*, *Jeſer* & *Selem*, ſeu quadraginta quinque millibus virorum & quadringentis. Atque hi occupabant terram ſuam ad orientem Aſer, ad meridiem montis Libani; ad occaſum Jordanis, & ad ſeptentrionem tribus Zabulon mariſque Galilææ: Levitarum civitates fuerunt, *Cu-*

ria-

Digitized by Google

riathaim, *Hamon*, *Carthan*, *Anothdor* & *Cedes*.

Libanus thus & niveum quid ſignificans eſt mons fragrantiſſimis fructibus ac nivibus abundans & albeſcens. Ille eſt terminus Terræ Sanctæ Boream verſus, ex cujus radicibus ſcaturiunt ſaluberrimæ aquæ Jordanis, Eleutheri, fontis hortorum &c. Eſt ille mons omnium Syriæ montium altiſſimus, neque iſtum tractum montium, ſatis poteſt commendare *Oſeas c. XIV.* 6. 7. *Saltus Libani* in ſacris notat ſylvam, in vel circa montem Libanum; cujus Cedri & immarceſcibiles & maxime ſublimes ſunt, unde & cum iis nonnunquam ſuperbi in Sacris lit. comparantur.

In *deſerto Capernaum*, haud procul à mari Genezareth, *mons Chriſti* ſitus eſt, quem ille ſæpius oratum & concionatum conſcendit. Atque hic monſtratur adhuc lapis peregrinantibus, cui inſidens Chriſtus habuiſſe dicitur prolixum ſermonem *capp.* 5. 6. & 7. *Matth.* expreſſum.

Prope hanc Tribum verſus ſeptentrionem, *Hortorum fluvius* humectat & fœcundat hortos Tripolis ac Libani, cujus meminit Salomo *Cant. IV.* 15. Eundem

Jo-

Digitized by Google

Joſeph. de bell. Jud. l. 7. c. 24. Sabbathicum nominat, quia per ſextiduum velociſſime fluit, ſic ut eum nemo tranſire poſſit; in Sabbatho vero Judaico ejus aquæ conſiſtunt, quo die alias Judæis navigationes fuerant prohibitæ. Hinc commenti ſunt, eum Fluvium obſtitiſſe, quo minus Iſraelitæ ex captivitate in ſuam Terram redire adhuc potuerint; nam ab Aquilone Babylonii Palæſtinam introibant.

Emath, ab undecimo filio Canaan condita, juxta Libanum & torrentem Eleutherum ſita, regioni nomen dedit: Atque eo uſque exploratores totius terræ Canaan à Moſe ablegati ſunt *Num.* XIII. *v.* 21. Eſt enim terminus Terræ Sanctæ verſus Septentrionem, & ſolet ejus longitudo in ſacris huic Emath & fluvio Ægypti includi.

Aſer, in campo prope tribum Aſer exſtructa, quondam Cananitarum Metropolis erat, ſed in cineres à Joſua redacta, ex quo ejus Regem Jabin cum viginti quatuor aliis, & maximo exercitu, ad aquas Meron, in fugam conjecerat. *Joſ.* XI. 5.

Nephthalim urbs regni Iſraëlitici inſignis,

gnis, contigua Tribui Zabulon, fuit Patria Tobiæ, ubi & vixit, uſque dum à Salmanaſſare cum reliquis Iſraelitis in alienam terram abductus eſt.

Dan, quæ olim Leſen & Lais dicebatur, condita eſt, ubi Jor & Dan in unum coeunt, terminatque Terram Sanctam, uti ab Auſtro Berſaba; unde fit, ut quoties tota Terra Sancta verbo comprehendenda eſt, Script. dicat à Dan uſque ad Berſabe. Num & in hac urbe, exemplo primorum incolarum, vitulum aureum ſeu idolum erexerit Jeroboam, in medio relinquimus. Circa illam Chriſtus quæſivit ex Apoſtolis, quis eſſet, cui Petrus reſpondit; *Tu es Chriſtus filius DEI vivi.* Inhabitabat eam Hæmarrhoëſſa, quæ quas in animi grati ſignum præ foribus ſuæ domus erexerit ſtatuas, meminit *Adrichom. in Theatr. Terra Sancta ad h. l. pag.* 106.

Capernaum, ampliſſima Decapoleos urbs, ſita in ore Jordanis, ſe in mare Galilææ effundentis. Eo, ſe Chriſtus publice docere incipiens, relicto patrio ſolo, Nazareth habitatum contulit, unde & Capernaum Civitas Domini dicitur; quam quibus ſignis quæſiverit Dominus conver-

te-

tere, paſſim legere eſt in ſacris, ubi & interitus ejus, quem ingratitudo in Chriſtum fuerat promerita, explicatur; veluti *Matth. XI. 23. Luc. X. 15.*

Tribus Ruben.

Poſteri *Rubenis* primogeniti Jacobi, annorum XX. & ultra, quadragies ter mille ſeptingenti & triginta, orti à capitibus *Hanoch*, *Pallu*, *Heſron* & *Charmi* (*Num.* XXVI. 5.) ultra Jordanem orientem & auſtrum verſus, nacti ſunt in regione Moab ſui peculii terram: In qua Tribu Levitarum urbes hæ fuerunt: *Cademoth*, *Miſor*, *Eſebon*, *Boſor*, *Mephat* & *Jaſa*.

Notari in ea Tribu hæc debent: Iſraëlitæ juxta *Sartam*, ſiccis pedibus Jordanis fluvium tranſierunt. *Campeſtria Moab* eo commemoratu digna ſunt, quod Moſes in iis populo numerato, Joſuam ſucceſſorem ſibi conſtituit, ibidemque Iſraëli benedicens cygneam, quod ajunt, cantilenam cantavit. Circa eundem locum Elias vivus igneo curru in cœlum conſcendit. *Bethabaram* (alii Bethaniam) alluit Jordanus: Eo in loco Johannes in deſerto bapti-

baptizans ad pœnitentiam, Auditoribus ſuis Chriſtum oſtendit digito, quo plurimi olim renaſci cupientes, conceſſerunt: Eodem primi Chriſtiani remittebant eos, qui Theologiam, de Myſterio Trinitatis cupiebant diſcere.

Neque procul hinc abeſt *Macherus*, caſtellum Herodis, ubi Johannes captivus ab Herode Antipa capite fuit truncatus. In *Abarim*, montium altiſſimo *Nebo*, (ut ad hunc montem ſe Terra Sancta habet, debemus Eam hic conſiderare.) Moſes oculis perluſtravit univerſam Terram Sanctam: Ad ejuſdem montis radices in ſpelunca, abdidiſſe putatur Jeremias ignem perpetuum: ibidem & Balaam Iſraëlitis benedixit.

De Tribu Simeon.

S*Imeon* Tribus in quinque diviſa partes, *Nemuel, Jamin, Joachin, Zare & Saul*, conſtabat viginti duobus mille & ducentis viris, qui hæreditatem ſuam occuparunt, extremam auſtralem Terræ promiſſionis partem, eamque arenoſam, ſitam inter mare Mediterraneum, torrentem ſeu fluvium Ægypti, montana Judææ & torrentem So-

Sorek, Judæ tribui initio attributam; unde & nonnullæ hujus Tribus & tribus Dan Civitates citantur, quaſi adhuc tribus Judæ propriæ. Irrigat iſtam torrens Beſor. Levitarum urbes iſtæ erant, *Aſan*, *Dabir*, *& Aen*.

Torrens meridionalis in ſacris *Geneſ. XV.* 18. fluvius Ægypti, dicitur, eo quod Ægypto eſt propior: promanat ex deſerto Arabiæ, in mare occidentale prope Rhinocoruram, à qua iſte torrens apud LXX. nomen ſortius eſt.

Rhinocorura, dictum oppidum ab amputatione narium, qua incolas caſtigaſſe Rex Perſarum dicitur à *Seneca l.* 3. *de Ira c.* 20.

Iter in Ægyptum ex Palæſtina facientibus, veluti puero JESU cum Maria & Joſepho Herodem fugienti, tranſeunda Rhinocorura & terræ periculoſiſſimæ; tum Caſius mons ſatis notus, à Jovis fano & ſepulchro Pompeji, dein Sirbonis lacus (quem lacui Aſphaltitis ſimillimum vult *Strabo l.* 16.) & ipſa denique Nili oſtia.

Circa terminum occidentalem montium Seir, in deſerto Pharan, eſt *fons Agar*, ubi Angelus oſtenſa aqua ſitientem matrem

rem cum filio Iſmaële refecit: Quo Iſmaël etiam amore hujus loci ductus conceſſit; cujus Poſteri Agareni ſive Saraceni ſunt vocati.

Berſaba vel *Berſabe*, puteus juramenti, ſic dictus, eo quod Abraham & Iſaac cum Abimelecho Rege Gerare, præſtita juratoria cautione fœdus ibi pepigerunt. Alluit hanc urbem torrens *Beſor*, quem Terræ Sanctæ terminum verſus Auſtrum conſtituunt. Iſti loco, quippe in quo S. Patriarchæ habitarunt, ipſi, ſancti quid ineſſe cenſuerunt, atque eo ſunt peregrinati *Amos.* V. 5. c. VIII. 14.

Notum eſt ex 1. *Sam.* VIII. 2. quid ibi à filiis Samuelis commiſſum ſit. In deſerto Berſabæ Elias Jezabelem fugiens ſubſtitit. 1. *Reg.* XIX. 3. ubi ſub junipero dormiens, ab Angelo cibatus eſt. Hæ & nonnullæ aliæ urbes Judæ dicuntur, vel quod olim tribus Judæ fuerint, vel quod bello aut alio pacto ad Reges Judæ perductæ ſint.

Gerara, ad Beſor amnem ſita, patria erat Iſaaci, quem Pater in montem, Monja deduxit ex DEI mandato immolandum. *Gen. XX.* 1.

Aſcalon, ab *Aſcalo*, Himenæi filio condita, haud procul à torrente Sorek, in

forma dimidiæ lunæ exſtructa, non eſt exigua urbs maritima in quinq; Satrapiis Philiſtæorum. In ea natus Herodes M. ſeu primus, infanticida, unde & Aſcalonita dicitur. Hanc urbem cepit Judas, *Jud.* 1. Et hujus civibus occiſis Samſon abſtulit veſtes, quibus induit Oedipos ſui ænigmatis. Huc appulit Jonathas, cujus Cives ipſi obviam procedunt. 1. *Macc.* c. X.

Gaza, urbs Philiſtæorum primaria, non procul diſſita à mari Magno, cujus nominis hanc reddit cauſam *Mela l.* 1. *c.* 11. *In Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza*, (ſic Perſæ ærarium vocant) *& inde nomen eſt, quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam contulerat.* Ejus portas Samſon humeris ſuis impoſitas, in vicinum montem collocavit, tandem captus Gazæ excæcatus, à Philiſtæorum Primatibus illuſus, palatium duabus columnis innitens, (quod ſacrum fuiſſe Dagoni, Philiſtæorum idolo, ſibi nonnulli perſuadent) deſtruxit, interfectus cum aliquot hominum millibus. Murorum & Palatiorum ejus fit mentio *Amos*. I. & *Zach. IX.* quæ igni dicunt conſumenda. Ejus Urbis meminit *Jer. XLVII.* quod à Pharaone ſit oppreſſa.

De

De Tribu Zabulon.

Z*Abulonis* Poſteri ſexaginta mille & quadringenti, in tres familias, *Sared*, *Elon* & *Jaſel* diviſi, per ſortem fixerunt habitacula in ea Galilææ parte, quam ambit ab ortu mare Genezareth, ab Auſtro & occaſu torrens Kiſon, à ſeptentrione Jephtaël amnis cum tribu Naphtalim. Levitarum civitates in hac Tribu iſtæ fuerunt: *Remmon*; *Naalon*, *Tabor*, *Jecon* & *Cartha*. Habet ea Tribus varias urbes *Decapoleos*, *Plin. l.* 5. *c.* 18. quæ regio à decem ſplendidiſſimis Urbibus inter Libanum, Sidonem, Bethſaa & Pellam celebre in ſacris nomen habet, quarum nomina hæc fuiſſe putamus: *Aſor*, *Bethſaida*, *Corazim*, *Capernaum*, *Dan*, *Tiberias*, *Kades*, *Naphtalim*, *Bethſan*, *Sephet*, *Jotapata*.

Thabor, mons æquabiliter rotundus, in vertice planus, fragrantiſſimus & jucundo florum odore ad recreandos hominum ſenſus aptus, deſtinatus fuerat transfigurationi Chriſti, præſentibus Moſe, Elia, Petro Jacobo, & Johanne.

Ex ejus montis radicibus Ciſon torrentem oriri dixerim.

Nazareth Civitas, monti ſuperſtructa (unde commode, dummodo licuiſſet, Judæi Chriſtum præcipitare potuiſſent. *Luc.* IV. 29.) patria eſt Mariæ Virginis: Ibidem Chriſtus conceptus, & ad annum uſque ſacerdot. ſeu triceſimum educatus eſt, unde in hiſtoria Evangelica Nazarenus & Galilæus identidem vocatur. De Domicilii Mariæ fabuloſa tranſlatione ab Angelis facta in agrum Pycænum, qui fuit fœminæ cujuſdam Lauretanæ, vide *Petr. Paulus Vergerii idol. Lauretan.* & *alios.*

Bethulia adjacet fonti, cujus rivuli in mare Galilææ promanant, quam ab obſidione Holofernis Ducis Aſſyriaci Judith, præſciſſo ejuſdem capite liberavit.

Dothan, Bethulia unico diſtat milliari verſus ſeptentrionem, unde Eliſa Syros Samariam, ad ſe captivum ducendum miſſos, excœcatos per Iſaſchar & dimidiam tribum Manaſſe, aliquot dierum ſpatio deduxit. Habuit paſcuum agrum, ubi Joſeph olim incidit in manus fratrum pecora paſcentium: Cum vero inde haud multum abeſſet via Regia, quæ ex Syria ducit in Ægyptum, Iſmaëlitæ per eam migrantes Joſephum emtum in Ægyptum portarunt.

Mag-

Magdalum caſtrum, ibi ſitum eſt, ubi aquæ Bethuliæ mari Galilææ miſcentur, ibi, quod nomen indicat, Maria Magdalena nata eſt & educata. Habet id nominis à ſplendidiſſimis turribus, quibus exornatum fuit. Unde Magdalenus etiam notat illum, qui Magdalo oriundus eſt, & alii ignorantes illud, nomen iſtud ſuis filiabus imponunt, quod æque viris poterat tribui.

Cana Galilææ, cum addito *minor*, diverſa eſt à Cana majore, in Tribu Aſer, & Galilææ, quam alluit Jephtaël torrens. Eam celebrem reddidit Chriſtus primo ſuo miraculo, dum ex aqua vinum fecit in nuptiis Simonis Apoſtoli, ut vult *Niceph. Hiſtor. Eccleſ. l.* 8. quamvis Abdias Babylonius velit, Servatorem ad has nuptias impediendas eo contendiſſe, qui tamen ipſe matrimonium iſtud, & miraculo & munere nuptiali comprobavit.

Tiberias, urbs Decapoleos, quæ olim Genereth vocata, poſt Tiberias, in gratiam Tiberii Cæſaris, ab Herode dicta, mari etiam vicino ſuum nomen dedit: Ibi Matthæus ſatis diu corraſis vectigalibus, in cenſum Apoſtolorum cooptatus eſt.

Bethſaida, eadem urbs Decapoleos, ex-

Digitized by Google

ſtructa in angulo maris Galilææ, Aquilonem verſus, cui ſubeſt deſertum Bethſaidæ, trans mare Genezareth in dimidia tribu Manaſſe; quandoque civitas Petri & Andreæ dicitur, quippe qui hic, perinde ut & Philippus nati ſunt. Ibidem & Salvator Dæmone obſeſſos, ſocrum Petri febri laborantem & alios item, priſtinæ valetudini reddidit. Quibus miraculis cum nondum ad ſe agnoſcendum incolas poſſet adducere, Væ illis ut & Corazainis denunciavit, quas minas hodierna iſtorum locorum devaſtatio non fuiſſe nullas, ſatis ſuperque comprobat.

Auctarium de Itinere populi Iſraelitici, ex Ægypto per deſerta Arabiæ, in Terram promiſſionis

D*Ederat Pharao Jacobi ſeu Iſraëlis filiis dono, Terram* Goſen, *inter* Nilum *fluvium & montes* Sur *ſitam. Alias Ægyptus Delta dicitur, eo quod Nilus fluvium, ortus ex montibus Lunæ, in Africa per* VII. *oſtia, ſe in mare Mediterraneum effundens, ambitu ſuo triquetram figuram efficit. Oſtia iſta ſeptem hæc ſunt: primum verſus occaſum prope Alexandriam, dicitur oſtium Canopicum, ſecundum Bolbiticum, tertium Sebenni-*

niticum, *quartum Mendeſium*, *quintum Bathmiticum*, *ſextum Thanecum*, *ſeptimum Peluſianum*. Pſal. 78: 51. & CV. 23. *Ægyptus*, regio Cham *dicitur à Patre* מצרים *Chamo*, & Hieron. in Gen. *notat*, *ad ſua uſque tempora Regionem hanc eſſe Cham dictam*, *Ægyptiorum idiomate. Per* רהב *multi Interp. in* Pſal. XXCVII. 4. Eſa. XXX. & c. LVII. 9. *Ægyptum etiam intelligunt dictum à* רהב corroboravit, extulit, *ob ſummam Ægypti ſuperbiam.*

Urbes Ægypti præcipuæ ſunt Tanais, Urbs Heroum, Python & Rameſſe. *In campis Tanais*, *Moſes miracula complura edidit coram Pharaone. Eo item miſerat Jacob filios ſuos*, *frumenta emtum ingraveſcente caritate annonæ.* Urbs Heroum *eſt*, *ubi Patrem adventantem ſummo gaudio excepit Joſephus.* Python, *intra Nilum*, *ab Iſraëlitis indefeſſo labore exſtructa*, *ut & Rameſſe Regibus Ægypti theſauros ſuos aſſervabant*; *iſti quippe uſui primitus deſtinata.* Rameſſæ *convenere ſexies centena millia armatorum Iſraëlitarum*, *ibidemque primum comederunt Paſcha itineri accincti.*

Secunda populi manſio, *erat prope Sochoth ſeu fluvium Trajani*; *atque hic prima tabernacula fixerunt Iſraëlitæ ex Ægypto migrantes.*

Digitized by Google

Tertia manſio, *erat in deſerto* Etham; *ubi DEI comitatum in itinere impetrarunt; interdiu columna nubis, noctu columna ignea viam Palæſtinæ Iſraeli monſtrantis. Hinc* quarto *attigere* Phieroth; *ubi montibus à Septentrione & Auſtro cinctos, atque ab ortu mare Rubrum habentes, à tergo armata manu inſequebatur Pharao Iſraelitas; quibus in acie, quod dicunt, novacula verſantibus, DEus iter per mare rubrum oſtendit; ibi, ubi ad VI milliaria extenditur latitudo ejus. Sic is, qui mari ac ventis imperare poteſt, ſiccum tranſitum conceſſit ſuo populo, Ægyptiis aqua ſuffocatis: quod &* Joſeph. l. 2. Antiqq. Jud. c. 7. *deſcribit.* Scalig. in Exerc. ad Card. *ſententia eſt, in Erythræo mari æſtum tantum eſſe, ut oſores literarum ſacrarum mentiti ſint, Moſen tranſiiſſe ſiccam tellurem, uſum nacta refluxionis occaſione, id quod, cum Judæi ibi tranſierint, quo nunquam exſiccatio iſtâ pertingit, fieri non potuit.* Quinta Iſraelitarum manſio *fuit* Amara, *cujus aquas Moſes injecto ligno condulcavit: unde Elim uſq; proceſſit populus, ubi offendit Fontes* XII. *& Palmas* LXX. *totidem nempe, quot Chriſtus habebat Apoſtolos & Diſcipulos.* In deſerto Sin *commeatus deficiebat, DEUS vero murmuranti populo promiſſum Manna porrigebat.* Undedecima manſio fuit Raphidim, *ubi*

petra baculo percuſſa, aquam emiſit reſtinguendæ ſiti Iſraelitarum. Circa hunc locum Amalek precante Moſe, populo victori ſuccubuit. Duodecimis caſtris *attigere* montem *Sinai, hodie S. Catharinæ dictum, quem diverſum eſſe à monte Horeb, apparet ex* Syr XLIIX. 7. *In iſto DEVS legem promulgavit populo, per integrum annum ibi commoranti, ubi tum potiſſima peracta ſunt, quæ in* fine Exodi, toto Levit. initio Numer. *leguntur. Hinc diſcedentes per varias Arabiæ partes, eum ſervarunt ordinem, quem* Druſius ad loca diffic. Num. cap. IV. *notat: Iſraelitæ videlicet, videntes nubem adſcendentem & ſacerdotes tubis clangentes, profecti ſunt; caſtra Judæ initio, Levitæ ac plauſtra inter Judæ & Rubenis vexilla media; Cahathitæ bajuli erant arcæ, menſæ, altarium & candelabrorum; Gerſonitæ circa carros & plauſtra verſabantur: Meraritæ parietes erigebant Tabernaculi. Aaron medius erat inter vexillum Ruben & Ephraim. In vexillo Judæ putant Leonem fuiſſe, cui tribui adjunctæ Iſaſchar & Zabulon; in Ruben hominem, cui adjunctæ Simeon & Gad; bovem in Ephraim, cui adjunctæ Manaſſe & Benjamin; Aquilam in vexillo Dan, cui additæ tribus Aſer & Naphtali.* Decima tertia manſio *erat ad ſepulchra concupiſcentiæ, ubi*

peribant multi, qui cœleſti pani Ægypti delicias prætulerant. Decima quarta manſio *Aſſeroth memoratu digna eſt, ob Mirjam tumultuantem, & hoc nomine divinitus lepra percuſſam. Cum verſarentur Iſraelitæ in* manſione XV Rethma, *miſit Moſes in terram Canaan Speculatores* XII. *Qui cum vano timore percuſſiſſent Iſraelitas, eos DEUS diutius voluit oberrare in deſerto, retroductos ad Idumæam per manſiones varias, & ad mare denique rubrum. In quo retrogrado itinere pauca inveniuntur notatu digna, præterquam quod Coreh, Dathan & Abiram in* manſione XXIV. *quæ vocabatur* Thara, *propter ſeditionem motam, ſunt à tellure abſorpti; ubi tum & DEUS ſacerdotium Aaronis confirmavit, virgula ejuſdem unica nocte vireſcente.* Aſiongaber *erat manſio* XXXII; *unde poſtea Salomon miſit claſſem in Ophir. Poſt ergo profecti ſunt ulterius* in deſerto, Zin *verſus terram Canaan. Cum* Hor montem & fines Edomitarum *attigiſſent*, manſione XXXIV. *non potuit Iſrael ab Edomitis impetrare, ut tranſitum ſibi concederent: Deflexerunt ergo verſus ortum per* Salmona, Oboth, Icabarim, Dibongath, Helmon uſque ad campeſtria Moab. *Confecto hoc itinere per Arabiam ſpatio* XL. *annorum, cum nulli interim infirmitatibus obnoxii fuiſſent,* ne-

neque attriti eorum calcei aut veſtes, per totum illud tempus, tandem, ſiccis pedibus Jordanem tranſierunt, Terraſque, quod ſupra diximus, per ſortem ſingulis tribubus aſſignatas, in promiſſionis terra occuparunt. EDOM *regio (Latine Idumea) ab Eſavo & poſteris inculta, montibus undique cincta eſt: Cujus incolæ cum Iſraeli denegaſſent tranſitum, multo tempore poſt à Saulo ſuperati, dignas pœnas dederunt. Tandem* Hircanus *eos adegit, ut circumciderentur, interque Judæos cenſerentur:* Joſeph. l. 13. antiqq. c. 16. ARABIA, *verſus meridiem Palæſtinæ ſita, quandoque dicitur* Hus, *ſeu* Æthiopia, *velut* Num. XII. 1. *& alibi; eſtque triplex,* Deſerta, Felix & Petræa. Arabia deſerta *ſterilis & arenoſa eſt, & hinc merito deſerta dicitur, ubi nec ulla hominum veſtigia, nec ulla via publica: Hinc iter ibi facientes gnomone opus habent, perinde ut navigantes pyxide nautica. Et ſæpius homines altis arenis tecti, miſere ibidem intereunt. Alii iter hac facientes, incredibili ſiti affliguntur, qua ipſa non pauci pereunt. Sita eſt hæc pars Arabiæ inter* mare Rubrum, montes Seir, Arabiam petræam & felicem. Arabia felix *attingit Oceanum, & meridionalem ſinus Perſici partem; eſtque ejus inſignis ubertas, ſic ut ruſtici non niſi odoratis lignis utantur.* Arabia Petræa,

pro-

prope Sinum Perſicum, verſus ortum ſe extendit, ſic dicta ab oppido Petra, *quæ terra itidem eſt ſterilis & arenoſa; Ejuſdem Urbs* Medina, *clara à ſepulchro Mahumedis, quod ibi virtute magnetica in aere apparet penſile, a Muhammedanis eo nomine frequentari dicitur.*

Obſervationes ſacræ Geographicæ.

1. DE hodierna Terræ Sanctæ facie, ſub Imperio Turcico, non ſumus ſoliciti, quippe quæ parum juvat ſacr. lit. Studioſos.

2. Quando Script. S. omnes Terræ regiones deſignat, ſæpius dicit, *ab Oriente & ab occidente. Conf. Matth.* IIX. 11. *Luc.* XIII. 29.

3. *Aquilo*, in Sacris crebro idem eſt quod Babylonia, *Jer.* I. 14. *cap.* XIII. 20. *cap.* XLVII. 2. *Zeph.* II. 13. Nam Chaldæa & Aſſyria Iſraelitis inter Aquilonem & Eurum ſita eſt. Et ſic dicitur ratione invaſionis, quæ fiebat in aquilonari parte Terræ Sanctæ.

4. Sicut apud Evangeliſtas & Apoſtolos, per *Græcos* intelliguntur omnes gentes alienæ à Politia Judaica, ita & apud Syrum Interp. *Syri & Armenii* eaſdem notant; Sy-

Syri enim contradiſtincti Judæis proximæ Judæis gentes erant, atque omnium primi idololatriæ, inter quos vixit & Thare parens Abrahæ.

5. Omnis Aquarum tam dulcium, quam ſalſarum confluxus ſeu congregatio, Hebræis *mare* dicitur. Unde & ſtagnum Genezareth, quandoque abſolute *mare* nominatur. *Joh*. VI. 17. & *Gen*. I. congregationes aquarum, *Mare* dicuntur.

6. Ubi in Bibliis *fluminis* ſine addito ſit mentio; Euphrates plerumque intelligitur, ut *Num*. XXII. 5. I. *Reg*. XIV. 15. II. *Paral*. IX. 26. *Pſal*. LXXII. 8. *Mich*. VII. 12. *Zach*. IX. 10. *Eſdr*. V. 3. *c*. VI. 6. &c. Sicut & κατ' ἐξοχὴν, Nilus dicitur fluvius Ægypti.

7. *Deſerta*, in verbo DEI non erant loca omnibus plane hominibus vacua, ut conſtat ex I. *Reg*. II. 34. Joab ſepultus in domo ſua in deſerto, *Joſ*. 15. 6.

8. Terra Promiſſionis *cryptis* repleta erat ſubterraneis, I. *Sam*. XXIV. 3. I. *Mac*. I. 56. unde latrones deliteſcentes iter facientibus inſultabant. Atque eo intendit digitum Servator, vocans templum ſpeluncam latronum, quippe in quo facinora latrociniis non diſſimilia perpetrabantur.

9. In Sacris literis, ſæpius *Arabs* pro latro-

trone, *Job.* I. 15. II. *Paral.* XVIII. 11. *Chaldæus* pro Aſtrologo, *Dan.* IV. 4. *cap.* XI. 10. & *Cananæus* pro mercatore ſumitur, *Hoſ.* XII. 8. *Proverb.* XXXI. verſ. 24.

10. Cum Gabinus victoriam ab Alexandro reportaſſet, Judææ integrum Regnum in quinq; Toparchias diſtribuit, ad quas populus orta controverſia ſe recipiebat; quales fuerunt *Hieruſalem, Gedara, Hamath, Siporis & Jericho* teſte *Joſeph. antiq. l.* 14. 11. Longe poſt, Judæa in Toparchias XI. fuit diſpertita.

11. Fundamentis ſolidis deſtituuntur, qui iſtum, quem S. lit. ignorant, Paradiſi locum *accurate* definiunt. Inſignius hallucinantur quidam Patres, ad concavum lunæ eundem evehentes, quippe à quo aquæ diluvii non pertigerint, Interp. *P. Lomb. ſentent. Mag. l.* 2. *diſt.* 17. Graviſſime errant Alcorani compilatores, Paradiſum, qui ipſis placebat, commenti, *von den Juden, und ihren Lugen*, quem ridet *B. Lutherus* noſter *Tom.* 8. *Germ. Jen.* à quo errore parum abſunt hodierni Judæi, quod habet *Buxtorf. Synag. Jud. cap.* 35. de ſepultura mortuorum Judæorum. Nos plura ex ſacris non novimus, quam quod locus in Oriente fuerit; de cujus fluviis tellure diluvii aquis mirum in modum immutata, non habemus quicquam certi, quod aſſeveremus.

12. Chal-

12. Chaldæi כנרת reddunt גינסר, ſeu גניסר, unde Genezareth, ait *Druſius ad loc. diff. Num. c* 134. ut ſit ex גן hortus, & שרים principes, & notet hortum principum.

13. Tecta Palæſtinorum plana erant, & transverſis trabibus ſuſtentabantur, cujuſmodi exſtructio etiam Salomonis templo contigerat. Hinc intelligitur, quid ſit, II. *Sam*. XI. 2. *David ambulabat in tecto*. *Luc*. V. 19. *Conſcendebant tectum, & per tegulas dimittebant*. *Matth*. X. 27. *Prædicate ſuper tecta*, *Matth*. XXIV. 17. *Qui in tecto eſt, non deſcendat*.

14. Modus Accumbendi priſcorum, iſte erat. Ponebatur in cænaculo menſa rotunda, eaq; tripes, pedibus figuram animalis alicujus referentibus. Menſam cingebant tres lecti (hinc enim Triclini nomen) ſtrati aulæis aliove ſtragulo, in quibus cœnantes decumbebant, ſic, ut capite leviter erecto, dorſoq; pulvinis ſuffulto, lævo cubito inniterentur. Singulos lectos terni ſolebant occupare, quanquam & nonnunquam quaterni, quod tamen habebatur ſordidum. Primus pedes dorſo ſecundi, ſecundus tertii dorſo proximos habebat. Primus dicebatur ſummus, qui ad hujus pedes tertius, imus erat; qui medius inter illos accum-

be-

bebat, digniſſimus habebatur. Uſu veniebat aliquando, ut in medio lecto unus tantum accumberet, omnium videlicet honoratiſſimus. Quod ſi duo accumberent, interior, iſque menſæ propior, erat honoratior. Servi ſedentes ad ſubſellia comedebant, liberi ad Parentum pedes. Mulieres ſædebant, non accumbebant, niſi forte eſſent meretrices, quæ accumbebant. Hinc ergo intelligitur quid ſit, quod in ſacris ſapius leguntur aliqui diſcubuiſſe quod item diſcipulus inter cænandum recubuiſſe dicitur ad pectus Domini: *Ioh.* XIII. 24. Sic denique commodius potuit Maria *Ioh.* XII. 3. vulgo dicta Magdalena, ſtare ad pedes Jeſu, eoſque lachrymis rigare, capillis abſtergere, & denique unguento delibuere.

Melle fluit terra hac promiſſa, & lacte redundat:
Aſt ea quæ ſur ſum eſt, nectare & ambroſiâ.

INDEX
RERUM & VERBORUM.

A.

ABana & Pharphar flumina Syriæ. 466
Abarbanel quales ſibi dat titulos. 245
Abdias aulæ Achabi præfectus 110 prophetas monte occultatos pane & vino ſuſtentavit. 522
Abimelech an Melchiſedeco in ſacerdotium ſucceſſit. 298
Abraham quot præcepta accepit à Deo. 133
---- ejus ſemen quinam dicuntur ſecundum Judæos. 162
---- qua hora Deus ei ad quercum Mamre apparuit. 319
---- qua de cauſa ſolitus erat circa meridiem ſedere in oſtio tabernaculi. 345
Abrahami σύγχρονος Melchiſedech Rex Salem. 486
Abſalomi cæſaries cujus ponderis fuit. 401
Abſalon fuit ex poſteris Sennacheribi. 199
Accaron vel Ecron intra cujus muros idolum Beelzebub receperant. 497
Adam qualia præcepta accepit. 132
Adorationis loca quatuordecim fuerunt in Sanctuario. 243
Adonibeſek talionis pœnam expertus. 521
Adulterii pœna erat ſtrangulatio apud Judæos. 146
Adultos maſculos ſolum Judæi poterant occidere in bello. 85
Ædium poſtes altæ debebant eſſe decem palmis. 100
Ægypti deſcriptio ſecundum longitudinem & latitudinum. 65
---- dividitur inſuperiorem & inferiorem. ib.
Ægyptus olim ditiſſima fuit. 73
---- merces habebat egregias. ib.
Ælius Adrianus & Julianus Apoſtata Hieroſolymæ reſtaurationem fruſtra tentarunt. 488
Ægyptus Delta quare dicatur. 534
---- etiam dicta a רהב 535
---- præcipuæ urbes ejus. ib.
Ægyptii dediti erant inſanæ ſuperſtitioni & Idololatriæ. 73
---- aſpernabantur aliorum mores & inſtituta. ib.

Digitized by Google

---- non ſolebant alias terras inviſere. 74
---- eorum imperium fuit magis penes reginam quam regem. 153
---- quo modo pacto dotali aſſignabant fœminis imperium in viros. ib.
---- unde circumciſionem acceperunt. 163
---- hos admodum timidos fuiſſe teſtantur Antiqui. 415
Ægrotos gentilium viſitare debebant Judæi. 169
---- qui hos viſitant liberantur a pœna inferni ſecundum eos 170
Aër Terræ Sanctæ facit homines ſapientes ſecundum Judæos. 79
Ætas qualis militiæ apta apud Judæos. 111
Æthiopes timidos fuiſſe teſtantur Antiqui. 415
Agar fons ubi. 528
---- Iſmaëlis poſteri Agareni ſive Saraceni vocati. ib.
Agreſtes Dii ubi potiſſimum colebantur. 347
Ahola ſeu Aholiba quid. 465
Akiba R armiger fuit falſi Meſſiæ Cozibæ. 198
---- ſecundum nonnullos fuit ex poſteris Siſeræ. 199
---- fuit inter primarios doctores doctrinæ Miſnicæ. ib.
---- in Bitther pectinibus ferreis dilaniatus fuit. 201
---- ejus caro vendita in macello. ib.
Alexander M. Judæorum opera uſus eſt in Ægyptiis expugnandis. 68
Alexandriæ ſitus & deſcriptio. 67
Alexandrinos Judæos non admittebant ad Synagogas Hieroſolumitanas. 71
---- quare hi erant ſub interdicto. ib.
Ἀλλόφυλοι quinam, & ſtatura corporis differebant ab aliis hominibus. 498
Amelcki memoriam quare delere debebant Judæi. 61
Ammon ſororem Abſalomi ducere poterat uxorem. 126
Ammonitis quare Judæi non obtulere pacem. 88
Amram quot præcepta a Deo in Ægypto accepit. 131
Angeli quare Elohim dicantur ſecundum Judæos. 213
Animas piorum ubi collocant Judæi. 77
Antilibanus mons ubi. 478
Antipatrida urbs ampliſſima unde dicta. 529
---- nunc niſi villa. ib.
אם quid notet. 519
Apoſtoli in N. Teſtamento uſi ſunt talibus verbis, quæ apud claſ-
Digitized by Google

claſſicos Auctores fruſtra quæres. 422
Aquæ in uſum templi unde petebantur. 6
- - - - ſi pernoctaverant in lavacro templi impuræ erant. 98
Aquæ terræ ſanctæ quæ. 469
Aquilo idem quod Babylonia. 540
Arabes quot preces quotidie recitant. 138
Aram Naharoth, quid. 466
Arabs pro latrone. 541
Arabia dicitur quandoque Hus ſeu Æthiopia. 539
- - - - & eſt triplex. ib.
- - - - per deſertam iter facientibus gnomone opus eſt, perinde ut navigantibus pixide nautica. ib.
Arbitrii bellum V. bellum.
Arbores fructiferas extra urbem obſeſſam non ſuccidebant Judæi. 91
- - - - neque etiam in aliis locis. ib.
- - - - quando id licitum erat. ib.
- - - - ſteriles exſcindere licebat. 107
- - - - frugiferas non ſteriles plantare debebant, ut dimitterentur in bello. ib.
- - - - qui tales plantaverat, quamdiu erat immunis a bello. 110
- - - ei non debebant diverſas ſpecies inſerere. 161
- - - unde ea lex nata. ib.
- - - quare in Æthiopia naſcuntur retortæ & pumulæ. 416
- - - quare in Germania naſcantur proceræ, craſſæ & enodes. ib.
Arca fœderis defecit ſub templo ſecundo. 242
- - - ubi fuit abſcondita tempore Joſiæ. 243
- - - an cum templo primo periit. ib.
- - - in ea nihil fuit niſi duæ tabulæ lapideæ legis. 336
Ariſtomenes Meſſenius cor habebat hirſutum. 414
Arteria aſpera erat reſcindenda antequam caro beſtiarum Judæis erat licita. 150
אסר quid ex uſu Chaldaico ſignificat. 72
Arx Antonia ubi ſita & unde ſic dicta. 493
Aſcalon, hic Herodes infanticida natus. 530
Aſer Cananitarum metropolis ubi exſtructa. 524
- - - tribus, ubi. 477
Aſſyrii quare ignem pro Deo adorabant. 325
Aſſociatores quare Muhammedani Chriſtianos appellant. 214

- - - Muhammedani negant hos vitam æternam adipiſci poſſe. ib.
Aſphaltites locus, quis. 472
Aſthartis Deæ Sidonii & Salomon cultores. 481
Athletæ victores quomodo victos angere ſolebant. 350
Auctores omnes qui Græce ſcripſerunt ad nos non pervenerunt. 421
Avis vivæ membra an Noachides poterant comedere. 149
- - - ejus ſanguis an fuit interdictus. ib.
Auſpicia ante expeditionem V. expeditio.
Auſtrum quare Hebræis appellatur dextra. 65
Axillares pili quare viris denſiores quam fœminis. 414
Azotus urbs & hoſpitium idoli Dagon. 497
Azyla tantum filiis Izraëlis ſunt data. 154

B.

BAal Berith quis locus. 501
Babelis quantus amor habuit Judæos. 79
Babylonii an etiam dicebantur Caſpii. 526
Balaamum Moſi parem faciunt Judæi. 188
- - - hic tres qualitates habuit, quibus fuit deſtitutus Moſes. ib.
- - - an fuerit verus Propheta Dei. 189. 294
- - - quibus artibus ipſius vaticinatio conſtabat. 189
- - - an etiam ſacerdos Altiſſimi fuit. 296
- - - ejus laus. 306
Balneatorem non faciebant Judæi Regem aut ſacerdotem magnnm. 8
- - - quare ib.
Baptizabant Judæi Gentiles nomine proſelytæ. 122
- - - quid ille baptiſmus repræſentabat. 123
Baptiſmus pertinebat ad Judicium triumvirale. 126
- - - mulierum quomodo peragebatur a Judæis. 158
Barba intacta ferro in quibuſdam viris uſque ad umbilicum creſcit. 412
Barbari olim erant ſapientiæ ſectatores. 376
Bellum præcepti quodnam dicebatur a Judæis. 57
- - - arbitrii quodnam dicebatur ab illis. ib.
- - - offenſivum augeri poterat ad libitum. 58
- - - Gog & Magog quando ſit futurum ſecundum Judæos. 230
- - - quid

- - - quid in eo bello expectant Judæi. 232
Bello capti ſervi erant apud Gentiles. 83
Belus fluvius arenam & metalla in vitrum commutat. 477 & 478
Benjamin & tribus ejus. 482
Berſaba puteus juramenti quare ſic dictus. 529
- - - in hujus deſerto Elias ab angelo cibatus. ib.
Beſtias diverſas Judæi miſcere non debebant. 161
- - - unde illa lex nata. ib.
Bethlehem duplex. 513
- - - civitas David. ib.
- - - Maria hic peperit Jeſum orbis Redemptorem. ib.
- - - Schultetus putat præſepe eſſe nomen diverſorii. ib.
- - - Helena Conſtantini M. Mater ſplendidiſſimum templum hic ædificavit. ib.
Bethſaidæ quæ miracula facta. 117
Bethel domus Dei quæ urbs. 484
- - - & Dan montes ubi ſiti. 500
Bethſan ſeu Scythopolis ubi ſita. 521
Bethſech ibidem Adonibeſek pœnam talionis expertus. 521
Binomines fuerunt aliqui poſteri Abrahami. 285
Bither olim urbs magna fuit. 204
- - - cum magna multitudine Judæorum vaſtata. ib.
- - - quare. ib.
Bituminis glebæ non niſi mulierum menſtruo reſolvi valent. 473
Blaſphemare nomen Jehovæ Judæo ſub pœna mortis non licuit. 141

C.

CAdentes in bello a Judæis eo loco ſepeliebantur, ubi ceciderant. 95
Cæle pars Syriæ. 466
Cæſarea Palæſtinæ, ibidem Herodes ac Deus a populo habitus, Angeli plagis percuſſus miſere animam exſpiravit. 520
Cæſares quare olim dicebantur Romanorum Imperatores. 388
Cæſaries nec in veteri nec in Novo Teſtamento viris prohibita. 391
- - - Abſalomi an a Scriptura damnata. 401

- - - eam alere an apud Judæos honeſtum fuit. 404
Cabus qualis menſura apud Judæos. 93
Cain urbs ubi ſita. 478
Calidiores ſunt homines qui ſunt animoſiores. 415
Calvos olim lunam adamaſſe ferunt fabulæ. 395
Canaan cum ſuis poſteris quamdiu terram promiſſionis poſſedit. 463
Canaan quare terra Sancta fuit dicta. 463
- - - fuit a Græcis dicta Phœnicia. ib.
Canaan appellative dicitur mercator. 463
Cananæa terra quare a Judæis fuit adamata. 74
- - - ejus prærogativæ. 76
- - - ejus amor Judæos admodum urget. 78
Cana major & minor quæ & ubi ſita. 479
- - - ibidem Chriſtus primum edidit miraculum. ib.
Cananæus pro mercatore. 542
Capernaum ubi ſita. 525
Capillatiores ſunt viri natura fœminis. 417
Capillis ſub prolixis an intrinſeca latet malitia. 377
- - - eos breves habere an per ſe malum eſt. 379
- - - eos promittere ſignum ſanctitatis fuit in Naziræis. 405
- - - capilli longioris cauſa an ſit humiditas in fœminis. 413
- - - quare ſi mortuo creſcant cum cadavera ſub terra reconduntur. 417
- - - non idem contingeret ſi in loco calido & perflato exponerentur. ib.
- - - eos ſatis longos dedit natura viris ad velamen capitis. 417
- - - capillum & cæſariem dixerunt Latini. 428
- - - capilli viri & mulieris diſcrimen. 441
- - - hos ſi viri habent prolixos an mortem æternam merentur. 449
Capita virorum an ex præcepto divino ſunt radenda. 392
Capitalium pœnarum poteſtas quare Judæis ſit ademta. 218
- - - a quo tempore illud factum eſt. ib.
Carmel mons ubi ſitus. 509
- - - ſumitur & pro loco fertili. ib.
Carmelitæ monachi quorum ſimiæ. 509
Caſtra ponebant Judæi omni loco. 95
- - - omnia Judæorum cincta erant Sepimento. 97
Cenei quinam dicantur in ſacra ſcriptura diſſentiunt Judæi. 190
Chal-

Digitized by Google

Chaldæi an etiam dicebantur Caſpii. 326
Charta eſt quæ fit ex papyro Ægyptiaco. 433
- - - plumbea etiam fuit apud Veteres in uſu. ib.
Χειμάζεσθαι quid proprie ſignificat. 434
- - - quid improprie. ib.
Chabal urbes per contemtum vocatæ. 480
Chaldæa ubi ſita. 540
Chaldæus pro Aſtrologo. 542
Chiliaſmi patres ſunt fere omnes Judæi. 251
Chriſti ætatem in tempus Jannæi regis rejiciunt Judæi. 79
- - - quare. ib.
- - - cum in cauſa volunt Judæi quod Iſrael gladio periit. 215
- - - ejus facta ſunt ad parandam viam Meſſiæ ſecundum Judæos. 216
- - - V. Jeſus.
Cinei filii Hababi communem cum Juda ſortem obtinuerunt. 312
- - - quare poſteri Jethronis ita fuerunt dicti. 314
Circumciſio Judæorum an profluxit ex gentibus. 136
- - - quibus præcepta eſt. 162
- - - an ab Ægyptiis repetenda. ib.
- - - ab Iſmaelitis ad Arabes provenit. ib.
- - - quare a Gentibus olim amplexa fuit. 293
Circumciſum a Gentibus quomodo initiabant Judæi. 163
Civitates refugii ceſſarunt ſub templo ſecundo. 196
Civitas Petri & Andreæ quæ dicatur. 534
Cogitationes Dei aſſequi non eſt in viribus hominis. 216
Cognomina qualia habebat Deus ſecundum Judæos. 140
Colchi an orti ſunt ex Ægyptiis. 293
Colligi ad fratres quid ſignificat in ſcriptura. 114
Columnæ quales in Mauritania Tingitana repertæ. 88
Comam alere inſtar Gentilium nulli licebat inter Judæos. 25
- - - ea cum tonſa eſt magis obtegendo capiti idonea eſt quam vel intonſa longiſſima. 405
- - - ea detonſa deſtituta caput interdum multis in locis dimittit. ib.
- - - an ea mulieri magis nativa quam viro. 409
- - - an mulieri data eſt pro velamento quia longior. 415
- - - comæ virilis velocius incrementum eſt quam barbæ. 412
- - - viri in omnibus mundi partibus aut alunt aut alunt. 419
 - - - quare

- - - quare nutriunt omnes Gentes. ib.
- - - ejus ornatus in quibus rebus conſiſtit. 426
- - - eam non geſtabant veteres ſolutam. 427
- - - quomodo Latini eam a capillo diſtinguant. ib.
- - - hæc proprie eſt mulierum. ib.
- - - quomodo ea mulieri pro velamine data. 428
- - - qualis pro velamine eſſe poteſt. ib.
Combuſtionis pœna erat gravior gladio apud Judæos. 159
Comere quid proprie ſignificat apud Latinos. 439
Cometæ quid portendant regnis & imperiis. 400
Commeatu (de) quare ſibi providere poterant veteres Judæi. 341
Commercia cum Ægyptiis quare Judæis prohibita. 66
Conclave cæſi lapidis ubi fuit circa templum. 218
- - - quando ex eo egreſſum eſt Synedrium. ib.
- - - quare. ib.
Conclave putei ubi fuit circa templum. 6
Concubinas quomodo capiebant Reges Iſraelitarum. 51
- - - quales privati Iſraelitæ habere poterant. ib.
Concubitus ante conjugium non licuit apud Judæos. 120
Concupiſcentiam qualem a die nativitatis homini inſitam volunt Judæi. 120
- - - ſine hac ſecundum illos nullum foret gaudium ſuper ſtudiis & laboribus. ib.
- - - quid Judæi de ea ſentiant. ib.
- - - quale regnum ejus in irregenitis eſt. ib.
- - - eam non noverunt Judæi eſſe peccatum. 122
Conditiones faciendæ pacis tres apud Judæos. 83
Conjugatæ caput velo erat obductum in plateis. 147
Conjugium eſt juris naturalis. 121
- - - conjugiis maxime Judæi ſunt permixti cum aliis gentibus. 241
Conſolationes decem expectant Judæi ſub regno Meſſiæ. 248
Conſuetudo inveterata & omnium conſenſu recepta an dicitur φύσις. 421
- - - eſt altera natura. 422
- - - ponitur pro amicitia & familiaritate apud Latinos. 423
- - - non dicitur niſi de locali. 424
Convallis Mambre ubi ſita. 512
Convivatores quoties in funere bibere poterant. 22
Convivium quale ſomniant Judæi tempore Meſſiæ. 228
Convivia funeralia V. funeralia.

Cora-

Digitized by Google

Corazim ubi ſita. 517
Cor hirſutum habentes viri reperti ſunt. 414
- - - tales ſemper fuerunt fortiſſimi. ib.
- - - ſedes caloris, ſanguinis, animi, fortitudinis. 415
Coriarium Judæi non conſtituebant Regem aut ſacerdotem Magnum. 8
Corona Regis non utebantur Judæi ſub pœna mortis. 18
Corpora Regum an Judæi comburebant. 18
Coziba falſus Meſſias fuit inter Judæos. 198
- - - quo tempore vixit. ib.
- - - ejus perſecutiones contra Chriſtianos. 200
- - - hunc omnes Judæi, ut Meſſiam ſecuti ſunt. 201
- - - ejus ſequaces in urbe Bitter miſerrime perierunt. ib.
- - - an a ſuis interfectus ſit. 202
- - - alii eum in expugnatione urbis Bitter cecidiſſe volunt. ib.
- - - qualia miracula fecit inter Judæos. 203
- - - Judæi eum habent pro vero & eximio Rege. 204
Crinium galericulum an ſalubrius eſt quam proprii capilli.
Crucem quare Pontificii ponunt in triviis. 348
- - - Dæmones illud videntes an expaveſcant. ib.
Culum Dæmonum quando oſculantur ſagæ & ſtriges in ſignum adorationis. 403

D.

DActylum qualem Judæi non poterant exſcindere. 93
Damaſcus ubi ſita. 516
- - - quæ & qualis terra in agris Damaſ. ib.
- - - ex ejus pulvere Adami corpus fuit compactum. ib.
- - - Paradyſus ubi fuerit. ib.
Dan tribus quot urbes contineat ſacerdotales. 496
- - - Simſon heros in tribu Dan fortiter reſtitit fortiſſimis hoſtibus. ib.
- - - Geth Jonæ patria ſonat torcular. ib.
- - - fons Æthiopis ubi ſitus. 497
Dan urbs ubi ſita. 525
- - - eam inhabitabat Hæmorrhoëſſa. ib.
Dan vide Bethel.
Danielem quare Prophetarum numero expungunt Judæi. 197
Daroma interior quid ſignificet & ubi. 512
David an duxerit viduam Saulis. 19

- - - an theſauri in ejus ſepulchro inventi ſunt. 41
- - - familia ejus quomodo in diſperſione cognoſcitur ſecundum Judæos. 245
Decimæ quales Regi competebant apud Judæos. 53
Decorum (contra) quis peccare dicitur. 447
Dehortationem antecedaneam requirunt Judæi ad ſupplicium Iſraelitæ. 152
Delta qualis pars Ægypti appellatur. 65
Deſponſati quales dimittebantur ex caſtris. 108
Deum timentes quinam dicebantur inter Gentes. 131
- - - in eum ipſum preces cadere volunt Judæi & Muhammedani. 138
- - - unum quomodo credunt Judæi. 212
Diana trivia potiſſimum dicta eſt. 348
Die expiationis nemo præter Regem poterat lavare corpus. 23
Dies Meſſiæ quas Judæi ſe deſiderare dicunt. 247
Dii Gentium an poterant irrideri & blaſphemari a Judæis. 141
- - - ſi potiſſimum in triviis colebantur a Gentibus. 347
Dimittere quoſnam ex exercitu ſolebant Judæi. 105
- - - quo caſu eos non dimittebant. 106
Diſcerpta quando Judæi poterant edere in caſtris. 115
- - - quare alias a Deo erant prohibita. 116
Diverſorii uſus an olim fuit extra oppida in deſertis Arabiæ. 340
- - - an in oppidis Judææ. ib.
Diverticula quales viæ dicebantur apud veteres. 340
Divinatio ante expeditionem V. expeditio.
- - - qualis ejus merces fuit V. merces.
Divortia quomodo faciebant Gentiles. 147
Doctores alio modo apud Judæos ſalutandi erant quam privati. 170
Dæmones quare ſæpe homines illuſerunt aſſumpta ſpecie ignis. 327
- - - ubinam olim ſæpius apparere ſolebant. 347
- - - piloſi ſæpe in ſcriptura introducuntur. 402
- - - non comati ſed toto corpore hirſuti. 403
Dolores Meſſiæ quomodo metuunt Judæi. 232
Domi qualis ædificatio dimittebat e bello. 107
- - - eam qui emit aut extruxit quamdis erat immunis a bello. 110
- - - ſi extra terram Iſraelis ea erat e bello non revertebatur. 112

Domus Judicii apud Judæos habebat poteſtatem faciendi rem illicitam licitam. 205
Dubias res in bello poterant edere Judæi. 96
- - - quales res ab illis ita dicebantur. 97
Ducem exercitus ex proſelytis non conſtituebant Judæi. 5

E.

EDomitæ in prophetis ubique ſunt Chriſtiani ſecundum Judæos. 192
- - - quare illos ita appellari volunt Judæi. 193
Edom regio Latinè Idumæa. 539
Eleutherus ubi Scaturiens. 477
Elias venturus eſt ſecundum Judæos ante adventum Meſſiæ. 231
- - - quid de eo ſe expectare dicunt Judæi. 233
- - - non eſt functurus officio Judicis. ib.
Eleemoſinam dare poterant Noachides Judæis. 165
- - - quibus hæc tunc diſtribui debebant. ib.
- - - gentibus ſi dabant quibus diſtribuenda. 166
- - - quare hæc צדקה appellatur a Judæis. ib.
Ἐμπλίκτρια qualis dicebatur a Judæis. 432
Emahus, ubi diſcipuli è panifragio Chriſtum agnoverunt reſuſcitatum. 514
Emath ubi ſita. 524
Endor quis locus & ubi. 510
- - - ibidem Pythoniſſa ſtitit Saulo Samuelem. ib.
Ephraim quandoque ſumitur pro toto regno Iſraëlis ſeu 10 tribubus. 506
Ephron an fuit inter ſucceſſores Melchiſedeci in ſacerdotium. 117
Epulæ ad defunctorum memoriam quomodo in uſu eſſe cœperunt. 23
- - - quales hæ erant. ib.
Equos non debet Rex ſibi multiplicare. 38
- - - otioſos quare non debebant habere. 39
Errores de paradiſi loco. 542
Eſavi animam in Chriſtum migraſſe dicunt Judæi. 194
Eſus carnis ante Noachum an illicitus. 135
Ethnicos pauperes ex lege Moſis Judæi tenebantur ſuſtentare. 166

Eunu-

Digitized by Google

Eunuchi quare olim non gerebant barbam. 417
- - - nec pilis obſiti ſunt in aliis partibus corporis. ib.
Exemplar publicum legis antiquitus fuit apud Judæos. 32
Exilio purgari peccata & remitti credunt Judæi. 178
Expeditiones veterum non ſine auſpiciis inchoatæ. 308
Ezras tres genealogiarum tabulas reperit ſecundum Judæos. 239

F.

FAcinora duo eodem die non puniebant Judæi. 47
Fallere eos qui pacem fecerant Judæis nullo modo licuit. 85
Fertilitas & maledictio terræ ſanctæ. 468
Feſta qualia ceſſatura ſunt in diebus Meſſiæ ſecundum Judæos. 179
Filia Pharaonis Salomoni nupta videtur converſa. 66
Filius præcepti quot annos natus eſſe debebat ſecundum Judæos. 156
Flamen Dialis Jovi erat ſacer apud Romanos. 103
- - - è patriciis eligi debebat. ib.
Flamen Martius qualis ſacerdos apud Romanos. 103
Flamen Quirinalis è Patriciis eligi debebat. 103
- - - ejus inſtitutio erat a Numa Pompilio. 104
- - - V. Quirinalis.
Fluvius quis tam velociter fluat, ut eum nemo tranſire poſſit. 524
Fœminis haud licebat teſtimonium dicere apud Judæos. 152
- - - iis nullum competebat publicum munus. 153
- - - apud Ægyptios pacto dotali imperium in viros aſſignabatur. ib.
- - - iis an natura denſas & prolixas comas ſuppeditat non viris. 419
- - - quare hæ quam maxime capillorum curam gerunt. 419
Fœminam gentilem ſubjicere ad coitum quando poterat Judæus. 119
Fœtum in utero matris occidere cui non licuit ſub pœna mortis. 149
Fores templi ſponte apertæ quid ſignificabant. 218
Formoſa Gentilis quæ nolebat Idololatriam relinquere poſt duo-

duodecim menſes interficiebatur. 127
Fornicationem Judæi non magnum æſtimabant eſſe peccatum. 122
Fortunam mundanam ſperant omnes Judæi in regno Meſſiæ. 248
Forum Noachidarum mutatum fuit ſi crimen contra Iſraëlitam commiſſum erat. 159
Fratria de ducendem lex V. lex.
Fructus comedere de quibus decimæ non erant datæ ſub qua pœna non licuit. 97
- - - cenſebantur ut præputiati tribus primis annis apud Judæos. 108
Funera parentum non proſequebantur Reges. 21
Funeralia convivia qualia erant apud Judæos. 22
- - - in Veteri Eccleſia Chriſtianorum olim etiam in uſu erant. ib.

G.

GAad ubi ſita. 504
- - - tribus in quot familias diviſa. 505
Gabriel Archangelus quare pingitur virga in miſſione ad Mariam Virginem. 331
Gabaa & Gabaon quæ urbes. 485
Galilæa ſuperior & inferior. 507
Galilææ maris deſcriptio. 471
Galilæa quot & quas contineat urbes ſacerdotales. 508
Galgale ibidem idolorum cultus inſtitutus. 485
Garizim & Hebal qui montes. 502
Gaza ubi ſita & unde ſic dicta. 530
Gelboë montibus David quomodo maledixerit. 508
Genealogiæ omnes Judæorum confuſæ ſunt. 208
- - - fideliter conſervatæ fuerunt in captivitate Babylonica. 239
- - - quare Judæi eas aboleverunt tempore Domitiani. 240
Gentium converſionem ad legem Meſſiæ ex animo non optant Judæi. 225
Gentes ſeptentrionales fortiores ſunt Meridionalibus. 425
Gentes qui in otio vixerunt capilli curam geſſerunt. 419
Gentilem cum qua concubuerat Judæus non poterat poſtea vendere. 124

- - -

Digitized by Google

- - - neque ſibi poſtea eam ut ancillam ſubjicere. ib.
- - - ſi ea nolebat proſelyta fieri non poterat eam ducere uxorem. 125
- - - ſi ea ex prima commixtione gravida eſſet, natus ex ea cenſebatur peregrinus. ib.
- - - nihilominus baptizabatur a Judæis. ib.
Gentilis qui fit proſelytus a Judæis habebatur tanquam infans recens natus. 127
- - - conſanguineos ejus adhuc gentiles non habebat pro conſanguineis. ib.
- - - non erat reus inceſtûs ſi cum illis concubuerit. ib.
- - - qui non recipiebat præcepta Noachi interficiendus erat. ib.
- - - iis benigni ſunt Judæi. 131
- - - ſi is congreditur cum Iſraëlitide reus erat mortis. 145
- - - idololatra qui occupatur in lege reus & mortis. 164
- - - iis non licet facere ſibi præcepta ex ſua opinione. ib.
- - - ſi vult judicari ſecundum legem Iſraëlis judicatur. 168
Gergeſa ubi & a quo exſtructa. 518
Gergeſeni potius Chriſto quam ſuis ſuibus carere volebant. 516
Girgæſæi magna ex parte in Africam fugerunt. 87
Glacies & nix æſtate in Galilæa ſolenne eſt. 472
Gladii pœna gravior erat ſtrangulatione. 146. 159
- - - infame erat ſupplicium Judæis. 151
Goëlis antitypus quomodo Dominus noſter JESUS CHRISTUS fuit. 21
Gog & Magog ejuſque bellum V. bellum.
Goph qualis locus eſt ſecundum Judæos. 237
Græcæ mulieres quomodo ſolitæ ſunt habere comam. 436

H.

HAber an idem fuit cum Hober & Hobab. 513
Hæmorrhoëſſa quos in animi grati ſignum præ foribus ſuæ domus erexerit ſtatuas. 525
Hæretici omnes hæreſin ſuam firmant auctoritate ſacræ ſcripturæ. 401
Hagiographa abolenda erunt tempore Meſſiæ ſecundum Judæos. 208
חבר Quis dicebatur a Judæis. 130

He-

Hebræi V. Judæi.
Hebal vide Garizim.
Hecatæ trivia potiſſimum dicata erant. 348
Helvetii capillos promiſſos habere ſolent. 377
Hebron ubi ſita. 511
Herodes an fuerit Rex legitimus. 5
---- quare genealogias Judæorum flammis dedit. 240
Heſteris hiſtoria quare ſecundum Judæos non abolenda tempore Meſſiæ. 208
Heterogeneorum lex unde nata fuit. 161
Hevæi erant incolæ Gibeon. 86
Hermon mons quouſque extendatur. 509
---- ubi ſitus. 515
Hoba caſtellum ubi ſitum. 519
Ἱερουσαλὴμ unde dicta. 486
Hieruſalem per excellentiam civitas & quidem Dei & ſancta quare dicatur. 485
---- in medio mundo ſita. ib.
---- quare Syon ſeu filia Syon nominetur. 486
---- cum arce occupata armata manu per Davidem. ib.
---- a Nebucadnezare everſa. 487
---- libertati reſtituta & utcunque reſtaurata. ib.
---- Herodes Aſcalonites magnis ſumptibus templum iſtud priori Salomonæo aſſimilare conatus eſt. ib.
---- Urim & Thumim ubi erant. ib.
---- Meſſias quo templo ſtante venire debuit. ib.
---- quando Titus Veſpaſianus ferro atque igne abſumperit. 488
---- Ælius Adrianus & Julianus Apoſtata ejuſdem urbis reſtaurationem fruſtra tentarunt. ib.
---- exſtructa quot & quibus montibus. ib.
---- 12 portis quare circumdata. ib.
---- vorago mellis quæ vallis ita appellabatur. ib.
---- turris Siloah Auſtralis pars Hieroſolymæ. 489
---- unde Chriſtus lapis angularis dicatur. ib.
---- turris David ubi ſita. ib.
---- mons Acra ubi ſitus ib.
---- palatium Macchabæorum ubi ſitum. ib.
---- palatium Herodis ubi ſitum. 490
---- mons Calvariæ ubi ſitus. ib.
---- Franciſcani ubi creant milites ſancti ſepulchri. ib.
---- piſcina probatica ſeu ovina vel Betheſda lacus ubi. ib.

Tem-

- - - Templum Domini a Salomone abſque ullo mallei ſonitu, ſeptennio, ex præſcripto ideæ, quam ſp. Domini ſubminiſtraverat; exſtructum. 491
- - - Sanctum Sanctorum ubi ſitum. 192
- - - Lex Moſis Arca fœderis continens tabulas Moſis, Aaronis virga & Mannæ vaſculum ubi reſervabantur. ib.
- - - Arx Antonia ubi ſita & unde ſic dicta. 493
- - - cryptæ ſubterraneæ arcis templi ad quid. ib.
Hierochuntina vide Roſa.
Holocauſtum offerre poterat Noachides. 165
Homeritæ ex Kethura nati & circumciſi octavo die. 164
Homines ejuſdem familiæ communi loco ſepeliebant Judæi 36
Homo ſecundum Judæos reſtituendus per Meſſiam eo ſtatu quo fuit ante peccatum. 180
- - - quare eſt capillatior in humidioribus locis quam in ſiccis. 416
- - - ad vitium potius quam ad virtutem ex vi naturæ ſuæ inclinat. 418
Honeſtum aliquid alicui ex quibus æſtimatur. 420
Honorem qualem Magiſtris debent Judæi. 27
Honorem qualem Magiſtris ſapientum debent Judæi. 27
Horeb mons quare a Deo delectus fuit. 274
- - - Numen in eo habitare creditum fuit. 275
- - - Monti Sinai fuit contiguus. 279
Hoſpitia an fuerint in deſerto tempore Moſis. 342

I.

JAbes Galaad ubi ſita. 518
Jabok torrens, juxta quem Jacobo Eſavi fratris violentam irruptionem timenti apparuerunt aliquot exercitus Angelorum. 505
Jacob quot præcepta accepit a Deo. 133
Jacob ubi cum Labano redierit in gratiam. 515
- - - ejus & Moſis Hiſtoria eſt admodum parallela. 286
- - - qua de cauſa Berſabe revidere voluit. 345
Jacobus frater Domini fuit Naziræus. 421
Idololatria adverſatur juri naturali. 155
- - - eam cum vera Religione conjungebant Veteres. 294
Idumæos a diſcipulis Chriſti fundamenta Chriſtianiſmi didicerunt. 199

Digitized by Google

Jehova hoc nomen antè Moſen an patribus fuit notum. 254
- - - an Moſes magna miracula per illud fecit. ib.
- - - an nunc iterum illud ignotum eſt. ib.
- - - Meſſias an illud iterum revelabit. ib.
Jericho urbs unde illud nomen accepit. 15
Jericho palmarum & Lunæ civitas cur dicta. 483
Jeſus Chriſtus fuit Naziræus. 421
- - - V. Chriſtus.
Jethroni cum Moſe ſanguinis affinitas interceſſit. 283
- - - an fuerit ille binominis. 285
- - - Rabbini hunc ſeptinominem faciunt. ib.
- - - an duxerit genus ex Abrahamo. 386
- - - fuit is ſacerdos Dei altiſſimi & non Idololatra. 291
- - - forte etiam Regulus. ib.
Jezraël urbs regia Regum Iſraël ubi ſita. 521
Ignis cæleſtis defecit ſub templo ſecundo. 242
Ignis præſtantiſſimum ſimulacrum divinitatis. 323
- - - qua de cauſa. 324
- - - quare Aſſyrii ignem pro Deo habebant. 325
Imaginum hoſtes infenſiſſimi ſunt Judæi. 140
Inclinatio naturalis an mulieribus ineſt ad nutriendam comam. 418
- - - ea non eſt regula recti & decori. ib.
Inconſtantes quare mulieres magis quam viri. 418
Indecori quot genera ſunt. 447
Inexpectata qualia tria eveniunt ſecundum Judæos. 208
Ingreſſus tres habent Judæi in terram Canaan. 1
Interfectorum facultates Judæi cedebant Regi. 54
Jobus an fuerit ſacerdos inter Huſſitas. 299
Jobi liber an a Moſe fuit conſcriptus. 289
- - - quo tempore. ib.
Jobi domicilium quæ civitas. 516
Johannes Baptiſta fuit Naziræus. 421
Joh: Baptiſtæ patria quæ & ubi. 512
Jonas utrum Hebræus an Gentilis. 479
Joppe emporii conditor quis & civis ejus Simon coriarius. 598
Jordanus in quas ſe exonerat aquas. 470
Joſeph ubi inciderit in manus fratrum pecora paſcentium. 532
Joſuæ triplex epiſtola ad Cananæos miſſa. 83
- - - quare illos miſit antequam Canaanem intraret. 87

Ἱπποκόμος quis dicebatur a Græcis. 426
Iſaac quot præcepta accepit a Deo. 133
- - - qua de cauſa Berſabe revidere voluit. 345
Iſaſchar tribus ubi reperiatur, & quot familiæ. 508
Iſis unde laudem θεσμοφόρους meruit. 72
Iſraëlitæ ſinguli librum legis deſcribere debebant. 34
- - - V. Judæi.
Iſraëlis ex terra ire quando Judæis permiſſum. 73
- - - quando prohibitum. ib.
Iter populi Iſraëlitici ex Ægypto per deſerta Arabiæ in terram promiſſionis. 534
ים סוף das ſchilffmeer quid & ubi. 476
Jubar comatum quare ſtellis adſcribunt veteres. 395
Jubilæorum ſolennia ſub templo ſecundo non fuerunt celebrata. 181
Judæ tribus ſoli promiſſum erat regnum. 12
- - - Reges ex alia tribu puniti fuerunt. ib.
Judæa qualis pars terræ promiſſæ fuit dicta. 464
Judæa in V Toparchias, longe poſt in XI fuit diſpertita. 542
Judæi quare non petierunt Regem a Samuele. 2
- - - non ſunt amici regiæ poteſtatis. 3
- - - Syriacis, Arabicis & Græcis vocibus utuntur in diſperſione. 8
- - - non fuerunt admodum periti Geographi. 66
- - - in Ægyptum redire ſæpius avebant. ib.
- - - inter primos Incolas Alexandriæ fuerunt. ib.
- - - multi quomodo in Ægyptum reverſi. ib.
- - - eorum opulentia & gloria in Ægypto. 70
- - - ubi iis in mundo habitare licebat. 63
- - - erant fere ignari ordinis & diſciplinæ militaris. 106
- - - eorum dogmata cum ſententia Pelagianorum admodum conveniunt. 135
- - - volunt in ipſum Deum preces cadere. 138
- - - iis licitum erat in vineam ire & edere, ſed nihil auferre. 148
- - - Gentili non ita.
- - - eum tradere in poteſtatem Gentium nefas erat. 217
- - - quod tam de bonis quam de perſona Intelligendum. ib.
- - - quouſque ad montem Sinai aſcendere poterant. 363
- - - prolixum olim capillum habebant. 420
- - - legem ex voto habebant de alenda coma. 421

- - - V. Iſraëlitæ.
Judææ mulieres quomodo ſolebant habere comam. 436
Judæi non ex eodem cum Samaritanis bibebant poculo, ſed eorum vaſa immunda judicabant. 503
Judicem per qualem Judæi debent judicari. 152
- - - qualem conſtituebant Judæi proſelytis domicilii. 166
Judicia Judæorum quare non incipiebant noctu. 217
- - - capitalia ad damnandum nunquam uno die abſolvi poterant. ib.
- - - ad abſolvendum contra. ib.
Julium Cæſarem ex Eſavo natum volunt Judæi. 197
Juramenti provocatio per cœlum unde incepit apud Judæos. 10
Juramentum eſt juris naturalis & juris Gentium. 85
Juris divini Ignorantia non excuſat. 155
Jus hoſpitii quare Sanctiſſimum habebant Veteres. 341
Jura Judæorum an erant diſtincta a Noachidis. 167
Jura Majeſtatis non ſunt privata, ſed publica. 20

K.

KAdmonæi quinam dicantur in ſacra ſcriptura diſſentiunt Judæi. 196
Kariathjarim urbs, patria Zachariæ & Uriæ. 497
Kedar urbs ubi ſita. 517
Keniſæi quinam dicuntur in ſacra ſcriptura diſſentiunt Judæi. 196
Keihuræ filii an obligantur ad circumciſionem. 163
- - - an ob neglectam diem debeant occidi. ib.
- - - an Sabæi etiam ex his ſunt oriundi. ib.
- - - aliqui Judæorum hos confundunt cum Hagaris filiis. ib.
Κόμαι arborum, fruticum & herbarum quid vocant Græci. 438
Κομᾶν an ſignificat capillum habere prolixum. 424
- - - dicitur de reis vel lugentibus capillum promittentibus. 425
- - - quid in propria notione ſignificat. ib.
- - - ſignificat etiam gloriari & ſuperbire. 425
Κόμη Græcis aliud quid eſt quam θρὶξ aut τρίχωμα. 426
- - - quid proprie ſignificat apud Græcos. ib.

Κρᾶσις humidior an ſit cauſa capilli humidioris & denſioris. 413
- - - hinc corpus & animus molleſcit. 414

L.

LActare filiamGentilis filiæ Iſraëlitis prohibitum eſt. 171
Lacus Siddimorum quis & ubi. 472
Lanionem non conſtituebant Judæi Regem aut ſacerdotem Magnum. 8
Lapidationis pœna gravior erat combuſtione. 159
Lavare manus aliquando non tenebantur in bello. 96
Leves quare mulieres magis quam viri. 418
Levitis Deus quare providerit Decimis, ſacrificiis &c. 493
- - - iis præcipue demandata protectio inſontium, unde urbes Refugii, qui mos ad gentes quoque profectus. 494
- - - Levitarum numerus & claſſes regnante Davide. 495
- - - Synagogæ Hieroſolymis fuere XXV. ib.
- - - urbes quæ & quot. 500
Lex a Moſe nulli in hæreditatem data, quam Iſraëli. 128
- - - qui eam recipere nolebat eum non cogebant Judæi. ib.
- - - quare Deus eam multiplicavit ſecundum Judæos. 183
- - - ejus perfectio damnat legem oralem. 205
Lex Agraria ſub templo ſecundo non fuit plane revocata. 181
Lex Cœremonialis præter typica etiam Moralia dogmata continebat. 116
- - - nihil habet Moralis naturalis. 117
- - - eam tempore Meſſiæ reducendam credunt Judæi. 178
- - - eam non niſi ad tempus inſtitutam eſſe quomodo Deus demonſtravit. 206
Lex deducenda fratria in cujus gratiam lata eſt. 20
Lex de lapidatione vitiatæ unde. 146
Lex de ſacrificiis qua occaſione lata. 179
Legis non ſcriptæ obſervantia pluris eſt ſecundum Judæos, quam ſcriptæ. 208
Lex de vetitis cibis tantum Palæſtinæ propria ſecundum aliquos Judæos. 117
Libanus & Antilibanus montes ubi ſiti. 478
- - - quid ſignificet. 523
Liber legis nunquam debebat recedere a facie regis. 31
- - - quan-

- - quando eum deſcribere debebat. 53
Libidinem (ad) natura procliviores ſumus quam ad virtutem. 418
Libidinoſi ſunt calidioris naturæ temperamenti. 415
Ligna ex omni loco adducere poterant in bello. 96
Lingua coccinea a quo tempore in expiationis hirco incepit albeſcere. 218
Litteras quomodo in Græciam deducunt eruditi. 88
Longitudo & Latitudo terræ Sanctæ. 467
Lothus quare circa veſperam ſedebat in porta Sodomæ. 346
Lotionem manuum quanti faciebant Judæi. 97
- - - in die expiationum tamen non licuit. ib.
- - - quare Judæi id quotidie faciunt. ib.
- - - ejus ſuperſtitio a Judæis ad Muhamedanos perfluxit. 98
- - - manuum duplicem habebant Judæi. ib.
- - - poſteriorem magis neceſſariam faciunt, quam priorem. ib.
Lugentes epulo reficere ſolebant veteres. 22
Luna defunctorum calvæ plane ſimilis eſt. 395

M.

MActationes ritus præceptus Iſraëli non pertinet ad Noachidas. 151
Macherus caſtellum ubi Johannes captivus ab Herode Antipa capite fuit truncatus. 527
Machmas ubi ſita. 504
Magdalena non eſt nomen proprium mulieris. 533
Magiſtrum Judæi venerari debebant veluti patrem. 27
Mahumedis ſepulchrum ubi. 540
Maimonius quare Ægyptius appellatus. 64
- - - ejus tempore varii falſi Meſſiæ ſurrexerunt. 204
- - - magnus defenſor meriti & liberi arbitrii fuit. 250
Manna de cœlo an Meſſias ſit daturus. 252
Manaſſe tribus ubi ſita. 520
Mare Mediterraneum quare vocatur mare Ægyptiacum. 66
- - - quare a Judæis appellatur mare magnum. 65
- - - quare vocatur mare Philiſtæorum. ib.

- - - quare vocatur mare poſterius. ib.
Maris Mediterranei deſcriptio. 471
Mare Rubrum, quid & quare ita dicatur. ib.
Maſpha quæ urbs & ubi ſita. 506
Matrem quo caſu proſelytus ducere poterat. 127
Medi quare ignem pro Deo adorabant. 321
Melchiſedech ubi habitaverit. 522
Membra quomodo uſurpanda ſunt. 414
Mento nudo nihil dementius dicebant veteres. 372
- - - mentum an a mente dictum ſit. 371
Mercaturæ gratia licebat Judæis in Ægyptum proficiſci. 72
Mercedem divinatoribus dare non fuit illicitum. 309
Mercurius Gentilium quare virga inſtructus. 331
Meridie quare paſtores interiora deſerti quærebant. 316
- - - ea eſt hora ſolennis apparitionum divinarum. 319
Meridionales Gentes habent breves & tortos crines. 415
Meſſia de Rege quid ſentiant Judæi. 176
- - - ejus adventus erat inter articulos fidei apud Judæos. 182
- - - duplicem Meſſiam ſomniant Judæi. 189
- - - unde ſit venturus ignotum eſt ſecundum eos. 191
- - - hic ſecundum eos majora miracula faciet quam Moſes. 199
- - - tales falſi ante Chriſtum non fuerunt. 204
- - - talis præſumtione qualis eſt ſecundum Judæos. 207
- - - qualis verus. ib.
- - - is non erit ſecundum Judæos niſi ex domo Davidis. 208
- - - & ex ſemine Salomonis. ib.
- - - debebit eſſe totius miſnæ obſervator. ib.
- - - qualia ſigna habebit ejus adventus. 210
- - - qui ſe eſſe falſo gloriatur reus mortis eſt. ib.
- - - ejus ortus qualis & ubi ſit futurus. 210
- - - quare duos tales finxerunt Judæi. 217
- - - cum jam dudum veniſſe volunt Judæi, ſed nondum revelatum eſſe. 220
- - - in porta Romæ inter leproſos ſedere dicunt. ib.
- - - ejus adventus quare differtur ſecundum illos. 236
- - - ejus dies quot erunt ſecundum Judæos. 237
Meticuloſi in bello quomodo corroborandi. 113
Midianitarum omnes mares quare Deus occidi voluit. 86
Milites extraneos quare non conducebant Judæi. 106

Digitized by Google

Miracula Chriſtianorum vera eſſe nemo negare poteſt. 205
- - - iis ſolis tamen Meſſias non probatur. ib.
Miracula a Meſſia non requirunt Judæi. 198
- - - quæ facta per manus Prophetarum an etiam poſſunt fieri per Magos & Pythoniſſas. 199
- - - qualia decem tempore Meſſiæ expectanda. 229
Moabitis quare pacem non obtulerunt Judæi. 89
Modus accumbendi priſcorum quis erat. 543
Mons Chriſti ubi ſitus. 523
Mons Sinai hodie Sanctæ Catharinæ dictus. 537
Morte ſua & morte Moſis putant Judæi purgari peccata & remitti. 178
Morticinia quando Judæi in caſtris poterant edere. 115
- - - quare alias erant prohibita. 116
- - - ea etiam Muhammedanis prohibita. 117
Mortuos Gentilium ſepelire debebant Judæi. 169
Mos alendi comam unde ortus inter homines. 419
- - - eſt regula decori. 447
Moſes unde hauſit quod cum Gentibus commune habuit. 136
- - - major propheta fuit ſecundum Judæos quam Meſſias. 239
- - - quare gregibus præfuit. 289
- - - an ſacrificiorum ritus a Jethrone didicit. 300
- - - an etiam rationem Reipublicæ regendæ ab eo didicit. ib.
- - - ejus virga non fuit in arca ſed coram ea. 335
Moſes injecto ligno aquas condulcavit. 536
מירן quis fons. 469
Muhamedani volunt in ipſum Deum preces cadere. 138
- - - unde circumciſionem acceperunt. 162
- - - unum Deum credunt. 213
- - - in omni oratione id profitentur. ib.
Muhammedaniſmus colluvies Judæorum, Arrianorum & Gentilium Arabum. 213
Mulctas pecuniarias Rex non poterat exigere apud Judæos. 96
Mulieri nulla munera demandabantur in Iſraele. 7
- - - talis pulchra Gentilis non erat conceſſa Judæis, niſi tempore quando captiva abducebatur. 121
- - - in ipſo bello cum ea concumbere non licuit. ib.
- - - nemo duas tales accipere poterat. ib.

- - - ea etiam baptizatur ad proſelytiſmum. 138
- - - an ex coma denſiore & promiſſiore ſunt quam viri. 409
- - - quare hæ magis inconſtantes quam viri. 418
- - - hæ in lecto cubantes ſolutis crinibus ſolebant eſſe apud veteres Romanos. 439
- - - hæ a natura non habent comam denſiorem & promiſſiorem quam viri. 447
- - - quare ſunt minus capillatæ & minus piloſæ. ib.
- - - harum veſtimentis quare vir in publicum prodire non debet. 448
Multiplicare aurum & argentum quomodo poterat Rex. 40
- - - quomodo non. ib.
Mundi æternitatem credidit Maimonides. 206
- - - ejus tempora quomodo dividunt Judæi. 236
Mundus futurus ſignificat aliquando apud Magiſtros regnum Meſſiæ. 230
Munera omnia Judæorum ſunt hæreditaria. 9

N.

NAaman quò fonte lotus & a lepra liberatus. 470
Nachmannides perpetuus adverſarius Maimonidis. 251
Naphthalim tribus quot conſtabat familiis. 522
Nationes ſeptem quouſque exſcindere debebant Judæi. 60
Natura an fœminæ denſas & prolixas comas ſuppeditat non viro. 409
- - - ſatis longos capillos dedit viris ad velamen capitis. 417
- - - an dicitur rectæ rationis Judicium ex inſtinctu naturæ fluens. 420
Naturale quomodo in Idiotiſmo noſtro uſurpamus. 422
Nazareth patria Mariæ virginis. 532
- - - fabuloſa eſt Domicilii Mariæ tranſlatio ab Angelis facta in agrum Picænum. ib.
Nazaræi veteres comam nutrire debebant. 403
- - - quinam ita dicebantur a Judæis. 404
- - - quales ab utero matris Deo conſecratæ erant. 406
Nephthalim urbs, Tobiæ patria ubi. 525
Nethinæi quinam dicuntur a Judæis. 109
- - - erant proſelyti templo inſervientes. ib.

- - - qua-

- - - quare conjugia cum illis prohibita. 115
- - - mundandi dicuntur a Judæis tempore Meſſiæ. 246
Nili 7 oſtiorum nomina. 534
Noach quot præcepta accepit a Deo. 135
Noachides qui Idololatra eſt reus erat mortis. 139
- - - qui blaſphemat nomen Dei reus eſt mortis. 140
- - - qui hominem occidit etiam infantem in utero matris reus eſt mortis. 141
- - - iis quot concubitus ſunt illiciti. 142
- - - is erat reus mortis ob congreſſum cum ea, quæ a patre fuit ſeducta vel vi compreſſa. 144
- - - etiam cum noverca etſi poſt mortem patris. ib.
- - - qui junxerit ancillam ſuo ſervo, & cum ea dein fuit congreſſus ob id occidendus erat. 147
- - - qua pœna reus erat ob furtum. ib.
- - - reus erat ob uſum ex membro & carne viventis animalis. 148
- - - de beſtia mactata non poterat comedere quamdiu ſe movebat. 150
- - - quales Judices & Præſides in unaquæque regione conſtituere debebant. 151
- - - occidi poterat ad unum teſtem. ib.
- - - etiam per unum Judicem. ib.
- - - ex teſtimonio fœminæ non poterat occidi. ib.
- - - hi quum ex errore peccabant plane liberi erant. 153
- - - his non proderat civitas refugii. ib.
- - - ſi vi cogerentur transgedi præceptum an licebat. 155
- - - is circumciſus non poterat recedere ut fieret proſelytus domicilii, niſi fuiſſet minorennis. 156
- - - ſi coïerit cum uxore Iſraelitæ adhuc juvencula lapidatur. 160
- - - ſi volebat obſervare præceptum ex lege poterat. 165
Nobe oppidum, quid ibidem contigerit. 484
Nodis veteres ornabant comam. 426
Nomen unum Dei præ alio ſanctius venerantur Judæi. 191
Nomine fluminis ſine addito Euphrates plerumque in Bibliis intelligitur. 541
Nudipedalia Gentilium unde originem habent. 327
- - - iis placandis inſtituebantur. ib.

O.

OBlationes omnes an ceſſaturæ ſunt tempore Meſſiæ ſecundum Judæos. 180
Obſidebant urbes Gentium etiam Sabbatho. 94
Obſtetricem eſſe filiam Iſrael Gentili non permittunt Judæi. 171
Occidere Regi non licet niſi gladio. 46
- - - mulieres & parvulos in bello Judæis non licuit. 85
Oeſophagus erat reſcindendus ante quam Judæis caro animalis erat licita. 150
Offenſivum bellum V. Bellum.
Olea quantum ferre debet ne exſcindatur. 93
Oleo quali ungebantur Reges Iſraelis. 14
- - - quales Reges eo ungebantur. ib.
- - - illud quod Moſes confecit quandiu duravit. 15
- - - illud defecit ſub templo ſecundo. 242
Olivæ quantitatem de rebus illicitis edere non licet. 149
Onia duce templum in præfectura Heliopolitana condunt Judæi. 69
Opus bonum nullum carebit ſua mercede ſecundum Judæos. 132
Opera templi ſecundi erant humana, ſed opera templi primi divina ſecundum Judæos. 243
Operarius qui edebat in vinea præter tempus ſui laboris reus erat. 148
Opobalſamum optimum ubi invenitur. 15
Oraculum pectoralis defecit ſub templo ſecundo. 242
Oriſcaſpia V. Uriſcaſpia.
Ornare comam quomodo ſolebant veteres. 426

P.

PAcem offerre debebant Judæi antequam bellum inciperent. 81
- - - ad quale bellum hoc pertinebat. 82
Pacis ſalutationem duplicabant Judæi. 169
Palæſtina cujus promiſſionis eſt figura. 461
Palæſtina triplex. 467

Pa-

Palæſtini ob monſtroſam corporis molem aliis populis erant diſſimiles. 463
Palpebrarum pili ſunt viris longiores quam fœminis. 414
Panis Meſſiæ qualis ſit futurus. 253
Papirus Ægyptiacus eſt junci genus. 435
Parabolis ſcatet ſcriptura Veteris Teſtamenti. 224
Paradiſus Domini quis locus videbatur 472 & 516
Parentibus primis qua hora Deus apparuit. 319
Partus ſequitur ventrem. 126
- - - ei ex ipſa lege ſecundum Judæos fas erat ducere matrem vel ſororem uterinam. 127
Paſtores quid unaquaque diei hora curare debent. 316
Paſtoritia profeſſio fuit Hebræis ab antiquo peculiaris. 286
- - - ejus præfectura non erat deſpectabilis apud veteres. 287
Patrem qui eſt in cœlis etiam Judæi nominant Deum. 226
Paulus uſus eſt talibus verbis, quæ apud claſſicos auctores fruſtra quæres. 422
Pauperibus Gentilium nutrimentum dare debebant Judæi. 169
Peccatum quale coactus poterat Judæus committere. 156
- - - eorum cauſam & originem in capillis reſidere putant aliqui. 387
- - - nullum in ſe parvum ac leve cenſeri debet. 450
- - - aliud alio tamen gravius eſt. ib.
- - - an eſt viro capillo promiſſiore uti. ib.
- - - omne pœnam mortis æternæ meretur. 451
Pecunia veluti circularis ſanguis Reipublicæ eſt. 53
Pedibus nudis loca ſacra ingredi pium & religioſum eſt. 328
Pella ubi ſita. 519
Pentapolis ora quæ dicebatur. 472
Peregrinationes ad ſepulchrum Chriſti vanæ ſunt. 72
- - - peregrinationis ergo licebat Judæis in Ægyptum concedere. 72
Periodos temporum Meſſiæ ſupputare ſub qua pœna vetant Judæi. 235
Pharaones olim vocabantur omnes Reges Ægyptiorum. 388
Pharaonis filia V. Filia.
Phegor peculiare Idolum Madianitarum. 290
- - - quid proprie ſignificat. ib.
Philiſtæi fuerunt gentes maritimæ & fortiſſimæ. 463
Phi-

Philiſtæorum Satrapiæ & urbes quot & quænam. 495
Phœbum quare crinitum finxerunt veteres. 395
- - - is idem cum ſole fuit apud Gentiles. ib.
Phœnicia & Canaan idem eſt Græcis. 463
Phœnicia hodie Syriæ accenſetur. 478
Φυσις pro conſuetudine poni poteſt. 422
- - - in uſu apud plebem & Idiotas præcipue videtur hoc ſenſu poſita. ib.
Pietas nulla vera eſt niſi ex conſcientia legis. 132
Pilatus pœnam Chriſti ſecundum leges Romanorum differre debebat. 217
Pili denſi in pectore ſignum fortitudinis. 415
- - - eorum generationi quid maxime conducit. 416
Plaga contumaciæ qualis dicebatur a Judæis. 95
- - - quinam hac pœna maxime puniebantur. ib.
Plebejos admodum contemtim habent Judæi. 251
Planctus an pertineat ad honorem defuncti. 46
Planetas quinam nullo in honore habent. 395
פלשת quid Hebræis proprie ſignificat. 56
Pœna plagarum erat vel flagello vel baculo. 94
Pœna Noachidarum mutata fuit ſi crimen contra Iſraelitam commiſſum. 59
Polygamia an Regibus Judæorum fuit interdicta. 35
Poma & uvarum racemi qualia gignantur apud Sodomam & Gomorrham. 474
Pontifices ubi ſedebant in templo. 23
Porci carnem quando Judæis licebat edere in caſtris. 116
- - - quare ea alias fuit prohibita. ib.
- - - quomodo eos nunc vocant Judæi. 117
- - - V. Sues.
Poteſtas prima in mundo apud Patres familias fuit. 135
Præcepta ſeptem Noachi an in ſcriptura. 132
Præcepta tria accepit Iſrael cum ingreſſus eſt Canaan. 1
Præcepta quare Deus multificavit ſecundum Judæos. 183
Præceptum de Sanctificatione nominis Dei non acceperunt Noachidæ. 155
Præcepti bellum V. Bellum.
Prædam devictarum Gentium quomodo dividebant Judæi. 54
Præfecturæ omnes Judæorum ſunt hæreditariæ. 9
Præmonitionem requirunt Judæi ad ſupplicium Iſraelitæ. 152
Pre-

Precum matutinarum & veſpertinarum ſumma æquitas. 156
Preces alligare ſtatis horis ſuperſtitio eſt. 157
Profectiones veterum non ſine auſpiciis inchoatæ. 308
Prophetarum ſcripta abolenda erunt tempore Meſſiæ ſecundum Judæos. 2[illegible]8
- - - an tales etiam fuerunt inter Gentiles. 294
Prophetarum ſchola ubi. 312 & 313
Propinquis teſtimonium dicere non licebat apud Judæos. 152
Proſelytum in nullam præfecturam admittebant Judæi. 5
- - - ab iis jure caverunt ſibi Iſraelitæ. 7
- - - hi fuerunt auctores aurei vituli. ib.
- - - quomodo is recipiebatur a Judæis. 124
- - - quomodo proſelyta. ib.
- - - hunc hominem novum fieri volebant Judæi. 159
Proſelytus domicilii quis dicebatur a Judæis. 128
- - - quomodo is recipiebat præcepta Noachi. ib.
- - - quo tempore hic ſolebat admitti. 129
- - - ſi Iſraelita talem occidiſſet non erat reus mortis. 141
- - - cum eo quomodo agendum in Judicio. 168
Proſelytus juſtitiæ quis dicebatur a in Judæis. 129
- - - quibus ritibus is initiabatur. 157
Proſelyti Mercenarii quinam erant inter Judæos. 129
Proſelytus Portæ non poterat habitare Hieroſolymis. 130
Proximi quinam dicebantur a Judæis. 159
פרסה quot milliaria continet. 66
Pruta nummus minimus erat ex ære & argento. 148
Ptolemais quæ urbs & ubi ſita. 481 & 482
Ptolomæus Philadelphus an verſionem ſeptuaginta interpretum inſtituit. 65
Pugnabant Judæi cum Gentilibus etiam ſabbato. 94
Pulveribus in luctu os conſpergebant Judæi. 465

Q.

QUatuor res quales Judæis licitæ erant in bello. 96
Quid Hebræis mare dicatur. 541
Quinam primi idololatræ. ib.
Quirinalis flamen Romulo Quirino dicatus erat. 105

Ro-

Digitized by Google

- - - Romæ e Patriciis eligi debebat. ib.
- - - ejus inſtitutio erat a Numa Pompilio. 104

R.

RAbban major eſt quam Rabbi. 28
Rabba Philadelphia dicta unde. 505
Rabbi major eſt quam Rab. 28
Rabbini quare non omnes eodem modo loquuntur de futuro ſeculo. 229
Radere caput Rex quotidie debebat apud Judæos. 24
Raguel fuit pater Jethronis. 284
Ramatha ubi ſita. 503
Rebelles Rex poterat occidere. 95
Regenerationem melius docuerunt Pythagorici quam Judæi. 143
Regio ſubacta ex ſententia ſynedrii Magni cujus conditionis erat. 62
Regna quæ ſubigebant Judæi cedebant Regi. 54
Regnum cœlorum ut adveniat precantur Judæi quotidie. 9
Regnum Judæorum erat hæreditarium. 9
Regnum Meſſiæ in terra Canaan erigendum volunt Judæi. 176
- - - quouſque extendant. 217
Religionis cauſa ſolebant veteres reviſere loca Sancta. 344
Religionis Judaicæ præcipuum fundamentum eſt lex Moſis. 183
Repudiatam qui ducebat non revertebatur ex caſtris. 109
Res priores ſunt quam verba. 422
Reſurrectio mortuorum erit in terra Canaan ſecundum Judæos. 77
- - - qualem credunt Judæi. 250
Reverentia Doctoris ſecundum Judæos eſt reverentia Dei creatoris. 26
Revolutio mortuorum per cavernas terræ qualis futura ſecundum Judæos. 77
Rex conſtitutus eſt ſecundum Judæos ante bellum Amalek. 2
- - - quomodo eum conſtituebant Judæi. 4

- - - qua-

- - - qualis inter eos ungebatur. 9
- - - & ſacerdos Magnus eodem oleo ungebatur. 14
- - - e domo Davidis quare ex cornu unctus. 15
- - - frontem ejus quare ungebant. ib.
- - - filios Regum quare ungebant Judæi. 16
- - - iis qualem honorem tribuebant Judæi. 17
- - - non ducebant viduas alterius Regis apud Judæos. 19
- - - ſemper ſuo jure cedere non poteſt. 20
- - - ubi ſedebat in atrio virorum. 23
- - - quo die legere debebat in libro legis. ib.
- - - die expiationis poterat lavare corpus. 25
- - - ſtare debebat ſi in jus vocaretur. 26
- - - Domus David & Judicat & Judicatur. 44
- - - Iſraëlis nec Judicat nec Judicatur. ib.
- - - non poteſt eſſe perfectus, qui non callet artem paſtoritiam. 289
- - - & ſacerdos ſimul aliqui fuerunt inter Gentiles. 291
- - - ſolebat olim invitare vates ad divinandum. 315
Rhinocorura oppidum unde dictum. 528
Romanos intelligunt Judæi per filios Edom. 193
- - - quare eos ita appellari volunt. ib
Romanæ mulieres quomodo ſolitæ ſunt habere comam. 436
Roſa Hierochuntina conſtans XL foliis quotannis illa nocte qua natus creditur ſervator folia ſua explicat & mox viciſſim marceſcit. 483
Rubenis poſteri in regione Moab ſui peculii tectam ſunt nacti. 526
- - - juxta Sartam Elias vivus igneo curru in cœlum conſcendit. ib.
- - - huc plurimi olim renaſci cupientes conceſſerunt. 527
- - - eodem primi Chriſtiani remittebant eos, qui Theologiam de Myſterio Trinitatis cupiebant diſcere. ib.
Rubus vix alibi quam in dumis provenit. 318

S.

SAbbathi ſuperſtitioſi obſervatores Judæi. 94
- - - lex Adamo data ante peccatum. 174
- - - lex pleriſque Judæis eſt antiquior lege Moſis, ipſoque Noacho. 165
- - - ejus quietis ſeptimo die ſunt apud Gentiles veſtigia. ib.

- - - hoe

Digitized by Google

- - - hoc uti ſponſam Iſraelis ſalutant & oſculantur Judæi. 165
Sabbationem fluvium ubi ponunt Judæi. 177
Sacerdotem pro parente olim ducebant. 301
Sacerdos qualis dicebatur unctus belli. 102
- - - is in hora prælii loquebatur ad populum. ib.
- - - quali oleo is olim ungebatur. 103
- - - major erat vicario Pontificis. ib.
- - - quinque ei competebant quæ ſummo Pontifici. ib.
- - - quoties in bello loquebatur ad populum. 104
- - - quo in loco ſtabat cum acies inſtruebatur. ib.
- - - ei concubitus cum formoſa Gentili erat conceſſus. 112
- - - ſed non poterat eam deinde ducere. ib.
Sacerdos ſummus & Rex eodem oleo ungebantur. 14
- - - non debebat aſpicere meretricem. 109
- - - nefas ei fuit habere duas uxores. ib.
Sacerdotium qua de cauſa a Deo fuit inſtitutum. 292
Sacrificii legem quando Adam accepit. 134
- - - eorum ritus & cæremonias an Moſes a Jethrone didicerit. 300
- - - V. Victimæ.
Sacrificia Pacifica an receperunt Judæi a Gentilibus. 166
Sacrificia pro peccato & reatu unde receperunt Judæi. 166
Sæculum futurum quid appellare ſolent Judæi. 229
Sale (a) quomodo ſibi metuant Judæi. 99
Salomonem quomodo David fecit Regem. 16
Salutatio ex amore fraterno fidelibus Chriſtianis peculiaris. 170
Sal Sodomæ & Gomorrhæ cœcutire facit. 474
Saltus Ephraim quæ ſilva. 506
Samaria unde nomen habeat. 503
Samaritana in quo loco Chriſtum de aqua vitæ diſſerentem audiverit. 502
Sanctificare ſacerdotum proprium erat. 299
Sanguinis comeſio Muhammedanis prohibita. 117
- - - illum non comedere an ſit lex naturalis. 149
Sanballat cujus uxor & filia. 505
Sarai an fuit proprie filia patris Abrahami. 143
Σάτυρος Græcorum unde videtur factum. 403
Sarepta ſic dicta a confectione vitri. 479
Saulo qua hora Chriſtus in via Damaſci apparuit. 319

Digitized by Google

שכינה quid proprie fuit apud Judæos. 123
Schilffmeer quod & ubi. 476
Scriptura homines ex ſimilitudine morum eodem nomine appellat. 194
Sebaſte quid. 465
Seir unde nomen acceperit.
Senſus communis quid vulgo dicitur. 410
- - - eſt in omnibus hominibus idem. ib.
- - - ea tantum reſpicit, quæ a jure naturali & communi omnium Gentium deſcendunt. ib.
Sedem patris non occupabat filius apud Judæos. 18
Sedes in atrio templi nulli fuit niſi ſolis Regibus domus Davidis. 22
- - - Regum Haſmonæorum ubi fuit in templo. 24
Seniores populi Iſraëlitici differunt a Senatoribus Synedrii Magni. 4
Septentrionales Gentes habent longos & tortos crines. 415
- - - V. Gentes.
Sepulchra Judæorum an erant extra urbes. 95
- - - quomodo aliquando in urbibus. ib.
- - - plebeja qualia habuerunt Judæi. 96
Sepultura an pertinet ad honorem defuncti. 96
Sepulchrum Joſephi ubi. 503
Seraphim in ſcriptura quid proprie ſunt. 327
Servitutem qualem ſuſcipiebant Gentiles apud Judæos. 81
Servus qui fit proſelytus apud Judæos habebatur tanquam infans recens natus. 127
- - - conſanguineos ejus adhuc Gentiles non habebat pro conſanguineis. ib.
- - - non erat reus inceſtus ſi cum illis concubuit. ib.
- - - ei uxorem dare V. Uxor.
שעיר quid proprie ſignificat apud Hebræos. 403
Sichemitæ quare rei erant mortis. 151
Sichem devaſtata ob deſloratam Dinam. 504
Siclos non recipiebant Judæi a Gentilibus. 166
Sidon urbs quæ, ubi ſita, & ſericio nobilis. 481
Sidona Phœniciis piſcem notat. 481
Silo Veteres Judæi pro Meſſia accipiunt. 185
Silo ubi ſita. 500
Silvas opacas & Vetuſtas Dei domicilium eſſe credebant Gentiles. 276

- - - hæ olim a Dæmonibus occupari conſueverant. 277
- - - quare ib. ib.
Simeon Tribus in quot diviſa partes conſtans 22200 viris & ubi ſita. 527
Simulacra Hecatæ quare in triviis collocata fuere. 347
Sodomæ & Gomorrhæ quales gignantur fructus. 474
Sol capillato ſplendore micat. 395
Sororem uterinam quo caſu proſelytus ducere poterat. 127
שריער quiſnam dicebatur a Judæis. 106
שירע qui legunt cum attentione diaboli ab eo fugiunt. 213
- - - qualis illa precatio Judæorum. ib.
Spelunca Lothi ubi ſita. 512
- - - circa hanc ſtatua ſalis. ib.
Spiritualia magis quam temporalia aliqui Judæi in diebus Meſſiæ exſpectant. 227
Spiritum Sanctum quomodo appellant Judæi. 240
Spiritus Prophetiæ defecit ſub templo ſecundo. 242
Spiritus impuros manus nocte polluere credunt Judæi. 97
Sponſalia abſque concubitu non faciebant matrimonia apud Gentiles. 145
- - - apud Judæos faciebant omnino matrimonium. ib.
Spurii erunt mundi in diebus Meſſiæ ſecundum Judæos. 246
Spuriam qui ducebat non erat immunis a bello. 111
Stare debebant Reges ſi in jus vocarentur. 26
Stellas quinam nullum in honorem habent. 395
Stercus in caſtris tegendum quare volunt Judæi. 101
Strangulandus erat ex jure Iſraëlitico qui cum alterius uxore concubuit. 146
- - - hæc pœna gladii nobilior apud Turcas. 160
- - - aſt aliter apud Gentiles & præcipue Romanos. ib.
Striges & ſagæ quomodo Dæmones in Sabbaticis ſuis choreis ſedere affirmant. 403
Stadii Deſcriptio. 471
Sublimes maxime & immarceſcibiles ſunt Cedri. 523
Sues Gentiles in honore habere credebant Judæi. 137
Suillam carnem licitam futuram in diebus Meſſiæ credunt Judæi. 117
- - - ejus averſatio a Judæis ad Muhamedanos defluxit. ib.
- - - V. Porcus.
Suna civitas ubi ſita. 519
Supercilia grandiora & ſpiſſiora viris quam fœminis. 414
Su-

Superbi cum Cedris in ſacris literis nonnunquam comparantur. 523
Suſcitati an unquam denuo morientur. 251
Suſpendere ſolebant Judæi non vivos ſed mortuos. 48
- - - Regi licitum erat eos in ligno ſuſpenſos relinquere. ib.
Sylvanus Veterum eſt Pan. 518
Synagogæ an antiquitus fuerunt apud Judæos. 33
Synedriis de ſuis Judæi nihil habent certi. 167
Synedrii Magni auctoritatem quam maxime crepant Judæi. 4
- - - illud incepit poſt captivitatem Babylonicam. ib.
- - - non conſtituebatur niſi ex viris illuſtribus. 8.

T.

Tabernaculum Davidis fuit novum non vetus Moſis. 338
Tabulæ teſtamenti quales dicuntur a Juris conſultis. 413
Talmud ubi cuderunt Magiſtri Judæorum. 71
- - - qualis eſt auctoritatis apud illos. ib.
Taminath Hâres ubi Joſua ſolis curſum inhibuit. 524
Tecta Palæſtinorum erant plana. 543
Templum aliquod tertium exſpectant Judæi. 177
- - - aliqui volunt hoc futurum ſpirituale. ib.
- - - an tale unquam ſit expectandum. 229
Tempora Meſſiæ qualia futura ſecundum Judæos. 227
- - - qualia ſomniant Judæi ante adventum Meſſiæ. 249
Terminos terræ Sanctæ oſculabantur Judæi. 75
Terra Canaan a Judæis per excellentiam dicitur terra. 2
- - - non admodum abundabat foſſis & fluminibus. 6
- - - cujus promiſſionis erat ſignum. 461
- - - quare ita dicitur. 463
- - - quare dicitur Palæſtina. ib.
- - - quinam hujus terræ incolæ ante Iſraëlem. 464
- - - quare dicitur terra Sancta. ib.
- - - quare dicta terra Judææ. ib.
Terra promiſſionis cryptis repleta erat ſubterraneis. 541
Terr ſubacta quouſque Regis erat apud Judæos. 56
- - - an ex ea tantum habebat portionem. 53

Teſtes duo aut tres requirebantur ad pœnam Iſraelitæ infligendam. 152
- - - quot ad eam infligendam Gentili. ib.
Thabor mons æquabiliter rotundus deſtinatus transfigurationi Chriſti. 531
Thamar Abſolomi ſoror ex qua nata fuit. 126
Theſauri Regum devictarum erant Regis apud Judæos. 54
Therſa regia Iſraëlitarum ſedes ubi ſita. 521
Thesbe ubi ſita. 506
Tiberias urbs in gratiam Tiberii Cæſaris ab Herode dicta. 533
Tiberius executionem facinoroſorum ad decimum diem differri juſſit. 218
- - - capitales pridie Sabbathi aut alicujus feſti noluit Judicari. ib.
Titum Imperatorem ex Eſavo natum volunt Judæi. 193
Tonſorem non conſtituebant Judæi Regem aut ſacerdotem Magnum. 8
Trajanus Cæſar occidit duplo plures Judæos Alexandriæ quam exiverunt ex Ægypto. 70
Traditor Iſraelitæ in poteſtatem Gentium jure occidendus erat. 217
Τραπεζοκόμος quis dicebatur a Græcis. 226
Tribus decem ubi jam habitare ſomniant Judæi. 177
- - - an redierint ex captivitate. ib.
Tribuum & familiarum diſtinctio accurata olim fuit apud Judæos. 239
Tributum quale imponebant Judæi Gentilibus. 81
- - - duplex erat vel pecuniale vel perſonale. 84
Τρίχωμα & θρὶξ Græcis quid aliud eſt quam κόμη. 426
- - - cana eſt inornata. 427
Tribus Juda reliquis tribubus ſemper imperavit. 512
Trinitatis veſtigia inveniuntur in antiquitate Judaica. 213
Triticum ſecundum Judæos natura tanſſubſtantiabitur ſub regno Meſſiæ. 235
Turpe aliquid alicui ex quibus æſtimatur. 420
Turris Libani quam excelſa.
Tyrus quæ urbs & ubi ſita. 479
- - - non potuit Sceptris Iſraëlis unquam ſubjici. 480
- - - Tyri Ulpianus natus & Origenes denatus. 480

V.

V.

VAllis illuſtris quæ terra Dicatur. 522
Vaſculum Mannæ non fuit in arca ſed coram ea. 336
Vaſtatio Hieroſolumæ quare facta ſecundum Judæos. 27
Vates ad divinandum olim a Regibus invitati. 310
Verberibus an Rex fuit ſubjectus. 37
- - - an ſummi ſacerdotes. 38
Verbum aliquando uſitatum eſt, cujus verbale non item, & contra. 423
Veſtimenta virilia quare a muliebribus diverſa inventa. 444
Veſtitam qui ſibi deſpondet non revertitur ex caſtris. 109
- - - qualis mulier ita dicebatur. ib.
Viaticum quare paratum habere debebant veteres Judæi. 341
Victimæ non ſunt res magni momenti apud Deum ſecundum Judæos. 180
Victores quomodo victos in lucta angere ſolebant. 350
Vindicis ſanguinis an ſit exemplum ante Moſem. 154
Vineam qui plantat extra terram Iſraëlis non dimittebatur in bello. 107
- - - qui plantavit quam diu erat immunis a bello. 110
Vinum Cuthæorum vel Gentilium vetitum erat a Judæis. 118
- - - imo quodcunque Gentilis tetigit. ib.
Vinum libaminis quomodo Judæis in caſtris licebat bibere. 116
- - - eſt illud vinum quod Idolis conſecratur a Gentibus. 117
- - - qui alias ex eo quidquam bibebat verberabatur. 118
Vinum in Paradiſo confectum & in cella Adami ſervatum. 247
Violare fœdus Judæis nullo modo licuit. 85
Virgis inſtructos ſæpe Deus mittit Angelos. 330
- - - has patrandarum virtutum adminiculatorium inſtrumentum credebant veteres. 331
- - - quare ea a Regibus uſurpata fuit. ib.
- - - quare ea utebantur Gentiles in patrandis portentis. 332
Virga Moſis qualis fuit virga. 333

- - - an ea in arca fœderis ſervata fuit. 335
- - - non fuit in ea, ſed in tabernaculo coram arca. 336
Viro an natura breviores comis dedit quam mulieri. 410
- - - hi in novi Orbis inſulis capillos ſinunt creſcere. 412
- - - hi ſunt fœminis ſicciores & piloſiores. 413
- - - hi comam aut aluerunt aut alunt in omnibus mundi partibus. 419
- - - plurimi olim more majorum comas comebant. 440
- - - ejus Veſtimentis quare mulier in publicum prodire non debet. 448
Vitia maxima a mulieribus emanarunt in Rempublicam. 43
Unctus belli qualis ſacerdos dicebatur. 103
- - - quoties in bello loquebatur ad populum. 104
- - - quo in loco ſtabat cum acies inſtruebatur. ib.
Unctio Regum quomodo peragebatur a Judæis. 10
- - - Prophetarum quomodo peragebatur. 14
Vox Dei ad Moſen non fuit major quam hominis naturalis. 366
Unus mons diverſis cacuminibus diverſis vocatur nominibus. 515
UR Chaldæorum an eſt urbs vel ignis. 325
Urbem obſeſſam quomodo cingere debebant Judæi. 325
- - - ſi ea non recipiebat præcepta Noachi cum ea fœdus inire non poterant. 127
Urim & Thummim in templo ſecundo numquam reſtitutum fuit. 242
Urim & Thumim ubi erant. 487
Uriſcaſpia quare ita fuit dicta ab Antiquis. 326
Uſus ponitur pro amicitia & familiaritate apud Latinos. 423
Uxor Regis non ducitur conjux ab alio unquam. 19
- - - quot Rex ſibi aſſumere poterat. 35
- - - quomodo capiebant Reges Iſraëlitarum. 51
Uxorem qui duxerat quamdiu a bello erat immunis. 110
- - - dandi vel adimendi ſervo dominus habebat jus apud Judæos. 147

Z.

ZAbulonis poſteri 60400 in tres familias diviſi. 531

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-7-3

Digitized by Google